M dicendum: quia in propria scia ex pprijs debet quis pcedere, cum voluerit sciam aggenerare modo seruato cōi puta logicæ: non aūt ex ipsis quæ sunt in se cōia: qualia sunt: si propositum in proposito & oppositum i opposito: & quoties dicitur vnum cōtrariorum & reliquum: ac hm̄oi cōia: qm̄ oportet quæsiturum bene instantē esse per primas instantias generi quod sit oēs illius generis
Te. cō. 20. considerando differentias secundo cœli & mundi. Ad aliud dicendum, iam visum quid senserit ibi per logicū Gal. sed fortasse Haly. praue accipit dictū Gal. Quod enim is particulariter dicit de vna logicæ quæstione: vt passio si in capite existat ex fumis delatis ex uentre in ipsum eiq; consimiles an debeat dici capitis vel ventris. Haly. aūt in hm̄oi sermone oēm vī rōnem logicā spernere: quod noluit Gal. in hoc agendum saltem rōne modi vsus: quod et ostendit p̄tendens aut pręcedens antedictæ orationis Gal. Huius itaq; ex tali alterutrinq; argumentatione inutilis &c. Ad aliud dicendum q̄ licet lo-

N gica ex parte rei, & vt est docens, a medicina & a cæteris differat scientijs: ratione tamen modi et ut utens in oēs concidit & cum omnibus conuenit.

DIFFERENTIA. III.

QVOD MEDICINA non sit scientia Te. cō. 19.
videtur: qm̄ scia est de incorruptibilibus & perpetuis. 1. posteriorū: sed ea de quibus ponitur esse medicina sunt corruptibilia oia. Corpus enim humanum de quo tractat cū his quæ sibi applicantur oibus sunt mutabilia & corruptibilia. Adhuc ois sciētia est de abstractis ibidem: sed medicina non est de abstractis, sed de concretis: quod ostenditur ex eius diffinitione: quia est scientia sanorum ægrorum, & neutrorum: quæ omnia sunt concreta in Te. cō. 15.
techni. 1. Palin. scientia est vniuersalium: sed medicina Trac. 1.
est particularium. Non enim quis medicans sanat hominem nisi sm accidens: sed Calliam aut Sortem diffe- O
rentia priori. Singulare enim curabile. unde tertio de ingenio. c. 7. Medicina non fit vniuersali homini: sed vni Trac. 1.
cuiq; indiuiduo suo. Amplius si medicina est scientia: aut est singularium, aut vniuersalium. non singularium quia de illis non est scientia: sed sensus. neq; vniuersaliū quoniam si de eis sit scientia oportet q̄ intellectu percipiantur: cum scientia sit habitus intellectualis: sed si cōprehendantur intellectu cum sit vnus & singularis: & omne quod suscipitur, per modum suscipitur suscipientis, & non suscepti: omne etiam quod in indiuiduum venit indiuiduum fit: huiusmodi igitur vniuersalia particularia & singularia reddentur. Rursus vt de aliquo sit scientia, oportet aliquod esse principium per quod velut per medium passio probetur de eo: hoc autem est diffinitio subiecti: sed in diffinitione medicinæ cadit accidens: puta sanum, ægrum, & neutrum. Accidentium P
autem non est diffinitio neq; demōstratio: posteriorū. 1.

Adhuc quod non est unum: nō est: quia quicquid est: Te. cō. 15.
ideo est quia vnum numero est: libro de ente & uno Boe & 12.
tius: sed medicina non est vna: quoniam quorum non est vna cognitio, non est vna scientia: medicinalium vero non est vna cognitio: cum quædam ratione cognoscantur: quædam vero experientia: cōsiderat etiam corruptibilia ut incorruptibilia: iuxta illud de aere et aqua. In me.
Si ex altissimis considerauerint: norint quoq; astronomiam non esse minimam partem medicinæ: saltem in dierum criticorum redditiones impressiones cōtemplatur superiorum: quorum non videtur vna ratio, cū differant plus q̄ genere. 10. metaphysicæ similiter conside- Te. cō. 13.
rat substantiam & accidens. Itidem scientia est vnius generis subiecti partes considerans & passiones. 1. posteriorum. sed hæc scientia non est vnius, verum pluriū: Te. cō. 22. & 25.
cum sit omnium quæ in mundo sunt corporum: theoricæ primo. Medicus enim propter corpus humanū cōsi- Cap. 4.
derat omnia sibi quocunq; occurrentia modo. Eti. si es- Q
set scientia, supponeretur alicui sciētiarum superiorum: hoc enim est de ratione scientiæ subiectę particulare: sed non supponitur scientiæ: sed potius arti mechanicæ: cū finis eius sit sanitas vlterior, quæ opere conseruatur, vel introducitur: velut in mechanicis videmus contingere. Ex his igitur concluditur omnibus q̄ medicina non sit scientia neq; vna.

IN OPPOSITVM horum omniū sunt Hip. Aristo. Gal. & alij eximij medicorum & philosophorum qui eam scientiam profitentur. Amplius scientiā est entis immobilis comprehensio veritatis: huiusmodi vero est medicina vt declarabitur. Est itaq; scientia.

Vt huius quęsiti cum sibi annexis ueritas ostendatur: primitus eius termini exponantur. secundo videndum quid alij de hoc ipso sensere. tertio veritas demōstretur: & quarto tandem ad argumenta dicatur.

Propter

A PROPTER PRIMVM vero sciendum quod medicina dicitur a modo: ipsa nanque salubrem tradit vivendi mensuram. Hæc quoque modis accipitur plurimis. Aliquando nanque sumitur vniuersalissime prout est quidam habitus proprijs principijs causatus in anima qualiter de ea auditur quæsitum. Sumitur & vniuersaliter prout est debita sex rerum non naturalium administratio, vel potio, vel chirurgia. Accipitur & particulariter secundum quod in particulari conuenit morbo in complexione, siue in compositione, aut in natura cõi, sicque vnum instrumentum medicinæ prioris dicitur medicina, ceu potio. Sumitur et particularius pro pharmaco solum laxatiuo: quam acceptionem nunc habet vsus vt plurimum. Adhuc ipsa multas inuenitur habere notificationes. Describitur enim .ij. de inge. sanita. cap. 12. testante Hippo. Medicina est adiectio & detractio. Adiectio quidem eorum quæ deficiũt: ablatio vero superfluentium. Et hæc quidem cum eius expositione descriptio magis videtur practicam repræsentare. Platoni quoque ascribitur quod medicina sit hominis scientia vt sanitate participet. In libro quoque hæresum capitulo primo. Medicina est doctrina seu disciplina sanorum & ægrotatiuorum. In techni vero primo dicitur. Medicina est scientia sanorum, ęgrorum, & neutrorum. Translatio quoque Arabica putans hanc diffinitionem semicompletam ei addens inquit. Medicina est scientia rerum pertinentium continuatarum cum sanitate & cum ægritudine: & cum dispositione tertia, in qua non euadit homini sanitas neque ægritudo. Primo autem theoricæ, Cap. 3. Gal. in lib. artis paruæ diffiniuit medicinæ artẽ diffinitione qua eam Eracleus diffinierat. s. cognitio eorum quæ ad sanitatem & infirmitatem & neutrum referuntur. In principio quoque canonis primi. Medicina est scientia qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte qua sanatur, & ab ea remouetur, vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur. Auer. autem colliget primo capitulo primo. Est ars operatiua exiens ex principijs veris in qua quæritur obseruatio sanitatis corporis humani, & remotio suæ ægritudinis secundũ quod potest fieri in vnoquoque corpore. Sexto vero eiusdẽ ait ille diffiniuit medicinam bene: qui ipsam in genere suo diffiniuit dicens: quod est ars operatrix quæ inuenta est experimento & ratione: conseruans sanitatem & remouens ægritudinem: & hæc est veracior diffinitio quæ in aliquo auctorum sit inuenta libro. Dixi quoque in primis quod medicina est scientia humani corporis vt sanabilis procuratiua. Deinceps propter genus medicinæ quod est scientia sciendum quod quinque sunt habitus quibus anima dicit verum affirmando vel negando. 6. ethicorum & vtcunque in fine posteriorum scientia, ars, prudentia, sapientia, & intellectus. Suspitione nanque & opinione contingit falsum quandoque dicere. Scientia quoque ad præsens sicut & scire tripliciter dicitur. Est enim scire siue scientia proprijssime dicta, sicut illa quæ est per causas proximas & immediatas secundum cõsequentiam continuam conclusionis illatiua qualis est illa scientia seu scire quod diffinitur posteriorum primo quando dicitur. Scire opinamur vnumquodque simpliciter, & non sophistico modo, quod est secundum accidens: quod est quando causam arbitramur cognoscere propter quã res est: & quoniam ipsius est causa, & quod non contingit aliter se habere: & ista quidem scientia ex demonstratione propter quid aggeneratur, siue doctrina secundum Gal. compositiua. Sumitur secundo proprie, licet quo ad nos proprijssime possit dici, cum innata sit nobis via procedere ex notioribus & certioribus nobis in notiora secũdum naturam: physicorũ principio. Etenim cum effectibus per se causis suis inhęrẽtibus ordine priori e conuerso proximis & immediatis secundum consequentiam peruenitur in causam quę intenditur venari, aut causis remotioribus intermissis quibusdam propinquioribus deducitur conclusio in effectum: scientia per demonstrationem elicitur: quia seu doctrina dicta resolutiua, & ea quę ex his duabus vijs consurgit scientia, dicitur habitus intellectualis ex demonstratione elicitus. Vnde Isaac Amaran in de diffinitionibus. Scientia vera est cognitio vera, quam verificat ratiocinatio & demonstratio firmat: per ratiocinationem quidem demõstrationem intelligit: quia: per demõstrationem vero propter quid: illa enim proprie dicitur demonstratio. Suscipitur scientia & scire tertio improprie & communiter valde, pro veritatis adeptione modo quocunque, siue rõne, aut experientia, seu alio modo: & sic nihil aliud est scientia nisi earum rerum quę sunt comprehensio veritatis. Boetius prędicamentorum commento. Vnde Isaac pręta-ctus. Scientia absolute est ab anima comprehensio veritatis rerum preparatarum ad sciendum: cuius siquidem vtilitas est acquisitio fęlicitatis ęternę. A. primo meta. Ars autem est habitus cum recta ratione factiuus seu recta ratio factibilium: & dicitur ars collectio pręceptorũ ad vnum finem tendentium: rhetoricę nonę primo. Fit autem quando ex multis experimentalibus conceptionibus vna efficitur vniuersalis de similibus acceptio: meta. procœmio. Est & demum sciendum vt etiam iam apparuit in descriptionibus medicinę pręmissis, quod medicina interdum dicitur scientia: aliquando vero ars & operatrix: vnde Hip. Vita breuis: ars vero longa. & in de lege. Medicina artium excellentissima vel pręclarissima. In principio quoque regiminis acutorum. Ars medicinę in diuinationis vanitatem redacta est. Cum tamen inter artem & scientiam appareat distare non parum: quoniam scientia videtur quid in facto esse: ars autem magis in fieri. vnde in fine posteriorum. Si quid circa generationem artis est: si vero esse scientię: & .6. ethi. omnis ars circa generationem, & artificiari, & speculari qualiter vtique fiat aliquid contingentium & esse, & non esse: & quorum principium in faciente: sed non in factiuo: neque enim de his quę ex necessitate sunt vel fiunt est ars: neque de his quę sunt secundum naturam: in seipsis enim habẽt principium. vnde .2. de ge. aïalium. Ars est principium & species eius quod fit: sed in altero. naturę autẽ motus in ipso ab altera existens natura habente speciem actu. Sic enim innuitur ex his, & primo exprimitur metaphisicę. A. Res quędam sunt ex opere nostro: alię vero ex opere naturę. Illę quidem dicũtur ex opere nostro, quarum per nostrum ingenium & potentiam sumus auctores: & quia huiusmodi sunt artificialia proprie dicitur quod ars sit circa illa: quę sunt in quadam transmutatione, & electione. vnde Eustrachius ethicorum principio: ars est collectio ex adinuentis comprehensionibus exercitatis & probatis ad aliquem finem bonorum eorum quę sunt in vita. Ex opere vero naturę sunt illa quę ab ipsa producuntur, quorum auctores non existimus per ingenium & industriam nostram: qualia sunt maxime illa de quibus sunt modi tres philosophiæ essentiales: naturalis: mathematicus & diuinus sexto metaphysicæ: circa ista: scientia dicitur proprie cum rebus existentibus scientias acceperimus. differentia prima. Est tamen aduertendum quod ars potest dupliciter considerari: aut prout est habitus acquisitus in anima: & sic est in facto esse sicut & scientia: vel prout refertur ad res factibiles de quibus est eas faciendo: & ita esse dicitur circa generationem & fieri: scientia vero vtroque modo dicitur in esse, & in facto iam perfecto. Cum igitur vt apparebit medicina duas habeat partes: theoricam scilicet & practicam: quantum ad theoricam potest scientia proprius dici: quo vero ad practicam ars magis: & quia Hip. secundum Gal. fuit medicinę inuentor: omnibus

I Li. de chor. ni. c. 1. & 7. & vbi supra dfia prima i principio.

bus enim quos sciuit prior & inuentor scientiæ: quasi in motu & factione amplius extitit applicando nunc se rebus experimento: demum vero ratione, cum adhuc habitum non haberet perfectum & quietatum in anima. Merito itaq; potuit Hip. medicinam artem & non scientiam nominare. Alij vero iam fere ab eo perfectam accipientes: vt sic plus eam habent scientiam appellare. Est autem prudentia habitus cum vera ratione circa humana bona operatiuus. Est & recta ratio agibilium. rhetoricorū vero primo: est virtus intellectus secundū quam bene consiliari possunt de bonis & optimis ad felicitatē dictis. Sapientia vero est in artibus certissimis: & est sciētiarum certissima sub se intellectum comprehendens, & scientiam: oportet enim sapientem non solum quæ ex principijs scire: sed circa principia verum dicere. Vnde (Ca. 1. ante medium.) Boetius. 1. arithmeticæ. Sapientia est rerū quæ sunt, suiq; (In secūdi. Te. cō. 17.) immutabilem substantiam sortiuntur comprehēsio veritatis. Intellectus siquidem est principiorum habitus: (Cap. 14.) posteriorum fine. vnde. 6. ethi. Intellectus est terminorū (Te. cō. 27. In fine.) quorum non est ratio: quia scientia est illa quę est cum ratione: posteriorū. 2. in hoc enim ipsa ab intellectu sequestratur.

K Is etiam est ille intellectus de quo dicitur ꝙ intellectus existit semper verorum. (Te. cō. 8.) Est enim quid notissimū & firmissimum quod per se venit ad habētem. 4. meta. Ipsum enim habemus inquantum per sensum terminos cognoscimus, cognito enim quid sit totum, quid pars, statim scimus ꝙ omne totum est maius sua parte: quod principium est notissimum in mathematicis & firmissimum. in medicina vero ꝙ omnis cura per contrarium. Et est communis animi cōceptio, quam mox quisq; probat auditam. Boetius de trinitate. Est autem opinio cōceptio ad quam acceditur cū formidine alterius partis: (Cap. 1. versus fine.) non enim omnis qui putat, iam cōcedit. A. 5. de anima: dicitur & conceptio vel acceptio vnius partis contradictionis cum formidine alterius.

L PROPTER SECVNDVM sciendū quidem prius ꝙ quidam non solum negauerunt medicinā esse scientiam: sed & naturalem, & astrologiam, & maxime iudiciorum, & his consimiles: deinde ꝙ aliqui singulariter annullauerūt medicinam. Propter huiusmodi primum sciendum ꝙ cum quidam nollent de rebus sensibilibus & corruptibilibus posse scientiam fieri: hi (Te. cō. 5. T. c. 22.) autem maxime fuerunt Heraclitus & eius collega Cratillus. primo meta. & 4. meta. Arguebāt enim. De illo de quo nihil potest enuntiari vere, non potest esse scientia: cum sit entis immutabilis comprehensio vera; sed de naturalibus nihil potest certe enuntiari: qm̄ de eo quod est in continuo motu & trāsmutatione nihil vere potest proferri: sed omnia naturalia sunt huiusmodi, sicut sensus ēt ostendit. Primum quidem probant: quia si de eo quod

M transmutatur continue aliquid deberet enuntiari, anteq; enuntiatum esset, mutaretur: & esset in alia dispositione ꝙ prius cum deberet fieri enūtiatio. Quod uero assumit, probant: qm̄ principia prima entium naturalium transmutabilia sunt ſm ipsos. Primū etenim principium posuerunt vaporem, qui transmutabilis est præ cæteris maxime: quare de eis non contingit aliquid vere enuntiari: & sic non fore horum scientiam, cum sit veritatis compręhensiua, & enuntiatiua. Vnde Cratillus ad tantam deuenit insaniam, ꝙ nihil opinatus est oportere dicere; sed digitum mouebat solum. Increpauit etiam Heraclitum dicētem: bis enim idem flumen non esse intrare. Ipse. n. Cratillus æxistimauit ꝙ neq; etiam semel: transit enim mox, & aliud efficitur. Sed hi peccauerunt in vtraq; suæ (Te. cō. 17.) rōnis propositione: vt apparet. 4. meta. Falsa nanq; est propositio dicens: non contingere aliquid vere enuntiari de eo quod est in continuo motu & transmutatione: qm̄ aut est verum enuntiare quod transmutatur, aut qd̄ non: cum de quolibet affirmatio, vel negatio sit vera. Si

N autem quod non transmutatur est verum: tunc id negāt quod intendunt affirmare: dn̄t enim ꝙ transmutatur. si autem verum est quod transmutatum est enuntiare: tunc habetur propositum ꝙ de eo vere contingit aliquid enūtiare. Palin, de eo quod trāsmutatur verum est ſm Arist. id esse saltem enuntiare: nec hic habet cām aliquam nisi quia ipsum est ipsum. Peccatur etiam in secunda propositione qn̄ dicitur. Oīa entia sunt transmutabilia & in continuo motu: oportet enim ꝙ si aliqua sint trāsmutabilia, aliqua esse intransmutabilia. In omni enim transmutatione necesse fit aliquid esse fixū permanēs cui mouēs innitatur: omnis enim motus alicui innititur immobili, de causa motus animalium. Oportet ēt in omni ea fore aliquid subiectum: quia omne quod transmutatur, trāsmutatur ex aliquo sicut ex subiecto. Aut igitur illud est transmutabile, aut intransmutabile: siquidem intrāsmutabile, stat intentum. si transmutabile, tunc habet subiectum aliud circa quod transmutatur: et ita erit de illo eadem quęstio. & sic vel erit processus in infinitū in causis materialibus: quod est vniuersalis contra secundum

O meta. aut erit dare materiam primam & subiectum intrāsmutabile. Itidem similiter deducitur ex parte efficiētis: quia omne quod transmutatur, ab aliquo trāsmutatꝰ (Te. cō. 5.) 7. phy. Aut igitur illud est intransmutabile, aut trāsmutabile vt prius: & sic aut erit processus in infinitum, aut (Te. cō. 1.) erit primum efficiens intransmutabile: nō igitur omnia entia sunt transmutabilia: vt voluerunt Heraclitus & Cratillus. Plato aūt ex nouo consuetus Cratilli & Heracliti opinionibus sensibilibus oibus defluentibus sciam non existere potius suscepit: & propter hoc, Socrates circa moralia negociatus est solum: & de scientia naturali nihil. primo meta. (Te. cō. 5.) Videbatur nanq; ei ꝙ moralia non essent in continuo adeo motu & trāsmutatione sicut naturalia: & in his inquirebat vniuersale & diffinitiones & quæ sunt huiusmodi.

P (Scia de nā lib. de mēte Platōis quo detur.) Quæ Plato suscipiens putauit sic in naturalibus faciēdum esse: & propter hoc coactus fuit modum dare quo scientia posset de naturalibus saluari: posuit enim ꝙ naturæ & quidditates rerum essent ab eis separatæ: omnium enim habentium vnum principium commune vniuocum posuit vnam ideam vel speciem cōem omnibus illis per se subsistētem quam voluit esse principium dans oibus participantibus ipsa, esse: & per eam cognosci alia, cum sit separata & vniuersalis in actu: & non cognosci aliqua per aliquid existēs in eis pticulare: cū oē exn̄s i eis sit pticulare & corruptibile. (Cōfutatio opinionis Platonis. Te. c. 11. & sequētibus) Ista vero opinio reprobaī in locis q̄ multis. prio qdē & 7. meta. maxime qa separatū, et nō separatū, nō sunt vnius rationis: nec ēt corruptibile & incorruptibile. 10. (Te. cō. 20. & 21.) meta. Si ergo ideæ sunt separatæ non possunt esse particularium quidditates & naturę. (Te. cō. 26.) Adhuc peccauit in eo ꝙ posuit ipsas esse per se subsistentes: & cum hoc vses:

Q quia omne per se subsistens est vnum numero: & quod tali singulare in prædicamentis: si ergo sunt per se subsistentes: tunc erunt singularia & non vniuersalia. (Cap. 1.) Amplius nihil quod separatum est ab aliquo potest esse immediata causa cognitionis illius & sufficiens: nam & si res possit cognosci per causas extrinsecas non tn̄ immediate & perfecte: sed immediate & perfecte cognoscitur per aliquid existens in ea. Item sunt aut nihil, aut posteriores singularibus: vnde in procemio de aia. (Te. cō. 8.) Aial vniuersale aut nihil est, aut posterius est: itaq; si ideæ sunt separatæ a particularibus, non possunt esse immediata cā cognitionis: neq; cognitionis eorum: sed oportet eis esse (Te. cō. 35.) aliquod principium cognitionis intrinsecum: pp quod posteriorum primo. Gaudeant quidem species si sunt: monstra enim sunt: cum nihil hæc conferant ad genera- (Con. 18.) tionem neq; ad scientiam. Commentator in. 12. meta. videtur Platonem palliare inquiens. Iste proportiones & virtutes quæ sunt in elemētis a motibus solis, & aliarum

rum

A rum stellarũ, sunt hæ quas reputauit Plato formas & eas intedit, sed lõge inspiciebat eas, quia eas dicebat formas. Arist. autẽ Peripateticoꝝ princeps post istos superueniẽs viam tenuit mediã, modũ dans qualiter de naturalibus, & vr de sensibilibus, & corruptibilibus possit esse scia. Non. n. posuit eã fore de particularibus sensibilibus oĩno, vt empiricoꝝ quidam: neq; de vniuersalibus abstractis penitus, ut Plato, sed sensit ipsam fore de hmõi ẽm ꝙ per intellectũ abstrahendo in quadã forma cõi pluribus accipiuntur. Et hoc est qd' dr̃ in techni primo, medicinã esse sciam qualiũ. i. vĩuum acceptoꝝ per intellectũ in vna forma qualificatiua cõi, quæ nata est inesse & prædicari de singulis particularibus. Vñ. 3. de inge. ca. 1. Dicimus nihil esse in medicina quod nõ possit demõstrari, & ostẽdi ẽm suam speciem. Nõ enim directe est oium sigillatim quo ad esse existentiæ, neq; quorũdam: alioꝝ autem nõ cum sit imperfectum & inartificiale: hmõi autem abstra

[margin: Q̃ũo & nã hũ° sit scia ẽm Aristo.] *[margin: Te. cõ. 7. tra. primo.]* *[margin: Post med.]*

B ctionem facit intellectus agens maioris existens potẽtię natura. Innatus nanq; est intellectus diuidere adunata[que] esse in ea, ex quibus cõponuntũ quis nõ diuidantur in essẽ sicut diuidit materiam à forma, & formam à composito. Cõmẽ. 12. meta. ac primo idẽ de aia, diffinitiones extra intellectũ sunt res particulares, sed intellectus est qui agit in eis vniuersalitatẽ. Et ideo dicendum ẽm mẽtem Aristo. ꝙ naturalia, & subiecta naturæ gñabilia, & corruptibilia possunt dupl' cõsiderari. Aut prout habẽt esse in particularibus, cum sit incõprehensibile, & impossibile: sunt. n. infinita, & tunc sunt corruptibilia, & ita de ipsis non est scientia: vnde ẽm Plato. sunt relinquẽda, cũ sint indeterminata. Et Haly. indiuidua accepta in medicina sunt infinita, neq; comprehendũtur aut continenẽ, neq; peruenitur ad ea sicut dixit Gal. Aut prout sunt abstracta ab hac particulari vel ab illa sensibili materia, siue quo ad esse essentiæ in intellectu iã facto, & sic sunt in

[margin: Cõ. 39. Com. 8] *[margin: Ca. 7. tr. 1. p'mi tech.]*

C corruptibilia, ac finita, & de eis põt esse scientia, & naturalis, & alia considerans naturam eoꝝ passiones & causas, quare Gal. ad Teucrum introductorio pulsuũ. ca. 4. Ars in incõprehensibilibus & infinitis consistit inquãtũ conuenit gñibus, & speciebus finitis mensurans quod infinitum est, & ita semper permanent vt homo ẽm se cõsideratus: si enim corrumpat in Sorte, permanet tñ in Platone quo corrupto manet in alio, & sic semper. Propter quod metaph. 7. Vniuersalia ẽm ꝙ hmõi remanentia semper sunt: & ita de naturalibus est scientia non per aliquid separatum in eis, sed per aliquid existẽs, quod est quidditas ipsorum, quæ quidem ẽm se nõ corrumpitur licet in aliquo corrũpatur, vnde eodem septimo. Quod quid est non corrumpitur, sed id cuius est quod quid est. Vtrum autem cõtingat aliquam naturam vniuersalem corrumpi corruptis omnibus singularibus, dubium vẽ apud plures, cum dicant ꝙ vniuersalia sunt de numero remanentium: & ꝙ de vniuersalibus est scientia, & quòd

[margin: Circa fin.] *[margin: Te. cõ. 35]* *[margin: Te. cõ. 52]*

D sciẽtia est incorruptibilium: sed vnde hoc accipiant: cum omnia sint corrupta quidam dubitauerunt. Fortassis autem hoc inest sibi, quia remanet in intellectu: qui est vnus cõis apud omnes perpetuus, & incorruptibilis sicut homo, vt senserunt plores Arist. expositores, aut in intellectu remanet intelligentiarum. Propter secundum huiusmodi sciendum, ꝙ quidam negauerũt medicinam esse scientiam, seu artem ob dissonãtiam prauorũ inuicem medicorum: vnde re. a. proœmio positis quibusdã opi. sibi aduersantibus dicitur. Cum ergo huius dissensionis magnitudo de acutis passionibus inter curatores cousq; increuerit, vt quod vni ægrotãti profecturum est, alij vero videatur nociuum: ars medicinæ in diuinationis vanitatem redacta est: ita ꝙ etiam vulgo liquidissime clare videatur vt medicinę ars putetur omnino non esse. Sunt etiam quidam grossi, & hebetis intellectus adeo, vt credant, ꝙ medicus non possit aliquid de intimis corporis

[margin: Q̃'s neg. ñ medicinã esse sciẽtiam.] *[margin: Te. cõ. 16]*

E cognoscere: & sibi per consequens impotens in iuuamentum consulere, & hoc maxime quantum ad duo medicinæ instrumenta diætam, scilicet & proprie potionem: sicut huiusmodi de causa quidam iudicialẽ detestati sunt Astrologiam. Albumasar introductorij primo. Chirurgiam vero suscipiunt: cum sensibilius appareat eis valde distantia in ad inuicem coniungere & sanare. Sed istis dicendum iuxta quodam de morbo. primo, ca. 5. dictum: ꝙ ipsi nõ debent ab alijs vituperari, cum ipsi seipsos vituperent, peritum nescientes ab imperito secernere, neque hac defectum in arte arguit: sed in operatore magis, qui non ea, vt oportet sciẽter eo vtitur. Neq; etiam siquis est hebetis intellectus, vt ad veritatem alicuius difficilis non possit peruenire, æstimandum alium perspicacis intellectus hoc nõ posse perficere: licet etenim oculus vespertilionis lumen solare etiã submissum non possit intueri, nihilominus tamen oculus aquilæ rotam eius fulgentiorẽ intuetur.

[margin: Post med.]

F PROPTER TERTIVM quidem primo videndum, vt petunt præarguta ꝙ medicina est scientia. secundo ꝙ est vna. tertio ꝙ naturali supponitur Philosophię. Propter ergo istoꝝ primum sciẽdũ sicut cõiter sentiunt docti, ꝙ medicina est scientia siue ars excellẽtissima, qm̃ ipsa in se continet, quæ ad scientiam requirunt. Quatuor. n. ad p̃ns videntur ex peti: vt de aliquo sit scia, puta ꝙ illud sit ens, quia de non ente nõ est scia, ceu q' diametros sit simetros, posterioꝝ. 1. Secundo, ꝙ illud ens sit in intellectu cõprehensibile, est nanq; scientia, vt dictum habitus intellectualis, vnde quia humano non valet capi intellectu vtrum astra sint paria, vel imparia, de hoc scientia nõ potest cõstitui, neq; etiam rõnabilis opinio, cum nobis sint infinita. Requiritur & tertio, ꝙ hmõi ens sit per se, qm̃ de ente per accidens nõ est scientia. 1. poste. Vnde sexto meta. Nulla scia, nec actiua: nec factiua, neq; speculatiua est de ipso studiosa. de his. n. quæ sunt per accidens nihil cura est arti, Ethicoꝝ. 5. cũ sint indeterminata & fortuita. Expetitur quoq; quarto ꝙ tale ens sit

[margin: Quæ requi rũtur vt de aliq̃ sit sciẽtia.] *[margin: Te. cõ. 5]* *[margin: Tex. cõ. 18 Tex. cõ. 4]*

G id de quo possint passiones & proprietates per media probari de subiecto. Iuxta illud quod dictum est. Scientia est vnius gñis subiecti partes & passiones considerans. Sed in his quæ sunt medicinæ prædicta contingit quatuor reperire. Est enim illic subiectum quod omnium est quæ in in mundo nobilissimum corpus: puta humanum sanabile differentia. 6. Capitur etiam ab intellectu, cũ non lateat nos propter eius debilem entitatẽ velut materia prima, aut quia potentiã superat intellectus, vt ea quæ sunt Dei, & intelligentiaꝝ: sed sit quid medium intellectui cõterminũ, & propinquũ. Est etiam per se subsistens, cũ causas habeat sufficientes esse sui. Habetq; quarto passiones & partes, quę de ipso per media. i. diffinitiones probant. Exempli grã: corpus sub hac passione quod est sanabile medicinæ ponet subiectũ. differentia. 6. de quo sic cõtingit sanabile demonstrari. Corpus nãq; humanũ est cor-

[margin: In fine.] *[margin: Primo post. t. c. 22. & 25.]*

H pus animatum particeps animæ rationalis. Omne autẽ corpus animatum anima participans rationali, & sanabile: tale vero est corpus humanum, ergo est sanabile. Construatur itaque talis sermo, de omni eo, quod habet sufficienter conditiones quę expetuntur ad scientiam, potest esse sciẽtia: hoc autem habet (vt visum est) medicina: ipsa igitur erit scientia. Notandũ tñ ꝙ cognitio quę accipitur ex his quæ sunt medicinæ, nõ semper est certa demõstratione fulcita: sed non parũ innititur coniecturę veritati multum appropinquanti de crisi, & aphorismorũ primis sicut in prognosticationibus patet ipsius: ac his quæ sunt interius occulta & incerta per cõtrarium appositione, aut exhibitione per simile. Non enim in talibus possumus ad id quod est certum peruenire: sic enim, vt quæ Asclepij seu Esculapij nostra foret scientia tertio de ingenio, capitulo septimo appropinquamus tamen in-

[margin: Cap. 5. Cõ. aph. 1]

quantum

I quantum possumus, cõfidentes, ꝙ natura superfluum resecet, diminutũ vero adaugeat: sic igitur medicina est sciẽtia: & est genus ipsius improprie tñ dictum: & ideo dr̃ in techni primo. Nomen scientiæ cõiter & non proprie audire oportet. (Tex.1.tr.1 Cõ.20.;l fi) vnde Cõmẽ.5.meta. Scientia non est genus medicinæ: nisi scientia diceretur ſm resolutionem ad sciẽtem, & medicina ad medicũ, tunc.n. scientia esset genus medicinæ, & sciens genus medici: nã si aliquod genus sit relatiuum, & sua species non sit relatiua, non est genus in rei veritate, sed supple cõiter, & cum extẽsione quadam. (Cõ.22. lã. Prio techni tra. 1. cõ.1.) Quare idem.10.eiusdem vnum relatiuorũ põt esse in aliquo gñe, & suum relatiuum in alio, vt sciẽtia & scitũ, sciẽtia.n. in qualitate & scitũ in substãtia. Haly. autem exponit illud dcm̃ esse: quia scientia est quid cõe ad tres sciẽtias ex principijs naturalibus pendentes, vt agriculturã, pastoralẽ, et medicinã. Põt ẽt exponi, quia scire dr̃ dupli͛r in pñti: proprie quidẽ quod demõ͂ratione hr̃ propter quid, in qua doctrina existit cõpositiua, quæ fit procedendo à causis in effectus. K Cõiter, per demõstrationem quia venatum, ſm quã procedit doctrina resolutiua ecõuerso priori vel diffinitiua sicut ostenditur dr̃ia.5. Aut cõiter dixit propter practicam, quę non habet rõnẽ scientiæ, vt theorica. dr̃ia.4. quod.q. cõcedit in prius dictũ, sic igitur sciẽtia est genus medicinæ tãꝙ naturale, & non logicum: cũ in gñibus lateant multa. phy.7. prædicatur.n. nõ vniuoce: uerum analogice magis de theorica & practica, qm̃ p prius de theorica. vñ A. in logica speculatiua est dignior comparari scientiæ. (Tex.;cõ.31 Partejs .cã in princi.) Propter huius scdm̃ sciendum, ꝙ medicina est vna scientia, cuius quidem grã sciendum, ꝙ vnum dicitur ad præsens quatuor modis, vnum quidẽ numero, vt quorum materia est vna, sicut Sor. principiũ enim indiuiduationis sumitur ex materia ſm ꝙ sub determinata fuerit quantitate, licet Porphyrius cũ Ga. posuerit probabiliter indiuiduationem ex accidentibus appropriatis causari. (Medicina ẽ vna scia.) Vnũ specie, sicut quorũ rõ diffinitiua est vna vt homo. L Vnum genere, ceu quorũ est eadẽ prædicationis figura sicut substãtia. Et vnũ ſm analogiam siue proportionem, sicut quęcunq; ad vnum dñr aliquid. vt sanum dictũ de corpore, causa: & signo, hæc aũt sic se habent adinuicem, quia quæcunq; sunt eadem proportione non sunt eadem gñe, & quæ gñe, nõ specie, quæ vero specie non numero, sed ecõuerso. Inferius enim infert superius, & nõ cõuertitur. Si ergo quæratur nunc vtrũ medicina sit vna scientia: dicendum ꝙ non est vna vnitate numerali, talis enim (vt dictũ est) debetur indiuiduis de quibus positum est non esse scientiam, cum sint infinita, & ideo testatũ ipsa fore omittenda. Neq; est vna vnitate speciei, aut generis, cum contrariorum sit eadem disciplina. non enim oĩa in scientia vna determinata sunt eiusdẽ rõnis, neq; prædicationis, vt Sortes, & Plato, & sanum & ægrum, sed magis est vna quarto modo. s. analogiæ. oĩa nanq; in medicina determinata habent analogiam M quandam & attributionem ad corpus humanũ sanabile, verum est tñ, ꝙ scientia quãto est plurium, & maioris analogiæ, ꝙ ipsa minus habet rationẽ scientiæ, sicut ostẽdit scientia prædicamẽtorum & problematum, cum demonstrationes procedant ſm cõsequentiam & cõtinuationem, nec descendunt de gñe in genus: posteriorum.1. (Te.cõ. 22.) Omnium igitur quæ traduntur in medicina licet sint ſm se valde disparia, tñ vna extat scientia, qm̃ vnitas sciẽtiæ causatur ab vnitate obiecti. Scientia enim est habitus aię intellectiuæ, habitus vero rõnem & distinctionem sumit (Tex.cõ. 33) ex obiectis. secundo de anima, quare manifestum est, ꝙ vnitas scientiæ accipitur ex vnitate obiecti ſm rõnem: tale vero, vt ostensum est sufficit, vt sit vnum vnitate quadam analogiæ, & attributionis. Propter quidem tertiũ huius sciendum, ꝙ Constantinus apostata in principio huius grandioris furti quod pantechni, seu totam artem appellauit, voluit medicinam supponi, siue subalternari (Opinio Cõstantini de subalternatione medicinę.) logicæ, naturali, & morali, cuius motiuum fuit: quia inquit oporteret & medicũ rationabilium rerũ, naturaliũ, & non naturalium: necnon & moralium tractatorẽ esse. N Cõstat quia oẽs incidit diuersis cogitatiõibus oibus subijci. Sed ꝙ rõnali siue logicæ subalternet, falsum existit, cum non principia à logica, præter alias assumat, neq; ẽt subiectũ medicinæ sub subiecto locet logicæ. dr̃ia euidẽs secunda. (Cõfutatio dictę opinionis) Neq; dicendum est ꝙ ideo logicæ supponatur, eo, ꝙ ipsa ratiocinetur, sic nãq; oĩs scientia logicæ supponeretur: cũ quælibet ratiocinetur scientia. Est enim logica duplex. differentia secunda, quarum nulli potest subijci, quia non communi, vt tactum: neq; proprie, quoniã nõ differt à medicina: cum ipsa in qualibet reperiatur scientia, nisi fortassis id ponatur, quia vt dicitur differentia. i. logica in methodorum omnium principia viam habet, sed & reliquis inest etiam scientijs. Neque est moralis simpliciter, cum in ea doceãtur mores & virtutes directe naturales: acquisiti vero remote ac extraneæ valde. O Iuxta illud primo de inge. ca.5. Qui vult curare aiam primo curet corpus: & politicorum.7. Corporis quidem curã necessarium priorem fore: ꝙ quæ animæ. (Iuxta finẽ.) Anima vero moribus curatur virtutis, hi autem sunt qui à scia cõsiderantur absolute morali. Casu tñ potius, ꝙ rõne fortassis naturali dixit supponere, quod sic declaratur. Cũ enim potius ꝙ rõne fortassis naturali dixit supponere, quod sic declaratur. Cum enim posteriorũ primo duplex sit subalternationis modus scientiæ sub scientia: vnus quidem ratione subiecti, eo, quòd subiectum sit sub subiecto ſm quem dicimus Astrologiã subijci scientiæ naturali: alius quia accipiat principia à scia superiori: quõ ponit Astronomia subalternari Mathematicæ, puta Arithmeticę et Geometriæ. (Te.cõ. 30.) Sumit.n. ꝓbões suas à scientia numeri, & mensuræ Almagesti principio. Isto quidem duplici modo medicina scientiæ supponitur naturali. primo quidẽ rõne subiecti. Nam corpus humanũ sanabile quod ipsa considerat sub ambitu cõtinetur scientiæ naturalis, quod P est ens mobile inquãtũ mobile apparens.4. meta. aut corpus ſm alios mobile, quod nititur. A. in principio canonis declaratione probare. Vnde in principio de sensu & sensato physici est de sanitate & infirmitate prima inuenire principia: nec enim sanitatem nec infirmitatẽ possibile fieri carentibus vita, quare fere physicorum plurimi & medicorum qui magis physicę artem prosequuntur: hi quidem finiunt ad ea: quæ de medicina, hi vero ad ea quæ de natura incipiũt de medicina: (Co.ſ. te.c. 7.& 29. & 11. met. p' prin. & in medio.) Similiter subalternatur secundo ipsi rõne principiorũ: quoniam vltimæ conclusiones scientię naturalis, vt libri plantarum & animalium maxime sunt principia supposita & credita: nõ autem ratiocinata à medico. sed per scientiam naturalẽ fulcita & stabilita. Vnde dictũ Auer. colliget.1.ca.1. Medicina est ars operatrix exiens ex principijs veris. s. naturalibus. (Prima ſ. doc.1.c.2. Te.cõ.11.) Et ꝓpter hoc diffinitio in techni primo tracta. prima data mordet ibidem id non tangens, quod tamẽ fuit necessarium, neq; id faciunt diffinientes: cum talia in diffinitionibus debeant subaudiri quarto prima. Q Qui vero medicinalem scientiam asserunt totam fore practicam, subalternari mechanicæ cõcupiscunt.

SVPEREST QVARTO nũc arguta remouere. Ad primum igitur dicendũ, ꝙ iam apparuit, quõ medicina, & quælibet alia scientia põt esse de sensibilibus corruptibilibus ſm ꝙ illa in quadam suscipiuntur per intellectũ forma cõi, sic enim perpetua redduntur & incorruptibilia: nõ aũt ſm ꝙ sunt in sui natura particulari significata. Ad aliud dicẽdũ, ꝙ medicina est de abstractis, abstrahere uero aliqd ab alio ſm intelſm, nihil aliud est, nisi cõsiderare vnũ ꝑter reliquũ. Cuius grã sciendũ.6. met. ꝙ abstractio est triplex, vna quidẽ à materia oino, & ſm esse, & ſm considerationẽ vel intellectũ, & talis est metaphysici nullo modo materiã concernentis. (Abstractio triplex. Te.cõ.1.) alia vero ſm

rationem

A rationem tantum, & nõ ſm eſſe: & ita mathematicus abſtrahit. tertia quidẽ fit non à materia ſenſibili in cõi: ſed à materia ſenſibili ſignata, hac, aut illa, & ſic abſtrahit naturalis & medicus & vniuerſaliter artifex omnis qui materiã ſenſibilẽ cõcernit. Sunt ergo illa de quibus eſt medicina aliquo modo abſtracta. Quòd ſi dicis, immo ſunt cõcreta, quæ.n. adiectiuã ſunt & dependentia: cõcernũt ſubiectũ, qualia ſunt ſanum, & ægrotũ. Dicẽdũ, ꝙ abſtractum dupliciter dr̃. vno quidẽ modo, vt iam viſum, ꝙ non ſit materiæ ſignatę immerſum: immo uigore intellectus ab ipſa expoliatũ. Et de ſolũ ſic abſtractis eſt ſcia. Alio modo dr̃ abſtractũ prout rẽ ſuã dicit per ſe ſubſiſtẽtem magis, & non in dependentia, vt albedo & ſanitas: Concretum vero eſt qđ eandem nominat cum quadã inclinatione, & dependentiã ad ſubiectũ, vt albũ & ſanũ, & de talibus concretis bñ põt eſſe ſcia: dũmodo ſint abſtracta via antedicta. Et quia ſanũ, & ægrum, & neutrũ quãdã dependentiã importabãt ad ſuũ ſubiectũ, iõ Gal. diffiniẽs medicinã dicit eã eſſe ſanoꝝ. ſ. corpoꝝ, ægroꝝ, & neutroꝝ. Ad aliud dicẽdũ, ꝙ medicina eſt vl'ium, vt oſtenſum fuit. Si autẽ dicis nõ medicamur vniuerſali, vt homini, ſed particulari, vt Calliæ vel Sor. Dicendum, ꝙ iſtud medicari nõ eſt ſcia directe: ſed quidã actus & labor particularis, & de tali nulla eſt ſcia. vñ & qui dicunt medicinã artẽ machanicã ſic ipſam à longe aſpexerunt. Si autẽ dicatur, ꝙ in iſto actu, vel opere ita particulari extet rõ medicinæ cum finis eius aliter nõ acquiratur. Dicendũ, ꝙ licet tandẽ hoc cõcurrat, tñ magis adipiſcitur ſciendo ſciam ſcientialẽ & maxime modum, & qualitatẽ operãdi: dirigit.n. & regulat in actũ operãdi pticularẽ: & tũc cõſequitur medicinæ finis perfectę, quod oſtẽditur. Qñ.n. quis tendit ad opus. feſtine neglecto modo, & qualitate operãdi, vtplurimũ magis nocet, ꝙ proſit, etiam bona habens experimẽta, cũ cõgruis cõplexio

Obiectio.

Solutio.

B

C nibus & locis tẽporibus neſciat applicare, experimentorum, lib. hunc.n. modũ, & aliæ ſcientiæ habẽt: puta logica. docet nãq; ſyllogiſmũ cõficere, ſyllogizare autem demũ eſt quidã actus eius quodãmodo practicus, & tamẽ quis nõ ſyllogizans qñ ſcit logicã dr̃ eius finẽ fuiſſe adeptum. Ad aliud dicendum ꝙ medicina nõ eſt ſenſibilium particularium, ſicut neq; alia (vt oſtenſum eſt) ſciẽtia, ſed eſt vniuerſalium. Probas aũt ꝙ non, quia vniuerſalia qñ veniunt ad intellectum, redduntur particularia: cũ ſit vnus numero & particularis. Dicẽdũ, ꝙ vl'e habet duplex eſſe, vnũ gdẽ in intellectu iã poſt in actum aliqñ deducto, aliud ſm ſe, prout à multis particularibus eſt quædã forma cõis per intellectum abſtracta, hæc.n. ſpẽs & ſiſitudines reꝝ abſtrahit à pticularib' ẽt ſignatis, & reponit intellectũ poſſibilẽ. ſ. cõgregãs vnã ꝙdã naturã cõem natã ineſſe vel dici de pluribus. iuxta illud Porphyrij. Participatione ſpẽi plures hoies ſunt vnus hõ, et deinum proijciens lumen ſuum ſuper intellectũ poſſibilẽ

Libro ... c. 3.

D facit ipſum prædictã naturã intelligere, habet.n. ſe ad eũ ſicut lumen ad colores, & ſic intellectus cõſurget in actu, & tandem adeptus, ſeu accõmodatus. dr̃a. 57. Cum igit ſm ſe natura illa cõis, vel ſpẽs remaneat vl'is ab obiecto pfecta, poterit de ea fore ſciẽtia, vl'.n. ꝙ intellectualis natura ſit in genere ſuo ſicut Sol in gñe corporeo. Scim'.n. Solem fore vnum numero, & indiuiduum, & lucem quę in ipſo, dupliciter conſideratam. Si.n. conſiderẽ prout eſt in eo forma Solis eſt vna numero, ſi vero accipiatur ſm ꝙ ab eo eſt manans, ſic vl'r oium eſt illuminatiua diaphanoꝝ tam peruiorum, quæ facit lucida ſm actum, ꝙ nõ peruiorum: quę reddit colorata, et ſic multa agit & facit. Noſter.n. intellectus ſm ꝙ eſt aliquid naturæ aiæ, dr̃ indiuiduus, tñ prout emittit actiones intelligendi eſſe in virtute notaẽ vl'i: & hoc mõ vl'ia ſunt in ipſo, quia ſic eſt abſtractiuus & denudatiu' formaꝝ ſicut lux corpalis colorum, licet ergo indiuiduus ponatur ſm ꝙ eſt forma ho

E minis, tñ ſm ſuã poteſtatem incptũ eſt potẽtia lucis ſpũalis vl'is eſt: nã ẽt vl'ia ſunt in intellectu ſicut forma in materia, vel accñs in ſubiecto. Ens.n. in aia potius eſt intentio rei ꝙ res, & iõ ſicut non indiuiduaẽ corpaliter per eſſe qđ habet in luce corporali, neq; ẽt ſpecificaẽ, eo ꝙ eſſe in luce cõuenit oĩ colori: ita & intentio rei nõ ſpecificaẽ, nec indiuiduaẽ p hoc, ꝙ eſt in luce incorporea intellectuali, ſed manet vniuerſalis. Contingit autẽ circa hoc dubitare: cum nihil agat vltra ſuã ſpeciẽ, intellectus igiẽ indiuiduus ſpẽm nõ poterit vl'em cõcreare. Dicendum: ꝙ id praue ponentes vnitatẽ intellectus nõ ſic angit, ſed veritatem pluralitate ipſius profitẽtes cum lege: & iõ dicunt ꝙ intellectus tripliciter hoi counitur: vno quidẽ modo, vt natura dans eſſe, & ideo indiuiduus: alter ut potentia, per quã eſt operatio intelligendi: & ſic vl'is eſt virtus. Id tñ vr̃ cõtra Ariſt. 3. phy. & 12. meta. negante paſſionem nunq; plus ſubiecto fore abſtractã. Qđ & per ſe dicã verificari, virtus.n. viſiua materialis obiecto ſuſcitata eſt, et medij diſpõne coextenditur in immenſum. tertio mõ: vt forma acquiſita ex multis intellectibus. Quia igitur hæc difficilior eſt tractatio ꝙ negociũ pñs exquirat: nunc tñ ſufficiet dixiſſe. Ad aliud dicẽdum ꝙ diffinitio eſt duplex, vna quidem vere, quæ ſolius eſt ſubſtãtiæ, ſicut.n. ſola ſuba habet, ꝙ quid eſt vere. 7. meta. ita & diffinitionẽ: & hæc dr̃ ꝓprie ſubſtantialis diffinitio. Eſt & alia improprie ſumpta uerius dicta deſcriptio ſeu notificatio duplex etiã exñs, quaꝝ vna ex accñtalibus ꝓprietatibus cõſurgit inſeparabiliter cõcomitãtibus gñi ꝓximo cõiectis. Altera vero ex ſubſtantialibus differentijs pter cõueniẽs ſui ꝓximum genus aggregatis. Boetius topi. 2. prima quidem haꝝ erit diffinitio ſm quid, vt accidẽtium: ſicut.n. accidentia non habent proprie quod quid eſt: immo per additamẽtum: recipiunt enim in eoꝝ ratione ſubiectum, vt ſymmitas eſt naſi cauitas, ſic enim nõ habent proprie diffinitionem, hæc tamẽ diffinitio eſſentialis dici poteſt, non autem ſubſtantialis cum ſolius iſta ſit ſubſtantiæ. ſecunda vero diffinitio impropria, ſeu notificatio erit ſubſtantiæ, qua vtimur multotiens ex defectu ſubſtantialis. 7. apparens meta. Sic igitur dicendum ꝙ diffinitio ꝓpria ſubſtantialis nõ cõſtat ex accñtibus, eſſentialis autẽ & impropria cõſtare poteſt. Adhuc quãq; accidentiũ prout diuiduntur contra ſemper, aut frequenter nõ fit demonſtratio: cum ſint caſualia & fortuita vel etiam contra per ſe: prout tamen ſeparantur cõtra ſubſtantiã eoꝝ: ceu ſignat matheſis extat demonſtratio. Ad aliud dicẽdum: ꝙ illud quod nullo modo participat vnitate: nõ eſt, quæ autem ſunt medicinæ vnitantur vniuerſali vnitate quadam: vt oſtenſum analogiæ, & attributionis: & ita poteſt eorum eſſe vna cognitio quæ ſciuntur experientia: & quæ rõne ſubſtantiæ: & accñtis corruptibiliũ, & incorruptibiliũ. Ad aliud iam apparet quid dicẽdũ. Ad aliud dicendum, ꝙ finis medicinalis ſcientiæ nõ eſt opus partiale: aut ſanitas hæc vel illa: ſed cõis: ea enim introducitur ſanitas actu prout eius virtute: ſicut diceẽ differentia conſequenti: in opus deſcenditur: ita vt ipſa ſanitate: quæ eſt animæ forma ſanitas introducit: quæ corporis habitus.

Coll. t. c. 36 Te. cõ. 1.

F

Tex. cõ. 19

G

Coll. 2. t. c. 14 ad te. cõ ... .

H

DIFFERENTIA. IIII.

VOD MEDICINA non ſit theorica oſtenditur: ſed practica, quoniam dictũ eſt differentia præcedenti, ꝙ medicina eſt adiectio eorum, quæ deficiunt, & detractio illorum, quæ ſuperabundant: & ꝙ eſt ars operatrix inuenta experimento & ratione: qđ autẽ tale practicum extat. Adhuc iuſtum eſt vnumquodq; ſortiri nomen à fine. 2. de anima: ſed finis theoricę ueritas eſt, practicæ vero opus Ethicorum ſecũdo: & primæ philoſophiæ. 2. Medicinæ autẽ finis nõ veritas eſt, ſed operari. Non.n. id negocium eſt ſciendi

Tex. cõ. 49

Tex. cõ. 3

causa

I Auicen. causa, sed ut sani simus, hic enim est medicinæ finis differentia prima. Rursus in principio metaphysi. Theoricæ scientiæ sunt in quibus quærit perfici virtus aiæ speculatiua per acquisitionẽ intellectus in effectu. s. per adeptionẽ sciæ imaginatæ, & creditæ de rebus, quæ nõ sunt nr̃a opera, nec nr̃æ dispõnis, his. n. est certitudo sciæ et opinionis, vñ idẽ in logica. Eius finis. s. philosophiæ speculatiuæ nõ est nisi pfectio aiæ, vt sciat tm̃. Finis igit ipsius est cognitio sciæ, quæ non est opus: sunt aũt modi Philosophiæ tres essentiales, naturalis, mathematicus, & diuinus. 6. metaph. Medicina vero nullũ extat taliũ, cũ eius finis sit per opus sanitatis possessio: propter quæ medicina non erit speculatiua: verũ factiua magis seu practica.

In princi.

Te.c.8.2.

IN OPPOSITVM vr̃ q theorica. Illa nanque est theorica in qua perficitur intellectus per se speculatiuus: hmõi quidẽ est medicina cũ principiũ habeat & causas primas in quibus intellectus perficitur cõtẽplatiuus: ceu sunt elementa, & cõplexiones cũ aliis. Et scia illa non est practica, quæ docet modũ, & qualitatẽ operandi, cũ id in opus nõ concidat, & hmõi quidẽ est medicina, primo prima. Rursus. A. in principio meta. Practicæ sciæ sunt illæ in quibus quærit pfici uirtus aiæ speculatiua per adeptionẽ sciæ imaginatæ, & creditæ de rebus, quæ sunt nr̃a opera: ad hoc vt secundario pueniat pfectio virtutis practicæ in moribus, vñ hic in logica, finis practicæ est pfectio aiæ nõ vt sciat: tm̃ sed vt sciat qđ debet agere, et agat ita vt practicæ finis sit cognitio sciæ, quæ est in opere, sed medicina nõ est de his quæ sunt ex nr̃o opere, sed naturæ: cum eius extet subiectũ corpus humanũ dr̃ia 6. vñ neq; mores cõtractat nisi fortassis naturales: de qbus nõ moralis est, sed naturalis magis: quare infertur medicinã practicã nõ existere, quorũ quidẽ cõtrariũ sentiunt fere vniuersi ponentes medicinæ aliquid theoricũ & eiusdẽ quid practicũ. Amplius sicut est in artibus liberalibus, & Philosophia: ita & in medicina: q̃m vtrobiq; reperitur, qđ est sciæ, sed in artibus reperit aliqd theoricũ: ceu in grammatica. 1. elemẽtorũ cognitio, syllabarũ puta dictionũ, & orõnũ: cõgrue vero demũ vnũ cũ alio cõiungere, practicũ. In logica vt ppõnis syllogismi notitia, theoricũ extat. Cõiungere vero has in vnũ, & syllogizare actũ practicũ. In Philosophia vero simplr̃. 3. modi eius essentiales, sunt quid theoricũ: moralis vero Philosophia oĩs, qđ practicũ: & si quidã hoc in ea theoricũ ponant, virtus est habitus electiu9 &c. Ethicorũ 2. & alia multa: et ulr̃ principia magis habent rõnem theoricæ: conclusiones vero vltimiores, practicæ. Itaq; erit similiter in medicina: quia eius erit quid theoricum & aliud practicum.

K

Doc. i. c. i

L

Cap. 5. 6.

PROPTER PRIMVM quidẽ sciendũ, q quid sit medicina monstratum est dr̃ia priori, quid aũt theoricũ, & practicũ ex argutis: hæc quoq; est medicinæ aliis amplius attributa diuisio, cum in ea euidentius appareat qđ theoricũ, & practicum q̃ in cæteris, quæ quidem diuisio partim est generis in species, partim uero totius integralis in eius partes quantitatiuas: qualis est partitio animæ, di uisionum libro. Cuius quidẽ rõ alia vegetabilis: quædã sensibilis, alia vero rõnalis. In eo nanq; q medicina prædicat de theorica & practica: rõnẽ inducit diuisionis generis in species, & separat ab ea, quæ integri totius in partes ipsius: inquantum vero tota rõ medicinæ saluatur in theorica, & practica, ceu genus saluat in qualibet ipsius scilicet specie, disiungitur à diuisione totius vniuersalis: & annectitur ei, quæ totius quãtitatiui in eius partes.

Diuisio medicinæ.

M

I nitur nisi in igne qui est hic. Ignis autē qui est in vltimo cōtinuitatis puta orbis non est in fine caliditatis & ebullitionis. Quapropter plura elementa sunt causæ generationis. Sed contra id. propter qđ vnūquodq; et illud magis, ꝓpter ignem aūt qui est elementū: alia sunt calida & elemētata, ita vt ignis qui hic existit. Adhuc in vno quoq; genere vnū extat primū quod est causa calidorū posteriorū: vt ignis est calidissimus. Est nanq; alijs hic causa caloris meta. 2. Is autē videtur ignis qui est elementum, cum verum sit eius esse. Dicendū q̄ ignis elemētū primum extat calidorū, & q̄ illud philosophi veritatē habet in analogicis: non aūt in pure vniuocis: vt hic homo generatus est ꝓpter hunc generantē. igitur generans homo magis est generato. non valet: neq; in pure æquiuocis: vt in hoīe picto & vero: verificatur enim in analogicis & in his in quibus faciēs generās est tota causa eius quod fit. quod nō hic euenit, cum ignis caliditas fortificetur propter materiā suscipientē illum: qđ signant materię ostensæ. similiter si aliquid est primū & alicuius causa: id pōt sibi amplius & minus inesse ꝯm subiecti (vt tactum) susceptionē, aut aliter quocūq; modo. Nosce etiā cum eo quod tactū nona. q̄ natura duplex est: vniuersalis & particularis. vniuersalis quidē vt afflans & imprimēs in hęc inferiora: virtus cœlestis quæ adhæret vię vni & ordini: qđ indicat motus illius, à quo bonitas & pfectio causatur in istis. vnde. 2. criticorū. Omne bonū pulchrū, & omne quod ordini vni adhæret & viæ, & ostēditur in eo vestigiū sapiētiæ, non est illud nisi de sursum. particularis vero est ipresio in hęc infima sigillata priori vniuersali. regitur enim & gubernaẗ per illam, quę etiā duplex existit: vna quidē infima: altera vero duarū media, sicut quæ viuentiū natura ꝯm magis et minus distās ab illa superiori: & ꝯm hoc plus aut minus ordinata: vt humana maxime, cū ei amplius appropinquet. Infima quidē sunt quæ elementorū priori, propter lōge distare, fere opposita: & ideo minime ordini vni adhæret et vię: & propria materia pma et quæ elementorū sibi viciniora. quare factū q̄ multa sunt cōtra naturā particularem, non tñ vniuersalē: cum ea sit particularis causa et dominatrix naturæ. vnde licet mors sit cōtra impetū naturæ particularis, non tñ vniuersalis. Et propterea. 2. cœli & mundi senium & omnis defectus & corruptio est cōtra naturam: & q̄nto physico. Corruptio nō est extra naturam. senescere enim ꝯm naturā erit: et ita fœmella dicitur masculus orbatus vel occasionatus. 2. de gene. aialium. Natura enim particularis & proprie quæ forma existit, perfectū semper & marē intendit: cum sit quid diuinius: sed vniuersalis cum natura etiā quæ materia & maxime propter priuationē admistā fœmellā etiā adoptat: cum sine ea non possit generatio saluari quicq̄d senserit. A. quādoq;. Similiter q̄ aqua maris fluat & refluat contra naturam particularē ipsius existit: cum eius naturalius sit quiescere: sed nō cōtra naturā vniuersalē: vt motū lunę mouētis mare ꝯm q̄ ad angulos quatuor mūdi occurrit differētijs. 88. et. 148. per hūcq; modū ignis descendit leuis ad mistionē. & terra eleuatur ad eandem grauis.

[margin: T.c.4.] [margin: K] [margin: Ca. secūdo in medio.] [margin: L] [margin: Te.c.37.] [margin: T.c.56.] [margin: M]

PROPTER QVARTVM quidem. ad primum dicendū q̄ ignis in sphæra sua nō dicit proprie in se calefacere: cum id dicat transitū in materiā exteriorem, quæ in eo nō existit: sed vbi cōiungitur aeri: sed calescere dicitur verius, cum actionem dicat intrinsecā fere ad modū eius quod est appetere & agere. Ignis aūt hic materialis in materia ens extranea ꝓprie dicitur calefacere: cum in vna ens transeat in aliam. Ad aliud dicēdum q̄ ignis nō descēdit deorsum per naturā eius propriā: sed vi naturæ (vt tactum) vniuersalis gubernātis generationem et corruptionē: neq; mistio est simpl̄r naturalis: sed potius ꝯm quid uiolēta: puta ex inclinatione ignis in sursum. Et propterea dici potest q̄ mistio quodāmodo violēta est: & magis ratione ignis q̄ aliorum elementorum. Et quia quędā violentia & oppositio mistis includitur: tum ratione primarū qualitatum: tum q̄a secundarū localium necesse fit mistum aliq̄n corrūpi. Ad aliud dicendū q̄ sermo hic est de igne prout est elementū: tu autē adducis ignē elemētatum vt ostēsum prius. Ad aliud dicendū q̄ nō corrūpit orbem nec agit in ipsum, cum actus agentium sint in materia patienti et disposita: orbis aūt hmōi non suscipit impressionē: cum ꝯm Cōmentatorē nō secum cōmunicet in materia. Corpora nanq; cœlestia nō recipiūt peregrinas impressiones neq; aer corrumpitur calore ei cōtiguus: quia ignis superior vt tactū, non calidus omnifariā: etiā remittitur in calore propter distare à causis calefaciētibus. orbis resistit etiam igni cum alijs elementis frigidis habētibus cōtrarietatē ad ignem: & propter hoc impugnatur: pmo metheororū. Anaxagoras ponens supra hunc aerem totū esse æthere lucido inflammato plenum. Cum enim hæc inferiora elementorum nihil sint vere respectu ipsius corrumperentur omnino: ita vt generatio & omnis cessaret motus hic: quod omnifariam respuunt peripatetici.

[margin: N] [margin: Libro de substantia orbis i pn. &. 2. cō. 3.] [margin: Fis cap. 1. circa pn. & Cō. cap. 1.] [margin: O]

DIFFERENTIA. XVI.

QVod elementa sint in misto actu seu ꝯm formas eorum in eo maneāt substātiales ostenditur: qm̄ ex elementis generantur generata & cōuertuntur in corruptione nō corrupta in suis formis essentialibus. A. sexto. meta. Inquit etiam elementū corporeū in misto ꝯm essentiam existere. quod & innuit pma primi: qn̄ dicit plurimum vnius elementorū plurimū alterius cōtāgere. Verus autem cōtactu solus existit corporū: pmo de gene. & cor.

[margin: Prio fen ca. 10. post medium. Doc. 3. ca. 1. in pn. T. cō. 44. & 45.]

Eti. Omnis actio prouenit ab eo qđ est actu. 9. meta. sed elementa agunt et patiuntur in misto: alioquin mistū corruptibile non foret. Palin. Si elementa in actu non permanent in misto, iam nō mistio causabit: sed magis corruptio: cū mistio subiectū præsupponat. Est enim miscibilium alteratorū vnio. pmo de ge. & cor. Alteratio vero à generatione distat. ibidē: qm̄ alterationis subiectū actu existit: generationis aūt potentia. Itidem: si forma substātialis misti sit actus materiæ: formis simplicium corporum elementorū exclusis: tum simplicia corpora elementorū rationē perdēt: cum elementū sit id ex quo cōponitur res pmo: & est in eo indiuisibile specie in aliā speciem: differentia. 11. sublatis vero substantialibus formis simpliciū corporū, nō causabitur mistio. Palin. Si nō manent actu, tunc videi cum materia misti nullam actu formam obtineat nec simplicis nec cōpositi: q̄ priuatio eius sit adeo generalis, ceu quæ materiæ pmæ: sed ipsa est simplex omni de se carens forma: cum in fundamēto naturæ nihil sit discretū. meta. 1. igitur & materia cōpositi: quod oīno extra rationē existit. Adhuc materia misti cōmunis existēs per nihil efficieẗ propria huius vel illius materia. reciperet eni tot formas cōpositi materia: quot & prima. Amplius cuius est potentia, eius est actus: de somno & vigilia pncipio: si igitur elemēta sint potentia in misto: erūt & actu: cum ens omne potētia sit aut actu: sunt enim primarū differētiarū entis. 5. meta. Rursus. vbi conuenit inuenire proprietates & passiones elementorum: est & ipsa reperire: cum passiones sint à subiectis inseparabiles: phy. & generationis pmis: sed has in misto est reperire: ergo &c. Etiā dicunt Halyab. & Isaac amaram. in corruptione animalis partes eius in elementa resolui: vt spiritus in aerem: calorē naturæ in ignē: humiditates in aquam: & ossa cum eis proportionabilibus in terram: apparens elementorū primo ca. 15. vnde Simplicius secundo cœli & mundi. Theophrastus ab oculis hominis flammam segregari narrat. Megethius autem Alexādrinus medicus mihi narrauit à viro sciatico ignē exiuisse à vertebro coxe & combussisse omnia: in quo et cessauit

[margin: Collr. te. c. 13. in fine.] [margin: Mistio qđ sit.] [margin: P] [margin: T. cō. 30. in fine. Collr te. cō. 10.] [margin: T. c. 13.] [margin: Q] [margin: Tex. 14. & 16.] [margin: T. 14. pma theo c. 5. ast medium.] [margin: Post medium.]

A cessauit passio. Elementa igitur sm formas ipsorũ essentiales seu actu in misto existunt.

IN CONTRARIVM vt q̃ potẽtia solum, signãt etiam auctoritates & firmant rationes. Primo nanq̃ de gene. & corru. saluatur virtus elementorum in misto. videlicet. 3. vero cœli & mundi. In carne. ligno et vnoquoq̃ talium est potentia ignis & terræ: et secundo de partibus. Melius forte cõpositionem dicere ex virtutibus elementorum, q̃ ex terra, & aere, aqua, & igne: non ex his sed sicut in aliis dictum est prius, humidum. n. & siccum & frigidum & calidum: materia cõpositorum corporũ sunt. vnde Gal. primo elementorũ. Dicit Arist. elementa confusa fore æstimasse qualitatibus solis: idq̃ dogma eligendum propter certitudinẽ: eo q̃ ab incõuenienti pseruat. Et Isaac elementorũ librum initians. Philosophus in plerisq̃ libris suis diffiniuit elementum esse rem ex qua generatione prima aliquid generatur & existit in generato ex ea potestate non actu. B Adhuc quidẽ ex pluribus entibus actu non fit vnum actu per essentiã. 7. metaphy. sed elementa vnũ actu vt confessum constituunt. Eti. Si formæ permaneant elementorum in misto actu, ipsum iam plurium existet formarũ: quod est falsum: cum vnius rei sit vnicum esse perfectiuum: ceu philosophia sentit peripateticantium rõne. Palin: cum quælibet particula et minima misti sit mista: pmo de generatione & corruptione. In eadem quatuor erunt elemẽta corporalia: & ita in eodem locorum minimo plurima situabuntur corpora. Cuius contrarium secundo de anima: & quarto dicitur physicorum. sunt igitur in misto potentia, non actu.

T.c.24. T.c.32. — Ca. primo — Circa fi. — Te.49. — Te.86. — Te.c.69. Te.z.8.

PROPTER PRIMVM vero sciendum q̃ cũ mistio sit elementorũ seu miscibilium in vnũ sm veritatem conuentus: primitus esse elementi: mistionis actus & potentiæ ostendatur. secũdo qũo miscibilia naturaliter moueantur ad mistum. tertio quæ & quot sint de rõne mistionis conditiones notentur. C Propter hoc primũ sciẽdum q̃ quid sit elementum & quot modis dicatur differentia ostẽsum est. 11. Est autem mistio multiplex: vna quidem vera superius iam diffinita: in qua ex qualitatibus miscibiliũ alteratione corruptis resultat noua qualitas ex illis in misto: de qua nũc est sermo. Est & alia non vera multiplex existens: qm̃ aut per iuxta positionem ceu aqua oleo: aut sm misturam velut ordea frumentis. vel sm adhærentiã vt lapis lapidi: aut sm vnitionem & assimilationem: sic sanguis carni & medulla ossi. vel sm inclauationẽ, ceu lignum ligno: aut sm detentionem & circũplicationem: vt anulus anulo: quædam fere media existit inter istas extremas sic vt qñ vnum miscibilium taliter alii cõplicatur: vt sensus nequeat discernere: sicut euenit in mellicrato & aceticrato. Imitantur enim naturã talium cõponẽtia: ceu quidem sm mistionem reputata fore: nõ existentia vero D sm veritatem & apud naturam substãtialiter quẽadmodum elemẽta. Alexander in pblematibus. Mistio enim certa non est ad sensum: neq̃ eius ita minimum: sed essentialiter & vere. primo elemẽtorũ. Est autẽ potentia duplex vna quidem remota distans ab actu nõ parũ: aptitudine tñ ad ipsum ita dicta. Reliqua vero secũda forma dans esse rei: actus etiã primus noiata. Similiter & actus duplex: vnus quidẽ primus potẽtia. videlicet. pfata. & alius secundus qui est operatio, cuius nihil quidẽ potẽtiæ. Sic igitur aliquid est tm̃ potentia vt prima: aliud actus solum sicut actio. quidam vero medium velut potentia secunda seu actus primus. prima quidem potentia dicitur & simpliciter potẽtia respectu formæ. altera vero sm qd: qm̃ relatione actus operatiui: ipse vero actus econuerso. hic autem actus sumitur pro primo siue potentia secunda: potentia vero pro potẽtia prima: quæ inclinatio est quędam ad actum primũ seu formam: dĩa. 56. Forma vero substãtialis seu essentialis est illud p quod res esse habet, et in spẽ locatur: ab ea nãq̃ quidem spẽm sortitur. Propter

Ex hiis hẽt sm Cõci. q̃ cõposito q̃litas alia a pmis q̃litatibus est. — Coll. circa princi.

E huius vero secundũ sciendum q̃ in oĩ actione & passione materiam oportet & agens motum ã fine formæ impressiuum actualiter cõcurrere. Materia siquidem misti elementa sunt, seu miscibilia. Elementũ enim est sicut materia remota indisposita. miscibile vero ceu propinqua. Sed agens dupliciter existit: quorũ vnũ est motor immobilis dans cuncta moueri vt causa prima. vt Boe. immobilisq̃ manens das cuncta moueri: de cõsolatione. Secũdum vero virtus orbis cum his quę locantur in ipso astris: quæ duplicia existunt: quædam. n. sunt erratica: vt septẽ errantes seu planetæ dicti quorũ sol fons caliditatis spheram cõmouet ignis: luna vero principium humiditatis spheram concitat aquæ: quod ostẽdit motus accessus & recessus eiusdem sm motum diurnum cœli quadratiuũ quatuor puncta cardinalia constituentẽ: differentia. 168. Aerem vero concitant quinq̃ alii: Saturnus nãq̃ ad frigiditatem disponit ipsum congelatiuã mortiferam. Iupiter quoq̃ calorem & humiditatem illi cũ tẽperamento F pstat. Mars caliditatem æstualem cũ siccitate. Venus frigiditatem cum humiditate mensurate: sibi quidẽ Mercurius cõmunicabilitatem ac passibilitatem ens indifferẽs attribuit: et ideo diuersi motus sunt in aere reperti. quędã vero astrorum sunt fixa in sphera octaua locata ex quibus sm Ptol. & Hipercũ. 48. sine suis gestaminibus procreantur imagines seu formæ, ceu in causæ assignatione physionomiæ per me notaui constructæ. Cuius motus sm Ptol. in. 36. milibus annorum cõpletur: cuiq̃ illius graduum centũ deputando annos: nũc aũt circa. 70. verius differentia. 9. & tractatu quem de motu octauæ construxi sphæræ: ex cuius motu cã pma fulcito continget tandẽ signa septẽtrionalia meridionalia fieri: & ecõtra vniuersam sic vicissim habitationem permutari vt ibidẽ declaraui. vnde metheo. primo. vbi nunc est arida olim fuit mare ac contra. vult. n. permutationes hmõi infinities iterari. G Ex hoc quoq̃ mirabiles in occultis etiã terræ visceribus imprimuntur imagines: virtus siquidẽ astrorũ ad infinita delapsa & maxime solis sibi p radios ignis virtutem sociat & coniungit. Ignis nãq̃ qui est in cõposito radiis introducitur solaribus maxime cum aliis & nõ per motum eius naturalem deorsum: sed magis violentũ ex natura inductum vniuersali. differentia pmissa. hi etiam agunt in terrã & aquã ac vl'r in continens calefaciendo & vapores in medium vt in aeris superficiẽ attrahendo vbi mistum conficitur ceu in metherologicis monstratur. licet enim sit contra naturam grauitatis terræ ac aquæ superiora petere. & ignis leuitatem descendere: non tñ est contra naturã motoris primi vl'is & cõiuncti particularis: velut motor est cœli qui cã ois est trãsmutationis primaria: motus nãq̃ est ipsius tanq̃ motus cuiusdã sapientis sm Mesahalach de sphera mota: ad quem ois qui in H elementis existit in elemẽtatis reddit. 8. physi. Cõmentator. Et ideo vt ex. 12. dicitur meta. opus naturæ opus est intelligentiæ: motor quidẽ hic velut aia operatur quæ causa principalis in aiatis est actus ois: secundo de anima & collin. 4. vnde simpliciter alimenti causa est ipsa. Ignis vero quodammodo & concausa: eo q̃ omnium natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augumenti aiæ siquidem & non ignis quod tale. Ea nãq̃ sursum eleuat qñq̃ grauia. leuia vero deorsum adducit contra mobilis inclinationem oĩno: ceu dictant choleræ: nã nigra grauis petit os stomachi sursum tendens: rubea vero leuis intestina deorsum: vnde mistio naturalis existet non parum differentia priori. Deducitur itidem ignea virtus deorsum vaporibus pluuiæ & roris quibus admiscetur: cuius quidem signum: quia aquæ pluuiales & rores vaporosi extant calidi & digesti. Quidam vero dixerunt vnum elementorum fore in alio in potentia: vt metau. primo. Quod forte non valet: quia mistio fit ex elementis prout sunt simplicia suo modo, &

Agẽs duplex. — Ca. 5. circa finem. Eodẽ libro 1. ca. 2. circa pncipiũ — Coll. 6. 10 iuxta fi. T.c. 38. Coll. te. c. 37. 39. et 48 qnto. c. 3. circa pncipium. — Ca. 1. circa principiũ

non ſm q extant in alijs elementa: dictum etiã differẽtia priori ignem elementũ minus habere caliditatis iſto materiali: plura.n. elementorũ ſunt cauſæ generationis. Veniunt autem miſcibilia in miſtionem animalium & proprie pfectorum per terrenaſcentia: ex his enim conduni cibi ex quibus humores & ſpermata: & ex illis tandem per viam originis conſtituunt aĩalia elementorũ primo.

Post medium & ſius fi. Eſt enim materia primitus prima: deinde elemẽta: demũ terrenaſcentia: poſtea cibi: deinceps ſang. poſtea humiditates & ſpermata: deinde mẽbra conſimilia: poſtea quæ officialia: & vltimo embrio vel fœtus. Finis quidẽ perfectio extat vniuerſi & miſtorum bonitatis diuinæ participatio. Forma aũt miſtionis apparet, cũ ipſa forma quædam exiſtat. Propter tertium hmõi ſciendum q. 8. vel 9. ſunt conditiones ad miſtionem requiſitæ: quarum prima q miſcibilia permaneant in tertio & non in alterum corrupta: hæc nanq inter miſtionem & generationẽ habetur drĩa. vnde Ariſt. [Neq materiam combuſtibilis. ſ. igni: dicimus cõmiſceri neq miſceri qñ exardet, ſed ignẽ generari: ſic etiam nec cibus pmiſcebitur corpori. Requiritur & ſecundo q miſcibilia ſint corpora: nõ.n, accidẽs cõmiſtionem ſuſcipit cũ ſubiecto. vnde neq figuram cũ cera, neq cum corpore album: neq accidẽs accidenti cõmiſcet: ceu neq diſciplinæ album, cum oporteat iterũ ex miſto ſeparari miſcibile. Propter quod expetit tertio q nõ ſemper pmaneant coniuncta: verũ etiam ſequeſtrent ex miſto qñq. Quarto q ſint minima quantitate oĩno: ita q miſtio non ſit ſenſu, vt ordei & milij coniunctorũ: ſic.n. quod miſtum hoĩ eſſet: lynceo nõ foret. Licet.n. cathimia ærugo: lythargirũ & vçiſur videant eſſe idem & vnũ vltime trita & coniuncta: non tñ vere ſunt, ſed plurima: elementorũ pmo. in principio. Oportet & quinto omiomera ſibi & homogenea exiſtere. Anomiomera nãq aut etherogenea vt naſus & oculus miſceri nõ contingit oĩno. Sexto quidẽ q ſint contraria ſimul actiua & paſsiua cõmunicantia in materia. Septimo q æquipotẽtia ſufficienter extent & nõ omnifariam. ſi vnũ.n. aliud ſuperet potẽtia aliqualiter nõ miſcebit illi velut æs ſtãno. Et ſi vincat, oĩno tranſitus fiet in dominans & nõ miſtura, vnde vna vini gutta mille non miſcebitur amphoris aquæ, cum ſoluat ſpecies & tranſmutetur in dominans. Octauo q ſint terminabilia bene ita vt ab eorum remoueantur viſcoſitate, fluxibilitate, euaporatione ac reſolutione: quod accidit cũ miſcibilia perfecte fuerint inuicem applicata: vnum.n. ab alio ſuſcipiet quod prius nõ fuerat in ſeipſo primo apparens. Additur & non oportere non penitus fore ſimilia: cum ſic actio non proueniat & paſsio: nec oĩno diuerſa: quia iam contraria forent in eodem: ſed media inter iſta debent etiam partim corrupta exiſtere, ſm partem vero ſaluata: virtus nanq ſaluatur eorum de humana natura & primo de gene. & corru.

Códitiões. 9. requiſitę ad miſtionem.

K Primo de ge. & cor. te. có. 23.

L

T. c. 24.

M PROPTER SECVNDVM vero ſciẽdum q de hoc quæſito fuerunt multæ opiniones: & iõ difficile oſtẽditur aphor. primo cuius & difficultatem indicat rei natura, cum ipſum ſit de miſtione. Circa hoc autẽ eſt actus dei & naturæ: vnde pmo cõplexionum. Appoſitio ſiue cõmiſtio eius quod tale ſm parua & nõ per totum cõſtitit: ſed per totas ambo cõfundi dei & naturæ opus. Propter quod ſufficit de talibus probabiliter veritatem enunciare. ſecundo cœli & mundi & metau. 1. Et ideo aliqui poſuerunt miſcibilia permanere in miſto actu ſeu ſm formas eorum eſſentiales. Alij vero potentia ſeu virtute. nõnulli fere modo quodã medio actu operatiuo. Ponentiũ autem ea manere in miſto ſm formas: quidam voluerũt eas actu primo & ſecundo integras exiſtere: vt Empedocles philoſophus ac eius Aſclepiades medicus collega: ceu Democritus philoſophus & Epicurus illius imitator Athomos & corpora ſenſerunt tenuiſsima incõpacta rerum principia, elementorum primo, quod erroneũ

Cõmẽ. 1. verſus fi. Ca. 9. poſt pncipium. Colli. te. c. 34. & 60. Coll. ca. 1. In pncipio

In pncipio & ſi medium.

valde eſt: vnde eorũdem primo. Quicunq opinant fieri quid compoſitorum corporũ ſenſibile manentibus qualia ſunt elementis: & ſolum inuicem cõmiſtis vt in aceruo frumẽti or. & fabarum impoſsibilia dicunt. Ita enim fere nulla conditio miſtionis ſaluabitur antedictæ: neq miſtio foret certa: ſed ſenſibilis & phãtaſtica magis: neq ex ipſa vnum conſurgeret in forma: ſed aggregatione ſolum. Alij autem dixerunt eas tranſmutari: confundi & alterari per totum: quare ibidem. Quicũq ex igne, aere, aqua & terra tranſmutatis cõfuſis & alteratis per totum miſtum opinant fieri ſenſibile: & ſi inſenſibilia ſint illa contingentia & vera dicunt. Cuius poſitionis fuiſſe videtur. A. 6. meta. & prima primi. voluit enim q elementa haberent duplex eſſe ſeu actum: primum quidẽ quod habent ex primis eorum formis ſubſtantialibus: ſecũdũ autem vt ſunt coniuncta cum accidentibus naturalibus: quæ potentiæ ſuæ naturales exiſtunt ab eſſentijs ipſorũ fluentes, velut eſt calidum, frigidum, ſiccum & humidũ. dicit ergo q elementa quo ad eſſe ſecundum, non manẽt in miſto vſquequaq: immo ipſorum corrũpuntur excellentiæ in vnoquoq ſm medietatem ad alterum: ex quibus qualitas reſultat media quæ actus extat miſti. Habẽt etiam elementa duplex eſſe: liberum quoddam & integrum: aliud ligatum & partitum. Liberum quidẽ & integrum voco qñ ignis aut aliud elementum conſiderai in ſua ſphera, in qua naturaliter locatus perſeuerat: et ita nõ concurrunt in miſtum. Dico vero ligatum & partitum, quãdo ab alio eſt alteratum & aliud alterans & diuiſum in ipſum: & econuerſo: ita q plurimum vnius fit cũ plurimo alterius, minimum etiã vnius cũ minimo alterius: & ita quo ad eſſe primum manent in miſto. Mouebãtur autem & iſti: qm viſum eſt ipſis q niſi permanerent elementa, iam nõ foret miſtio: verum magis corruptio. Itidem: actus miſti eſſet iam actus materiæ primæ imme diate: ſicq materia ipſum ſuſciperet non pſuppoſitis corporibus elementarijs ſimplicibus: ita vt elemẽta rõnem perdant elementariam. quibus vtiq quid dicendum tertio & quarto apparebit dicẽdorum. Hanc autem poſitionem nitit deſtruere Cõmentator tertio cœli & mundi: & ſi eam concedat in fine primi de gene. Ad ipſam nanq multa conſequuntur impoſsibilia, vt q nullũ ens generetur ex eis diuerſum ab ipſis in forma ſubſtantiali, verũ in accidentibus ſolum. Itidem ſi elemẽta permaneant actu in miſto, cum hmõi primum eſſe actum etiã importet. & ideo cõpoſitum non habebit vnam formã ſubſtantialem: ſicq vnum vere non erit: ſed aut aggregatione ſolum vel contactu. Adhuc continget vt quælibet forma ſit ab alia diſtincta: ita vt quatuor corpora ſint in minima qualibet parte cõpoſiti. Rurſus ſi formæ elementorum relinquuntur in compoſito in ſuis perfectionibus, & in qualitatibus permutentur, ac alterẽtur ſm amplius, aut minus, poſsibile fiet vt elementorũ formæ ab his qualitatibus ſm totum denudent: pars nanq & totũ eiuſdem ſunt rationis: hyſtoriarũ principio: cum tñ ignis non ſit ignis niſi per caliditatẽ & ſic. in ſummo. & ideo poſt talia ſubdit q paucitas exercitationis Aui. in natura & naturalibus & bona confidentia in pprio ingenio ipſum ad hos perduxit errores. Quam etiam modernorũ aliqui vitiant poſitionem: eo q impoſsibile ſit materiam ſm idem diuerſas ſuſcipere formas elementorum. Si enim in corpore miſto formæ ſubſtãtiales elementorũ ſaluarentur: oporteret illas diuerſis partibus in eſſe materiæ. materiã vero diuerſas partes accipere ſit impoſsibile, niſi quãtitate in materia pintellecta: ſublata.n. quãtitate, ſubſtãtia indiuiſibilis manet. phyſi. 1. Ex materia ſub quãtitate exiſtẽte ac forma ſubſtãtiali eueniente, corpus conſtituit naturale: diuerſæ igit partes materię elementorũ fortaſsis ſubſiſtentes multorũ obtinent corporum rõnem. plurima vero corpora eſſe ſimul impoſſe fore dictum

N

Opinio Auicen. de miſtione. A ſi medi.

Primo ſu ſi. ca. 10. poſt medi. Doc. 3. pmo i p

O

P

Cõ. 67. verſus fi. Cõ. vlti.

Q

T. c. 1 ſo.

A

In argumentis supra post oppositum.

re dictum est:non igitur in qualibet parte misti sunt quatuor elemēta:cū nō fieret vera mistio: sed ad sensum tm̄. Rursus forma qualibet substantialis in materia ,ppriā expetit dispōnem sine qua stare non pōt:vnde alteratio via est ad generationē & corruptionē. Impossibile autē est ibidem conuenire ,ppriam dispōnē quæ requiritur ad formā ignis,&,ppriam quæ requirit ad formā aquæ: qa fm hmōi dispōnes ignis & aqua sunt cōtraria. Cōtraria vero impōe in eodē fore:itaqꝫ ipōe φ in eadē parte misti formæ substātiales insint ignis & aliorum. Et ideo Cōmē. volēs incōuenientia quæ sequunt euitare Aui. mistionemqꝫ à corruptiōe sequestrāre ac sensu:via inter ptāctos,pcessit media:non.n.posuit φ formæ puræ remanerent & pfectę:neqꝫ corrūperent oīno: sed eas fm partem pmanere ac partim corrūpi:vt sic in quādā reducant mediatatem. Nam si corrūperent fm totū:tunc primo hyle ac essentialiter quaslibet reciperēt formas,ppterea posuit φ formæ sint elemētorum mediæ inter formas substātiales & accidētales pfectas et accidētia & φ amplius & minus,pp earum impfectionē ceu accidētia possent recipere:qꝫ si hoc videaī cōtra pdicamēta continētia,nihil fore substātię cōtrariū,neqꝫ magis neqꝫ minus suscipere: sibi qdem rñdet non fore incōueniēs hmōi formis,cum sint imperfectissime diminutæ à formis substātialibus perfectis valde:ac materiæ primę propinquissimę. Est.n.esse suum.q.medium inter formas essentiales & accidētia. Et ideo dicit fore pōe vt remitterent in misto:& prouenirent ex eorū collectione forma alia:sicut ex albedine & nigredine plurimi consurgūt colores medij. Quā quidē līr opinionē dupl'r aliqui persequunt: tum quia videt inter substātiam & accidēs mediū astrui.tum quia cōtrarietas & susceptio magis & minus attribuit formæ substātiali.

Opinio cōmentato.

B

Dicere nāqꝫ formas elemētorū fore medias inter substantiam & accidēs est mediū iter cōtradictoria locare:quod est contra posteriorū primū. Cōtradictio nāqꝫ est cui fm se mediū nō inexistit:nā formæ substātiali est in subiecto nō esse,sed subiectū & hoc aliqd cōstituere in pdicamentis. Accidētis vero inesse,cum accidētia nō sint entia:sed entis.7.meta.nō esse in subiecto,& esse in subiecto cōtradictionē important. Palin.vt pbat.4.meta. media & quorū sunt media.s.extrema sunt in eodē genere. vnde poste.1. Ex eodē genere necesse vltima & media esse substantię vero & accidētis nullū est cōmune genus.in porphyrio.& tertio meta. Qm̄ ens de quo magis videt fore genus nō potest:eo φ iam drīæ essent entis,nō ens:non entis aūt non sunt spēs neqꝫ drīæ,4.topi. & de partibus pmo.quare formæ elemētorū non obtinebunt medium inter substantiā & accidēs. Ostendit & formas elemētorum demū magis & minus nō suscipere,eo φ oīs forma hæc suscipiēs,diuisibilis est p se vel p accidens inquātum.s.subiectū suum magis & minus valet participare: fm aūt id quod est diuisibile p se aut per accidens,accidit motū esse cōtinuū.6.physi. Est aūt loci mutatio,augmētum,& decremētum fm quātitatem & locū quę p se sunt diuisibilia, alteratio vero fm qualitatē magis & minus recipientē,vt calidum & albū. Si ergo formæ elemētorū magis suscipiūt & minus,generatio & corruptio ipsorū motus erit continuus:quod est ipōe,cum nō inueniatur nisi in quātitate:qlitate & vbi.5.physi. Et ideo generatio & corruptio mutationes extāt & nō motus. Amplius dicūt φ oīs drīa fm formam substantialem variat spēm: & quod recipit magis & minus:differt quod ē magis ab eo quod est minus:& quodāmodo sibi contrariū existit, vt magis albū & minus albū. Si ergo forma ignis magis suscipiat & minus,aut alterius elementi magis facta vel minus:spēm variabit,& non erit eadē forma,sed alia:& ideo.8.meta. sicut in numeris variaī spēs per additionē & subtractionē vnitatis,ita & in substantijs: substantiæ nāqꝫ positæ sunt velut numeri in termino. Hic tñ for-

C

T.c.5. post medium.
Ca. de substantia in prædi. & medio.
T.c.6.2.
Co.lī. 1. cō.17.
T.c.12.
c.3. i me.
T.c.10.
c.5 in fi.
Cap. 3. in principio.

D

T.c.37.

T.c.9.

T.c.10.

tasis horum dicta & similia diceret Cōmentator sermonem particulariçando Arist. in forma substātiali perfecta vera existere:quod forsan nō valet cum ptacti Arist. sermones sint in locis vrībus scripti. Has quoqꝫ sic apparēter positiones dissonas:quidā quoqꝫ fm rem asserūt easdē existere & si videant verbis dissentire:dicunt nāqꝫ φ Auic. voluit formas elemētorū transmutari,& cōfundi,& in mediū quoddā redigi:licet Auer. imponat sibi ipsum eas posuisse integras in suis pfectionibus pmanere:quod nō æstimo sensisse. Absurdum nāqꝫ videt φ tātus philosophus posuisset formas sic absolute pfectas & incōfusas vt quidā priorū voluerunt pmanere in misto, in quo conditiones antedictas mistionis ab Arist. nō seruasset. In eo vero φ Cōmētator dicit eas trāsmutari & in medium quoddā fm susceptionē magis & minus adduci voluit idē quod dictū ab. A. vt inquiunt. Sed veritas est φ Auer. formas elemētorū amplius confregit & subsidere fecit φ. A. Et ideo hic aliā positionē magis cōsonā Arist. visus tenere de gene. primo. vt apparebit dicēdorum tertio:cui quidē contestanī mox dictura. Est autē sił'r & positio de hoc ipso modernorū satis sententiæ Aristo. consona. Ipsa tñ parū dearticulata & minus pluribꝰ intelligibilis existit. Dicunt.n. φ qlitates elemētorū actiuæ & passiuæ cōtrariæ sunt inuicem magis suscipientes & minus. Ex hmōi vero qlitatibus inuicem alteratis cōstitui pōt qualitas quædā media quæ vtriusqꝫ extremi sapiat naturam:sicut citrinū inter albū & nigrū:tepidū aūt inter calidum & frigidū. Remissis nāqꝫ qualitatū elemētarium excellentijs constituiī ex illis qualitas quædā media,quæ est,ppria qualitas corporis misti sicut qualitas simplex ad formam corporis simplicis inducendā: hoc igiī modo extrema dñr in medio reperiri,quod participat natura vtriusqꝫ:sic & qualitates simplicium corporū inueniunī in,ppria corporis misti qualitate: quæ quidem qualitas corporis simplicis: aliud est ab eius forma substātiali:agit tñ in virtute ipsius:alioquin calor calefaceret solū,non aūt forma substantialis per eius actiones educereī in actū:eo φ nihil supra suā spēm agat. Sic igiī virtutes formarū substantialiū corporū simpliciū in corporibus mistis saluanī virtute quidē & non actu. vnde Arist. primo de gene. nō manent elemēta in actu vt corpus & album:nec corrūpunī,nec alterum,nec ambo:saluaī.n. virtus eorum. In tertio quoqꝫ cœli & mūdi in descriptione elemēti corporei. de hoc videī Arist. dubitare aiens:sit itaqꝫ elementum corpus:quod diciī,ppter materiam primā eo φ elementū de ipsa & simplicibus primis corporibus æquiuoce diciī. Cōmentator tertio cœli & mundi. Et subditur demum.ad quod alia corpora diuiduntur intus existens potētia aut actu.hoc tñ vtroqꝫ modo adhuc dubitabile ipsum indiuisibile in altera specie. Quidā vero rudiorū nunc dixerunt elementa remanere in misto actu quātum ad eorū operationes: dicunt.n. φ elementa possunt dupliciter cōsiderari. vno quidē modo quantum ad eorū substantiam & esse distinctū: & ita pmanent in misto potentia,& nō actu. Aliter vero quātum ad ipsorum actionē:& sic dicunt ea actu permanere in cōposito: quod quidē satis videī absurdū,cum nihil agat vltra suam speciem. si ergo erunt potentia in misto non poterunt in actum operatiuum deuenire ex potētia hmōi. Amplius secūdo meta. vnūquodqꝫ sicut se habet ad esse,sic & ad operari,quod autē est potentia: actionem habere non potest,cum sit actus perfecti. Rursus singulum operaī inquātum est actu,ppter quod videtur impossibile miscibilia in misto ponere potentia & actualem operationem habere,cum ea immediatius à qualitate procedat. Ipse quoqꝫ aliquando dixi quòd quæsitum potest dupliciter audiri,aut in fieri ipsius misti,aut in facto esse iam eius & completo. Siquidem prius elementa sunt in actu, cum in tali fieri actio concurrat &

E

F

Cō.vlti.
Opio modernorū.

G

T.c.24.
T.c.31.
Cō.31.

H

Opinio rudium.

T.c.4.

Opio quæsitum conciliatoris.

I passio: & omne tale subiectũ requiraĩ in actu: qm̃ solius entis in actu est agere & pati: cum ens potẽtia actione careat oino. Iam.n.idẽ foret actus & potentia. Amplius fieri misti est per alterationem: quia mistio est miscibiliũ alteratorum vnio. ꝙ oportet: quia alteratio est via in generationem: sed alteratio (vt tactum) subiectũ requirit in actu: generatio vero in potentia. vnde Aristo. alteratio est qñ manente sensibili substãtia in eius passionibus fit transmutatio in cõtrarijs aut medijs: generatio aũt qñ totum transmutaĩ in totum sensibili nullo permanente subiecto: quare necesse fit oino miscibilia in misto actu per manere: quod fortasis sentit. A. & qui dicunt secum formas substantiales elementorũ pmanere in misto: minus tñ aut magis confusas, & ab excellentijs separatas, vt in medium deductas fm ꝙ motus alteratiõis miscibilium cum alteratio fiat in tpe: magis aut minus recedat à termino à quo: ad terminum accedẽs ad quem: puta generationem.

Primo de ge. & cor. tu. t.c. 23.

K Si autem exponaĩ quæsitũ manere in misto: in facto esse misti & cõpleto: tunc elemẽta potẽtia & nõ actu permanere dicunt, cum formæ corrũpãtur ipsorũ: quod monstratur: quia sic mistum esse, est generatũ esse. Id aũt est totum hoc, in hoc totũ transmutatũ, forma. vñ Aris. Generatio simplex & corruptio est nõ cõgregatione & segregatione: sed qñ transmutatur hoc totum in hoc totum: cum.n. in subiecto alterationis duo existant: hoc q̃dem fm rõnem vt forma: illud autẽ fm materiam qñ in his fit transmutatio oino: generatio erit & corruptio: generatio nãq; vnius, alterius existit corruptio. Adhuc si elementa virtute nõ permanerent in misto tm̃: sed & in actu: tunc mistũ esse quod est generatum esse: nõ differret essentialiter à miscibili: quod omnifariam absurdũ. Sic etiam nõ quælibet pars misti minima mista foret: cuius cõtrarium apparuit ex mistionis cõditionibus. Palin. Proclus protestatur omnẽ cãm virtualiter existere in effectu.

Primo de ge. & cor. T. cõ. 10.

L Cum igiĩ elemẽta sint cã efficiens misti per suas qualitates actiuas & passiuas: in misto virtualiter erunt ipsorum qualitates: & quia hmõi nõ agunt nisi in virtute formæ substãtialis elementorũ: cũ nihil agat (sicut dictũ est) vltra suam spẽm: et vnũquodq; sic opatur vt habet esse, formæ substantiales erunt similiter in ipso misto virtute. Propter quod oportet dare miscibilia quę tm̃ ad formas eorũ substãtiales potentia. s. & virtute contineri in misto in generato esse. Vt aũt quod dictũ est amplius declaretur: & ne virtus qua dñr permanere in misto elementa, sine subiecto subsistere videaĩ: cũ ponanĩ formæ substantiales corrũpi omnifariã. Dicendum ꝙ qñ elementa veniunt ad mistionem prout esse in misto miscibilia importat mistionem in fieri: tunc qualitates contrariæ elementorum agunt & patiunĩ inuicem: & ad mediũ ducuntur quoddam quod est qualitas miscibilium præparans ad formam & cõplexionẽ misti. Harum vero qualitatum

M actionẽ & passionem quousq; formæ possunt elementorum incorruptæ sustinere: miscibilia permanent actu in misto. Qñ aũt ex p̃dictorum actione & passione formæ substantiales elementorum passæ & transmutatæ corrũpuntur, forma generaĩ misti, quam sequiĩ cõplexio illius ex alteratione primarũ qualitatum corruptarum pp elementorum formarũ corruptionem. In instanti nãq; formæ corrũpuntur elementorũ, cum earũ passionibus & ꝓprietatibus forma introduciĩ misti cum eius passione natura seu cõplexione. Quòd aũt ea sit sententia Arist. declaraĩ, cũ positum sit generationẽ simpliciter fieri, qñ subiectũ sensibile fm se, ac passiones seu accidẽtia corrũpantur in alterũ: dictũ etiã est similiter primo de genera. & cor. ꝙ hyle maxime ꝓprium generatiõis est subiectũ, ac corruptionis: ac. 4. physi. materiã nõ separabilẽ esse: vnde primo de generatione: materiã nunq̃ sine passiõe posse fit esse: neq; sine morphea. & pmo elementorũ sine qualitate. Propter quod euidẽter cõcludiĩ ꝙ vna forma

T.c.14. T.c.17. T.c.19. Post mediũ.

N corrupta, hyle aliã suscipit in instanti, ceu introductione sensitiui sup vegetatiuũ, & intellectiui super sensitiuũ: declaraĩ ex. 2. de gene. aialium. Intelligo itaq; pmanere in misto elemẽta potẽtia seu virtute: eo ꝙ cõplexio misti sapit naturã & virtutem q̃litatum miscibiliũ: ex quibus p alterationem educiĩ: sicut sanguis generatus ex lactucis: dum põt naturam aliq̃liter retinere lactucæ: similiter & forma misti ex corruptione formarũ substãtialiũ generata elemẽtorum, sapit esse & virtutẽ formarũ substãtialium elementorũ: ex quibus educiĩ: sicut caro sapit esse & virtutẽ elementi ex quo fuit generata. vnde Seneca tertio quæsitorũ naturalium. Pabuli sapor apparet in lacte: & vini vis existit in aceto: neq; etiã est dare ꝙ formæ cedãt elementorũ in nõ ens oino: qm̃ ex ente, & substãtia nũq̃ cõstituiĩ nõ ens & nõ substantia: vnde nõ corrũpiĩ substãtia neq; elementorũ corpora absolute, sed corrũpitur talis substãtia & corpus tale in talẽ substãtiam & corpus tale: et tñ hoc totũ manẽte materia trãsmutaĩ in hoc totũ.

Ca. 3. post pncipium. Nota qualiter fit elementorũ potẽtia remanere in misto fm cõciliatorẽ.

O Sed fortasis pmum mẽbrorum maxime distinctiõis p̃fatę & si quibusdã videaĩ acceptũ: sententię tñ Arist. & Cõmẽtatoris aduersaĩ: cum fm hos mistio sit quid medium inter alterationẽ subiectũ posidentẽ omnifariam actu, & generationẽ in potẽtia solũ: quod indicãt mistionis conditiones eiusq; ratio. Non.n. dicitur ꝙ sit alteratiuorum vnio, neq; corruptorum, verũ alteratorum: & fm hoc neq; est transmutatio alterius contrariorũ in alterum: neq; transmutatio eorum in materia: medium itaq; erit mistio inter duo p̃tacta: quod positio nõ seruabat p̃missa: verũ mistionẽ primo sumptam modo nõ videbatur ponere ab alteratione alterãtvt qm̃ mistũ sumebatur in fieri: neq; secundã à gñatione, qñ accipiebaĩ i facto eẽ.

P PROPTER TERTIVM quidem dicendũ cum Arist. & eius diligẽtioribus interpretibus vt p̃tactum ꝙ elemẽta p q̃litates eorũ actiuas & passiuas inuicẽ agũt & patiunĩ: ita vt remissis earũ excellentijs ad mediũ quoddam p̃figuratũ diuisibile deducanĩ: vnde secundo de ge. Quæ misceñ corrũpunĩ intẽsiones adinuicem: ita vt tũc nõ sit materia: ceu euenit in generatione: nec contrariorũ alterũ actu simpr, velut in alteratione, sed mediũ. Et Cõmẽtator primo de ge. Mistio cõtingit qñ æqualiter miscibilia patiunĩ & agũt, ita ꝙ veniat post aliq̃ media q̃litas inter duas cõtrarietates: puta dico calidi, & frigidi: sicci, & humidi. In hac aũt q̃litate sic ex p̃dictis q̃litatibus passis & remissis, in mediũ tñ latũ cõsurgente: virtus saluaĩ miscibiliũ: vt cã virtualiter in eius reluceat effectu. Cum igiĩ miscibilia per suas q̃litates imediatius efficiãt mistũ: in eo virtualiter existẽt in q̃litate. s. resultãte media. videlicet vna: vel etiam dico duplici fortasis fm ꝙ cõplexio inde resultãs fuerit simplex vel cõposita: & quia licet oĩs actio perficiaĩ q̃litatibus: ipsæ tñ nõ agunt nisi in virtute formæ substantialis primo: vt ostẽdei differẽtia. 90. Qua

T.c. 42.

Cõ. 29.

Q litates.n. hæ q̃q̃ nõ sint formæ substãtiales elemẽtorũ. dĩa. 13. virtutẽ tñ habẽt illarũ: vnde & calidũ ignẽ facit in virtute formę substãtialis eius: tũc q̃dẽ saluabunĩ in q̃litate media naturaliter vna ceu duplici velut agẽs pncipale vsq; quãtum in secũdario: quod denotãt automata. i. spontanea dicta mirabilia, & tãq̃ literarũ vox in syllabis, et harũ in terminis. Sic itaq; in illa q̃litate media vna vel duplici q̃ formã q̃lificat misti, insunt oẽs q̃litates elementorũ pmo. & amplius & cõsequẽter formę illorũ: pfectius.n. ac potẽtius sunt q̃litates pmę in misto, q̃ elemẽtorũ formę: cũ illę sint solũ cõfractę & remissę amplius suscipiẽtes & minus: & iõ diuisionẽ cõsequunĩ. hę aũt corruptę ferẽt & sic sunt in potẽtia tm̃, aut virtute in p̃dicta media consurgẽte qualitate: iuxta illud. Saluaĩ enim virtus eorũ cũ miscibilia nõ sint penitus corrupta: neq; omnino saluata. Et id est quod diciĩ per Gal. primo elementorum in fine. Aristo. æstimasse solis elementa fore qualitatibus confusa. Vnde Alexãder in probl. copulata quidem

A dent sibi ipsis copulant quæ sm mistionem: vt sunt qualitates elementorū omnifariā habentiū primas qualitates destructas & alias generatas potētes aūt rursus à natura separari & saluari. Et Cōmēta. elementa sunt in potētia in misto: sed non est intelligere hic per potētiam pmā materiam, cum cōposita quæ sint in potētia aqua, ignis, terra, & aer: vt caro & os sint in actu: vnde facilius remouentur miscibilia ex mistis, ꝙ ea quæ sunt in materia ex ea: neqꝫ etiā sunt in potētia in elemētis sicut partes in continuo, quæ sunt partes potētia quousqꝫ diuidanť & fiant partes actu: sed medium modū inter ista duo videnť obtinere. Sic igiť appareat hmōi quęsiti difficultas ac ipsius probabilis veritas: quam rationes fulciunt ad hoc prætactæ: & minores confirmant ad ipsam cæteris occurrentes opiniones.

Secūdo de ge. & cor. cō 4º. post medium.

B PROPTER QVARTVM quidē. Ad primā quę A. dicēdū ꝙ illa fuit ipsius opinio nō approbata modo vel exposita. Ad aliud dicendū ꝙ in q̄litate media (vt ostensum) est saluať actus operatiuus, cū non fiat totalis corruptio eorū quæ sunt elementorū. Ad aliud dicendum ꝙ nō erit corruptio vt declaratū omnifariam, cum qualitate pdicta reseruet actus & forma. Ad aliud dicendum ꝙ elemēta non pdent rōnem suam oino, cū dictum sit ea virtute saluari in tertio. Ad aliud dicēdum ꝙ materia misti qualitate informať media resultante & forma etiam qualitate dico continēte illam in virtute vt ostensum. Ad aliud dicendū ꝙ materia prima efficiť ppria huius vel illius. per formas elementorum quidem primo pmutatas & cōfusas: secundo vero ꝑ formā misti datam ex miscibilibus pductam. medio vero modo per qualitatē consurgentē formam vtcūqꝫ saluantē elementorum: neqꝫ etiā est ꝙ materia cōpositi tot formas quod & prima recipiat: cum ipsa materiā informet primā. Confundiť. n. aut corrūpitur, vel saluať in medio. similiter & Auer. de subātia orbis. Dimensiones interminatæ assistunt materiæ præcedētes aduentum formæ in eandem.

C Collr. trā. 1 aū mediū

Ad aliud dicēdum id verum fore in potentijs animæ in quibus nō extat quæsitū. Intendit. n. Arist. illic monstrare ꝙ sentire neqꝫ est animæ ppriū solius, neqꝫ corporis, sed vtriusqꝫ coniunctim: qm̄ si potentia eius esset proprium animæ solū, aut corporis: similiter & actus, cum ipsa ordinenť inuicem. potentia. n. relationē quādam & inclinationē ad actum importat. Ad aliud dicēdū ꝙ sicut miscibilia permanent, ita & pprietates ac pasiōes. nam vt alia remanent & alia valde ita & ipse: ac nō quę elementorū simplices & in summo: hæ autē mistorū velut cōpositæ & remissæ. Ad aliud dicendum ꝙ elemēta non resoluuntur ex partibus misti iam perfecti velut à vase & segregatione: sed per corruptionē partium misti generanť itidem elemēta in eo virtutē permanentia sicut tetigit Alex. Neqꝫ etiam verū est ꝙ vnū corporis vel spiritus vel aliud in vnū resoluať elementorū sibi affine: cū vnumquodqꝫ sit cōpositum ex quatuor elementis: & resoluatur in ea ex quibus cōponiť: sed ꝙ pro maiori parte in sibi conuertitur proportionabile. Et similiter dicendum Simplicio. At iuxta etiā secundū illud quod aliqū dixi vtriusqꝫ arguta suis procedunt limitibus.

D

Quæsita circa complexiones.

DIFFERENTIA XVII.

QVod complexio sit substantia ostendiť per primum de iuuamentis mēbrorū: & de vtilitate particularum testantem ipsam fore substantiam corporis & naturam mēbri. et per secreta scripta monteo cōfirmantia cū hoc factorem eā esse substātię vniuscuiuscūqꝫ mēbrorū: vnde Haly. in omni mēbro est virtus fixa quæ eius ppriā pficit operationem: & substantia huius virtutis sm Gaľ. est cōplexio ppria ei: forma: videlicet ppria cōplexionis. Amplius. A. 5. de aīa. Instrumentorū cōplexio eis est substantialis & naturalis. Rursus secundo naturaliū diciť: omnia per qualitatiuam fieri crasim sm veteris sententiam. vnde prima aphori. Non vtiqꝫ aliud aialibus ꝙ innatum operať calidum: natura. n. non est aliud sm Hippocraticā rōnem ꝙ hoc: nō enim aliud quid quod plasmat aīal à principio queadmodū neqꝫ rursus auxit vel vsqꝫ in finem nutrit: nisi calidū quod innatū, oium operum naturalium cā existēs: tale aūt nō videť aliud ꝙ substantia. Adhuc id quod cōstituit esse alicuius, substantia est ipsius: à substātiali nāqꝫ forma, dať esse. hmōi vero est cōplexio. vnde pmo iuuamentorum. Carni esse & neruo & aliorū vnicuiqꝫ est ꝑ cōplexionem ex q̄tuor elementorū qualitatibus constructā. Rursus illud quo destructo destruiť aliud, extat eius substātia. 5. meta. talis aūt est cōplexio. nā ea destructa, destruiť mēbrum, & vīr animal. Palin. quod est pars, & nō potest separari, est substantia illius cui sic adest. hoc vero est complexio: cōstruit enim compositi esse, & non potest remoueri: quia complexio inseparabilis actu. Damascenus in aphori. complexio igitur est substantia.

Ca. secū. in cap. 9.

In pncipio secū. techni cō. 16.

Cap. 2.

E Ca. 8. & 9. Collr cō. apho. 15. in medio.

Cap. 1. In pn. & pmo de vti. pti. cap. 9. versus fi.

T. c. 15.

F A pho. 6.

IN OPPOSITVM sunt philosophantes cōmuniter & medicorū cū his cetus: vnde primo theoricæ vocantur qualitates hæ cōplexiones ex elementorū. s. inuicem copulatiōe alterius cū altero. Eti. A. cōplexio est qualitas. hæc autē in genere locatur accidentis. Rursus quod potest inesse & abesse præter subiecti corruptionē est accidens: hoc autem est complexio differentia. 12. Erit itaqꝫ complexio accidens, & non substantia.

6. ca. 1 pn.

pma pmi do. 3. ca. 1

PROPTER PRIMVM vero sciendum vt apparuit sm sensum Gaľ. ꝙ cōplexio est factor substātiæ cuiuscunqꝫ mēbrorum animalis: complexio igiť est substātia corporis & natura eius. A. vero sufficientiæ primo. Cōplexio est q̄litas veniens ex reciproca actione & passione q̄litatum contrariarum in corporibus sibi pmistis. & 12. vero aialium ipsius. Cōplexio est res accidēs ex q̄litatum contrariarū opatione in particulis minimis diuidentiū eas inuicem & alterantiū. primo aūt prima: est q̄litas quæ prouenit ex actione inuicē & pasione contrariarum qualitatū in elementis inuentarum: quorū partes ad tantā paruitatē redactæ sunt: vt cuiusqꝫ earum plurimum contingat plurimū alterius: dicitur & ꝙ cōplexio est effectus ex elementorū q̄litatibus alteratione resultās in mistis. Cōplexio quoqꝫ tripliciter potest considerari, aut ratione substātiæ, vel causæ, aut ordinis sm prius & posterius. Substātia quoqꝫ seu subiectū in quo fundať complexio tanꝙ accidēs in suo susceptiuo est miscibile: vñ sm ipsius diuersitatē diuersificabit et ipsa. Miscibilia nāqꝫ in triplici extant differentia: quædam. n. sunt ęqualia, alia inæqualia, quædam vero media. quæ autē ęqualia. apud. A. duplicia sunt, aut. n. sm mensurā æqualem, sunt talia: quæ cōplexio mensurę seu ponderis sm. A. & Gaľ. diciť & Algaçelē forte intellectualis. Vel amplius in relatione ad actus nobiliores: & hęc cōplexio quo ad iustitiam appellatur temperata: siue in vniuersa substātia vel ipsius totalitate: siquidē primo modo dupliciter possumus imaginari euenire. aut. n. quātitates & qualitates pondere & mēsura elementorū sunt in misto æquales, pportionatæ: non superātes neqꝫ superatæ: qualitasqꝫ resultans ex eis sit media cōplexio inter oēs extremitates simplicis qualitatis & cōpositæ: vt caliditatis, frigiditatis, & reliquarum: caliditatis & sic. & cæterarū: & denominatur æqualis quo ad pondus: vel ꝙ mensuræ apparenter & non pondere virtutesqꝫ seu qualitates elementorum æquales & pportionatæ in misto pmaneant: cōplexio tñ quæ ex his resultat non oino extat in medio: sed ad vnum declinat extremorum simplicium distēperantiarum vel cōpositarum prætactarum, Et his quidē secundus modus diciť inæqualis complexionis quo ad pondus: cuius neuter reperiť in rerū natura. 13. differētia.

G Ca. 6. post medium. Ca. 11. pn.

Doc. 5. ca. 1. in prin.

Cōplexiōis diuisio.

H pma pmi vbi supra primo de cōplonib. Cap. 6. in medio.

I Complexio vero ad operationes relata temperamentum dicta iustitiæ est, quæ prouenit qñ tm̃ fuerit de mensuris & qualitatibus elementorũ prout suppetit suscipienti ad eius actiones peragendas: quæ in octo sequestratur modos ſm q̃ cõparatio potest fieri aut ad totam speciẽ, vel ad partem speciei: siue ad indiuiduum aut ad partem indiuidui: quorum quodlibet subdiuiditur in duo ſm q̃ hm̃oi comparatio fuerit ad extra vel ad intra: et sic octo resultabunt modi. primo prima. Quando autẽ miscibilia fuerint oino inæqualia quatuor constituunt cõplexiones oĩquaq; distemperatæ ad iustitiam cõpositæ: ceu calida & sicca cum reliquis tribus quarum quędam sunt sine hu. vitio & aliæ cum illo. Et id dupliciter: quoniam aut madefacit mẽbrum solũ exterius, vel penetrat introrsum: quod silr̃ duplr̃ euenit: qm̃ id apat, vel minime, quę similiter latitudine sunt in magis & minus infinitę. Si vero miscibilia inter ista mediocritatis obtineant modum, in quo neq; æqualitas existit oino, neq; inæqualitas: tũc consurgent reliquę quatuor cõplexiones simplices ad iustitiam distemperatæ, velut calida, & frigida: quæ obtinet tẽperamẽtum in passiuis: & sicca, & humida in actiuis: quæ eodẽ modo diuidunt vt simplicium præmissæ.

Doctri. 3. vel supra.

K

T. c. 12. Diuersificatur etiam cõplexio rõne causæ cõstituẽtis: nã omne quod fit, aut à natura fit: aut arte, vel per se vano. 7. meta. Siquidem penes naturam varietas attendat in ea: dicetur q̃ alia erit innata, alia influens, quædã vero media. Innata vero alia fixa, alia fluens seu currens, quæ per ætates variatur differenter ſm q̃ nunc & prius calidum vtrũq; circa vtraq; se habet humida: sicut complexio pueritiæ calida extat & humida, iuuẽtutis calida & sicca &c̃. Fixam quoq; duplicem aiunt existere: vnã radicalem & principalẽ, vt quæ à primis duobus in pncipio cõstructionis acquiritur principijs spermate videlicet & mestruo: aliam quidem fixam & secundariã: qualis quæ sexus ab illa priori radicali causata. per virtutem.

Margin notes (right): E — F — Te. cõ. 17. ca. 1. in fi. — G — Collr cõ. 4. apohr. 39. Tex. & cõ. 12. in medio. — Doct. 4. c. 1. circa principium. — Cap. 1. in xta finem. — H — Cap. 4. in principio. — Cap. 7. in medio. — Ca. 1. post princ.

I

& noctem superiacens exterius fuerit corpori, neq; frumētum etiam bis coctum vel blitis: nihil igitur aliud nutriet, nisi per hæc tria digestionis transiuerit loca, quia. febrium primo. particulæ nutriuntur primum ex humiditate totius corporis disseminata sm medias membrorū regiones, hoc autem trina perficitur digestione. Eti.

Ca. 9. post principiū.

Aristo. & Commentatoris sermones communiter reperiuntur huiusmodi: Solus sang. nutrit, sang. immediate nutrit, sanguis per se nutrit, sang. est vltimum alimentū, sed chilus non est sang. Adhuc eadem est materia nutrimenti, augmenti & generationis. differentia. 30. Gene-

versus finē

rātur autem partes ex sanguine. differentia. 35. & 37. nō autem chilus est sanguis. Itidem. elementorum secundo. Corpora ponuntur fieri et nutriri ex quatuor humoribus, chilus autem nōdum est humor, quare venter minime nutritur chilo.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q̄ venter multipliciter inuenitur dici scilicet communis, et

K

proprius, sumitur enim vniuersaliter pro omni concauitate. vnde primo de crisi. Venter apud Hippo. est nomē

Ca. 11. circa prin. Apho, 20,

commune omnis membri habentis cōcauitatem, ceu accipitur aphorismorum, 6. quando dicitur: Si sanguis in ventrem effundatur: & reliqua. Quod & nomen sapit. kœlia enim Grece venter: kœlon nanq; concauū. Inde vena kœli, & vētres cerebri & cordis. Sumitur autem et vēter proprie pro concauitate membrorum spūalium et naturalium, quæ est a pectoris claui ad pectinis os: vnde

Caß. 13. ī prin.

Almansoris primo. Concauitas totius vētris, quæ a furculis vsq; ad ancharum ossa &c. Sumitur & tertio proprius pro concauitate naturalium tantum, & ita venter

Stomachi pble. 19. parti. 1. aphor. 2.

dicitur stomachus & intestina. problematum prima. & a Vetere dicente: In perturbationibus vētris & alia. Accipitur & propriissime pro concauitate dūtaxat stomachus cōmuniter dicta: iuxta illud in techni libr. 2. Ventris vero cognitiones, ceu suscipitur in quæsito. Secundū

L

T. cō. 116. vt colligitur sexto miamir. Caß. 1. p totum. cō. aphor, 17.

vero Gal. stomachus dicitur œsophagus seu mery proprie a stoma quod est os: inde stomachus id est orificiū.

Os autem stomachi est locus in opposito gladiatę vbi is ampliatur inferius, quod præcordium dicitur cor & sibeth similiter. vnde aphorismorū. 4. Os ventris cor veteres nominauerunt. Quid autem sit nutritio & modus illius. dr̄ia visum. 30. Chilos autē Græcum qui cibum importat. Indeq; Achilles ab a. quod priuationē notat: velut in. quandoq;, & chilos, id est quasi incibatus: non enim cōmuni cibo vescebat, sed instructus ab Hipocentauro eius præceptore medullis, vt fieret fortior, ceruorum nutriebatur. Chilos quoq; sm Haly. Aristo. per l. con-

2. tech. tra cta. de hepate. cō. 5. Chilos qd Doc. 4. c. 3. p° prin.

scripsit denotans q̄ digeritur in ventre. quod Gal. eligit. Quod autē generatur in hepate per m. Aristo. chymum nominauit: quod et Gal. concessit. Est autē chilus substātia liquida ptisanę spissitudine similis (prima primi.)

M

dictus etiā ptisanaria massa, pultium similitudine ptisanę. Bene autem dixit spissitudine similis, vt in substātia; nō enim in colore similitudo extat omnino, cum chilus colore plus tingatur assumptorum. Quod egestiones ostendunt quandoq;, cum quis colorata sumpserit vehementer. Non enim adeo perfecta fit in stomacho transmutatio & in intestinis, vt color omnifariā immutetur. Nosce quoq; Hippo. sensisse cibum decoqui in ventre calore. Philistinicūq; Praxagoræ discipulum, in eo putrescere. Erasistratum quidē eundem in ipso conteri. Asclepiadis autē emulos omnia huiusmodi vana esse & superuacanea promere, nihil enim decoqui, sed crudam materiā sicut assumpta est in corpus oē reduci ex virtutibus apparens. a Gal. secundo vir. naturalium, per totum et maxi-

Caß. 8.

me. Cornelius tamē satagit saluare Asclepiadem: imitatur enim non parum eundem.

PROPTER SECVNDVM vero dicendum, q̄ quidā priores sequentium talem protulerunt distinctio-

N

nem, volentes ex ipsa vtriusq; partis axiomata euitare. Dixerunt nanq; q̄ venter quantum ad tunicam interiorem sufficienter nutrit ex chilo, quātum uero ad extrinsecam ex sanguine profluēte ab hepate ad eundē. Quod & sententiis volunt fulcire maiorū, puta tertio. 13. vt con-

Caß. 1.

sequenter dicetur. Firmant & id similiter ratione dicētes quidem ventrem nutriri ex illis quibus conuenientius & facilius nutritur, vt dictū prius, facilius autem & cōmodius quo ad tunicam interiorem alimentatur chilo, cum ei similetur peramplius. Hanc quidem positionem nō approbo, vt ostendetur consequenter peramplius, cum in tunicam interiorem satis spissam corpulentam concidant venæ q̄ plurimę, in sui et substantia satis cōprehensę visu, præstantes eidem nutrimentum: non enim illas fit ponere casuales. Adhuc hic particula q̄ maior indiget vero alimento per venas. Eti. veræ consumptioni eidem per oppositum, veram oportet restaurationem

O

aduenire: vera siquidem consumptio aduenit in hac ventris tunica, & proprie propter quinq; motus appetitus se consequentes, vt dicetur in illa. Quòd autem dicunt chilum illi tunicæ assimilari non recipio, cum ea sit neruosa, spermatica, egens alimento secundum deperditionem factam, quod in eam multis transmutationibus cōuertatur: immo tunicæ chilus plus assimilatur carnosæ sanguineę. Quod eni in carnem conuertitur minori eget transmutatione, q̄ quod in alias conuertitur partes. differētia. 33. Istis vero priores medicorum illustres testantur ore omnes vnico partem interiorem vētris chilo per cōtactum nutriri. Et ne id videar fingere eorum subdantur sermones. Aphorismorū enim secunda. Venter deniq;

Cō. aphor. 18. in medio.

frui monstrat cibariis hic primitus ipse, ex eis proprium trahens nutrimētum, & disponens in suiipsius tunicas. Cum autem satiatus fuerit ea, tunc ad secessiones emittit.

Caß. 7. in principio,

Tertio vero naturaliū. Venter attrahit cibariorum quā-

P

tum suauissimū euaporatiue & paulatim, & hic tunicis suis imponit & apponit. Cum autem sufficiēter repletus fuerit, velut onus aliquod reliquū deponit cibum. Quar

In fine.

to quoq; de re. sa. Venter suiipsius primū gratia cibum suscipit, & vt accipiat & repleat quod deest sibi, & propterea circūplectitur vndiq; ipm, et retinet omnē donec sufficienter satietur. quarto aūt theoricæ. Actio imutationis & alterationis duabus de causis est, altera est vt illi cibus cōpetens fiat, sumatq; qd ipsi erat in eo conueniens, id quod suæ proximū naturæ suis addat operimentis & tunicis. Altera vero vt hepati facile fiat mutare in sangui-

Caß. 3. in medio.

nem. Isaac vero in vrinis: Cibus & potus digerunt a stomacho, & succus quasi ptisanæ efficiuntur, deinde nutri-

particu. 1. post prin.

mentum suiipsius stomachus trahit quod naturæ suæ ac cōplexioni est simile, superfluaq; deponit. Febrium ve-

Caß. 3. in medio.

ro Isaac. s. primo: Stomachus sua proprietate digerit cibum, & cōuertit eum ad suam nutriendā essentiam. Pri-

Q

ma siquidem primi: Occultum stomachi primum nutri-

Doc. 5. sū. 5. caß. 2. Tra. 1c. 1. iuxta finē

mentum quod est in ipso tangit, & ex eo per contactum nutritur. Tertio autem. 13. Stomachus tribus nutrit modis, vnus est quo fouetur cibo in ipso adhuc existente, & secundus est nutrimētum ei delatum per venas quæ sunt in eo, & tertius quia ad ipsum tempore famis vehementis effunditur sibi sanguis rubeus, purus ab hepate: eoq;

Caß. 9. ante medium,

nutritur. Colliget siquidem secūdo. Et accidit vt aliquis ex nostris sociis dubitet ex hoc, quia mēbra ex chilo nō debent nutriri, nisi postquam conuersus fuerit in sanguinem, & non est adhuc conuersus in sanguinem in stomacho. Dicimus ergo q̄ stomachus nutritur ab eo ex re modica quæ plus assimilatur qualitati q̄ quantitati. Video ergo oēs in hoc concordare q̄ venter nutriatur chilo nō solum quātum ad pelliculam interiorē, verum quantum ad tunicas (ceu exprimunt q̄nq;) aut quātum ad essentiā ventris. Solus aūt Auer. quasi hęsitans addidit hmōi nutrimentum fore magis qualitatiuum q̄ quantitatiuum.

Horum

A Horum etiam dictum contingit ratione persuaderi, qm̄ illud nutrit, quod consumptioni resistit, vt fami & siti: ad hoc enim alimentum ordinatur, sed huiusmodi mox quiescūt assumptis cibo & potu. Adhuc ceu plura aialia nutriuntur ex quibusdam humiditatibus absq; sanguine, ita in vētre possibile fore partem subtilem qua nutriatur chilo propter aliquā humiditatem, quāuis nō sit sang. cum igitur illa nutriuntur animalium totaliter sine sanguine, stomachus ſm partem eius subtilem nutritur chilo. Et fulcitur quia vēter in animalibus terræ similatur in uegetabilibus. vnde quarto de partibus: Venter & intestina potentia est terræ, ex qua oportet accipere alimentum. Et etimologiarum. 2. Qualis terra plantis, talis ventris natura animalibus. Quare quarto de accidēti & morbo: Venter in animalibus est constitutus vt cella cibi, sicut terra nascētibus. Vegetabilia vero humiditates trahunt a terra, & nutriūtur ex eis modica alteratione facta: itaq; vēter poterit ꝓportionabiliter ſm eius quandā partē nutriri ex humiditatibus, & præcipue cum quinq; motus desiderij sibiinuicem ordinate succedentes terminētur ad ipsum. Quorum quidem primus membrorum extat inanitio. Secundus naturale ipsorum desiderium. Alius suctio venarū a stomacho. Quartus sensus stomachi sentiens eandem. Vltimus vero desiderium aiatum, quod quidē omnium finis existit. Solus enim venter sentit aialiter suam inanitionem. quinto de iuuamētis. & de accidenti. 4. & Isaac febrium primo. Rursus. Sicut stomachus sensum solus habuit animatū, ita & modum nutritionis poterit prę alijs habere partibus singularē, qualis qui dictus per chilum. Igitur opus fuit ali ventrem nō tm̄ ex sanguine, verum etiam ex humiditate sibi per contactum præparata, velut natura hora immensæ penurię sang. cōuertit se super phlegma iuxta membra existens, ideoq; nutrit eadem. (prima primi.) absq; fortassis ꝙ in sanguinē conuertatur. Hanc autem cōem omnium positionem cum eiusdē motiuis in præsentiarum cum reuerentia proferens non approbo, neq; multum afficior ad cā eo ꝙ omnes vnico concordent sermone. Id enim euenit, quia vnum primum dicentē ab illo indifferenter passim secuti sunt cæteri, ceu criticorū primo. de affirmatione dierum criticorum tangitur huiusmodi, et ideo sermones sic sumpti successione cōmunes reperiuntur mendaces quandoq;. Coactus enim fuit Gal. vtcunq; in aphorismis primo id ponere, vt ostēderet quomodo ex eo qđ est repente & cito nutrire, velox subsequatur superfluitatis egressus in omni triplici digestione et nutritiua, indeq; protulit in alijs. Sicq; deinceps ab hinc cæteri. Ad motiua igitur ipsorum dicendum: & primo ꝙ fames & sitis non cessant eo ꝙ aliqua pars ventris nutriatur ex chilo, sed potius quia pars inanita irrigatur, & exuda reddit, sicq; consequenter fames & sitis videntur mitigari, virtusq; roborari, ceu syncopiçatus, vel dissolutus ex frigidæ aquæ fortificatur in eum effusione, ita vt anxietas & æstuatio sopiātur. Cum igitur quod exterius id operetur applicatum, multum amplius quod interius assumptū poterit roborare. Itidem post comestionem mox, ac etiā in ipsa eleuantur fumi mulcebres & suaues, qui petentes cum alijs partibus cerebrū spiritibus associātur, ipsosq; reddunt vigorosos: velut etiam aere frigido spiritus reintegratur calore dissolutus. Adhuc natura sagax totius alterius corporis præsentiens alimentum iam in ventrem peruenisse concedit eidem sanguinis tātum attrahere, vt sufficiat quo ad suam perficiat digestionem. Expectat nanq; ipsa ex eius digestione beneficium grande suscipere, ceu in politicis inspectum est fieri. Animal enim cōstitutū est, vt ciuitas bene legibus gubernata. differentia. 38.

Ad aliud dicēdum ꝙ non est simile, cum in ventre, vt ostendetur, sint venæ ipsum sufficiēter nutrire potentes, non autem in exanguibus inductis. Similitudo etiam ventris in animalibus, ad terram in uegetabilibus est latitudinis immensæ. Non enim verum est ꝙ venter nutriatur vt vegetabilia ex humiditatibus terræ, sed ꝙ sicut terra continet ea quibus aluntur vegetabilia, ita & venter cibos retinet & digerit, & in humida conuertit, quibus facto sanguine partes nutriantur. Ex quo etiam quid dicendum apparet ad reliquum. Non enim necessitas fuit propter quam oportuerit ventrem ex chilo nutriri, ceu hunc sensum animatū habere, cum propter cæteras corporis appetat partes, vnde natura prouidit eidē in hoc regitiua. Fuerunt & alij maiorum cupientes sermones exponere duplicem distinguētes nutritionem, veram videlicet, in qua omnes conditiones nutritionis obseruantur: & non veram, in qua sub quadam obseruantur similitudine aliqua. Prima quidem dicunt cætera mēbra nutriri. Secunda vero quo ad partem quandam ventrem.

Sunt & alij dicētes ꝙ ventris chilo nutritio perficitur tertiæ digestionis & secundæ virtute quam venter possidet vigore membrorum, in quibus celebrantur digestiones perfectę. iuxta illud differentiæ. 29. In venis venientibus ad stomachum, & in venis venientibus ad omnia membra corporis, fuit aliquid virtutis generatiuæ sang.

Quidam vero clamant ventrem nutriri chilo, nutritione desiderio satisfaciente idq; quietante. Qui omnes nec sermones saluant maiorū, quorum se interpretes insinuant fore, cum inquiant illi ventrē aut tunicas eius simpliciter nutriri, aut satiari, frui, seu uoluptuari cibo in ipo succificato: similiter neq; veritatem enuntiant, quorum defectus in sequenti monstrabitur dicendorum.

PROPTER QVOD dicendū tertio supposito vētre ac alimento cōmensuratis naturæ, ꝙ venter ſm naturam existens nutritur, non ex chilo, sed ex sanguine solum ad humiditates conuerso, vt partium aliæ. Quod et veritas cogit proferre. Constat enim ꝙ nutrimētum proprium, vt dicitur, partibus fit per vasa: ea vero etiā oculis subiacentia per totam disseminata sunt ventris substātiam, vt sensibilis omnis denotat anatomiæ discretio. Ipse nanq; licet duas cōmuniter ponatur tunicas habere, sensus tamen in ipso quatuor percipit fore manifeste, ceu naturalium primo. & tertio. 19. vesica ponitur duas tunicas habere; vna tamen naturalium tertio. & prima primi. ceu apparens dicitur esse sicut & tertia tertij. Cornea ponit tunica ex quatuor constructa, cum tamen proferatur vnam tantum a cæteris habere. Tunicarum vero quatuor ventris hæc extant anatomia: quoniam tunica una existit exterior subtilis neruosa cooperiens tunicam grossam carnosam, quæ videtur quinto iuuamentorum tangi. Cuius ortus est a panniculo syphac dicto, est & subcarnea dicta, et deinde tunica neruosa interior, supra quam quarta sternitur tunica interius per omne alba, mollis, & lenis similis hymeni forinseco: cuius albedo intensior est œsophago. In has siquidem tunicas venę, quas non frustra fit ponere, diffunduntur ꝗ plurimę sanguinem etiam ostēdentes a superficiali primarum incipientes per secundā & tertiam protenduntur in quartam manifeste. Neq; dicere fit quòd propter earum paruitatem ventrem nō possint sufficienter nutrire, cum plurimæ permaneāt ipsę in tunica carnosa maxime: quæ licet dicatur carnosa, neruositate tamen participat plurima. Parum enim a neruosis dissoluitur, & eo parua indigent restauratione. Amplius. si chilo nutriretur venter, appetitus non accideret caninus, qui stomachi extat fames cum mēbrorum satietate. Sed fortasse dices id mala complexione dominate sibi contingere. Sic autem reliquum corpus tunc dicetur nequaquam nutriri debere.

Adhuc quod est propinquum sanguificationis loco, a remotis valet melius ad se nutrimentū per venas attrahere, huiusmodi aūt est venter. Et ideo ipse ac quæ ipsius prę ceteris impinguantur partibus. problematū quinta.

Cap. 4. in medio. — cap. 7. post principiū. — Vt ſcto de ac. & mor. ca. 7. circa medium. cap. 1. cap. 7. circa mediū. cap. 3. versus finem. — Doct. 4. cap. 1. in medio. — cap. 1. post medium. — ca. 13. post principiū. tra. 1. c. 1. Cap. 11. Doct. 5. c. sing. versus finem. tra. 1. c. 1. versus fi. Cap. 2. — eble. 5.

I Amplius quomodo venter in tunicis neruosis tam ci to nutrietur, vt confortatio ex alimento monstrat mox facta suscepto, cum nutritio eius tempus requirat mediū inter illud quod concidit in nutritione carnis & ossis, vt rei ostēdit natura. tertijs naturalium apparens. ac cōplexionum. Rursus modus nutritionis sequi debet modum generationis, cum ordinetur in ipsum, ita vt primitus quod generatur habet nutriri primum ceu cor: quod vero secundo, postea. Quod sic obseruatū est in fœtu matris sanguine nutriente. Antea enim nutrimētum ad cor & hepar deferebatur ꝙ ad ventrem, similiter post partū ante ventrem nutriētur ista. Fortassis vero quis impediet istum sermonē probabilem ex alio modo nutritionis assumptionis alimenti ante ortum, & postea. Sed dicēdum ꝙ licet assumptio & repositio sit aliunde & alibi nunc & prius, modus tamen nutritionis, vt alia deducunt peramplius: idem. Palin. Cum sit unus modus generationis, vnius erit conseruationis & nutritionis. Propter quæ & alia prædicta & maxime ꝑpter id quod venarum uentris plurimarū ostendit anatomia. Conclude ventrē ex chilo minime nutriri nisi irrorationem quandam & exudationē quam ex alimentis susceptt quis velit extraneæ nutritionē appellare. Verum enim nutrimētum est actu nutriens, quod in tertia digestione elaborabitur. tertio cōplexionum. & naturalium primo. Sit igitur rationabiliter id præ alijs tactum.

Cap. 4. Cap. 1. & sub finem.

Cap. 2. Cap. 11.

PROPTER QVARTVM siquidē primitus ad auctoritates quid dicendum apparuit. Ad aliud dicendum, ꝙ chilus ventri non similatur vsquequaꝗ etsi generet ipsum, non tamē simpliciter, vt introducat in eum formam talem qua ipso valeat enutriri. Latius etiam dictum est generanti generatum similari. Ad aliud dicendum similiter per interemptionem, & tunc ad probationem dicendum ꝙ licet chilus perfecte digeratur in vētre quantum ad hoc, scilicet, vt in sanguinem trāsmutetur in hepate, præparat enim venter hepati, nō tamen intantū redditur digestus ꝙ valeat per se nutrire, tum nutrimentum oporteat a tribus digestionibus istrumentorū trium possideri. Ad aliud dicendum ꝙ nō est ventri facilius & citius, immo difficilius & tardius nutriri. Et impossibile tunc ex sanguine, vt apparuit. Et si dicatur sibi fore similis, dicendum ꝙ talis similitudo est accidentalis valde & extranea, qualis est coloris similitudo & non substantiæ imperfecte trāsmutatę ac assimilatæ. Ad aliud dicendum ꝙ chilus non desideratur & amplectitur quidem delectabiliterꝗ retinetur ratione præsentis nutritionis, sed futuræ cum fuerit factus sanguis & hu. consequēter. Aut hoc euenit, vt ostensum est, propter ventrem irrigare ac exudare, & ratione fumorum euaporosorum sursum delatorum propter cōfortare, ac per hoc iam cessat consequens aliud omne.

K

L

M GRatia siquidē istius quæsiti dubitatur an submissum per anum possit nutrire. Videtur ꝙ nō, quoniam iuuamentorum. 5. Non fuit via per quam intrat quousꝗ perueniat ad corpus, nisi vna scilicet per os. Eti. Dictum prius nihil nutrire nisi per tria loca permeet digestionis, qđ autē subimmittitur nō ea peragrat. Non enim peruenit ad ventrem vbi forma chilositatis acquiritur: qm̄ quæ immittuntur nequaꝗ ascendere possunt ad ieiunum, quod si tamen valde violenta, fortasse tangent intestina subtilia sola. de ingenio. 13. Et fulcitur, quia tunc etiam hepar non poterit ab intestinis per meseraicas quæ vt manus sunt ipsius attrahere, cum sint inter intestinum ieiunum & hepar situatæ s̄m Isaac in vrinis, ad quod immissum, vt dictum, non pertingere valet. Adhuc si deberet quod immittitur in ventrem peruenire oporteret id parum virtute intestinorum attractiua fieri. Ipsa vero nihil attrahunt, eijciunt autē solum. naturalium. 3. Et firmatur, quia in problematibus quibusdā

Cap. 1. in prin.

Dfia. 53. in argumētis ad oppositum & articulo. 4.

Cap. 11. in sta finem.

Particula prima an te mediū.

Cap. 8. circa prin.

Arist. per me translatis ex eo hic inferius ventre trahere cōtra naturam. Rursus. In essentialiter ordinatis vnū non potest ab altero separari: huiusmodi autem vidētur tres fore digestiones, prima nāꝗ ordinatur ad secundā, & illa in tertiam, in quibus cum deficiat quod primum, omne perimitur consecutiuū. Ostensum aūt iam priorē, vt quę ventris, digestionem aboleri, cessabit & secunda, sicut quæ hepatis: cū non possit in ipsum immissum per meseraicas mandari. Deficiet tandem igitur & tertia. N

Amplius partes ordinantur ad actus, sed quæ intestinorum recipere & expellere quod superfluū: ventris autem attrahere, recipere & digerere, quod purū. Non itaꝗ quod immissum ano poterit nutrire.

IN OPPOSITVM Zoar. Eti. Si quod transit per vnam digestionē nutrire ualet, vt chilus ventris tunicas, poterit & quod per duas. Sed primum potest, vt sentiūt oēs prius. Secundum autē videbitur tertio propositorū.

1. theisir tract. 10. Cap. viii. in medio.

Itidem tertio, ꝓbatur naturaliū, esse confluxum & conspirationē totius in totum per easdem vias, tpe tn̄ alterο: poterit ergo ex intestinis ad ventrem ac hepar subimmissum peruenire, & tandē perueniens inꝗ tertiæ digestionis loca transire. Nutrit itaꝗ subimpositū per anum. O

Cap. 13.

PROPTER PRIMVM autem sciendum ꝙ anus est extremitas recti intestini sphincteris dicta, in qua tres vel quatuor situantur musculi. Quod aūt subimmittitur s̄m Zoar est lac recēter mulsum aut ptisana subtilis. Dico aūt laudabilius fore pullos meliores in uino decoctos cum spēbus aromatiçatos. Sit tn̄ ut reqrit dispō, demum in succū expressos. Aut Zoar forte respexit discrasiū calidā. Quid aūt sit nutritio et motus ipsius: dr̄ia oñ dit. 30.

Anus qd sit.

PROPTER SECVNDVM vero sciendū ꝙ aliqui negantes quod submittitur per anum posse nutrire, ingeniati fuerunt in præfocationibus qūo alimentum in ventrē inducerent. Quorum aliqui construxerunt arūdinem concauam de argento vel stāno, cuius quæ immittebatur extremitas erat subtilis & reliqua ampla, qui pluries conati sunt facere, vt gurgulioni expellenti aliqua induceretur cōsuetudo: tuncꝗ succum ptisanæ, aut lac per arundinem intromittebant in ventrem. Sed id quidē ingenium causat læsionem non paruam in locis gurgulionis & gutturis. Et ideo alij iunxerunt ꝙ patiens intromitteretur in vas plenum lacte prædicto, vel ptisanā tenui vsꝗ ad os, volētes nutritionem taliter per poros cutis attractione fieri. Quod foret subdo melius si esset prębalneatus & fricatus. Sed apud Zoar modus hic nutritionis est debilis. Non enim hinc nutrimentū posset sufficienter in partes peruenire. Adhuc dictum prius super apposita corpori per diem & noctem immanentia non id nutrire. Verum ingeniatus sum modum iuxta primū his laudabiliorem, vt ꝙ intestinum aliqđ habeatur subtile, satisꝗ forte, & per virgam argenti, stanni, seu plumbi subtilē immittatur in stomachū. Cum aūt sufficienter intrauerit, impellat adeo virga vt intestinum ploretur. Aut eius ligatio vel inuolutio facta prius absoluatur: tuncꝗ ipsa extracta remanēs intestinū exterius aperiat: & in id succus pullorū pędictus intromittat paulatim. Modus enim his submissionis gurgulioni aut gutturi non nocebit, vt qui prior. Sed fortassis aliqñ sit difficilius prædictam & virgam imponere, intestinūꝗ immissum sustinere. Quidam vero negarunt nutrimentū, refocillationem concedentes, sed hoc insufficiens est, vt prius tactum. P

Q

PROPTER TERTIVM siquidem sciendum ꝙ prædictum subīmissum succosum potissime potest nutrire intestinis mūdatis in antea. Vnde Zoar. modus proprius præstans proculdubio corpori nutrimentū est, vt accipiatur vesica alicuius animalis, capræ, videlicet, aut bouis, & impleatur lacte aut ptisana, & ligetur cum orificio suo rostrum perforatum, quod immittatur in anum & præmatur vesica illa plena præfato nutrimento cum

manu

A manu vt impellatur quod in ipsa in intestinum rectum. Accipiet enim inde intestinum prædictum aliquid nutrimenti, residuumq; impellet ad aliud sibi cōiunctum: qd' demū ad aliud propulsabit, donec ad pyloron pueniat ventris. Ex quo possibile fiet ipsum quod sibi vtile attrahere, digerere, demūq; hepati per meseraicas descendens per intestina mādari. Mihi tñ visum q cū clystere vsuali possit melius immitti: & maxime cum cannulā habuerit longā, mollem, in directum pforatam. Q. autē hic modus nutritionis sit possibilis, firmatur: qm̃ quod immittitur aut puenit ad ventrē, vel minime: quorum siquidem vtroq; dato habetur intentum. Quod autē in ventrem prętactum a Zoar immittitur possit peruenire, monstratur: quia si qñ quod magis extraneū pōt subimmissum in ventrem peruenire cum virtute imbecilliori, poterit & qd' amicabilius ipsa fortiori, cū ea motus tunc dirigat in quę vtilia. Sed clystere peruenit qñq; etiā quātitatis pau-

B cę respectu eius quod hic expetit ad ventrē, vt in cholica vel iliaca in qua virtus est imbecillis. Multo igit̃ hic magis, cum īmissum sit amenū et natura cōstet, vt ad multū in suffocationibus hmōi. Q. autē clystere ita eleuet scribit de accidenti. 6. ita. Sępius ex clystere aspicimus partē ascendentē superius, ppulsari. Stercus quoq; paratur euacuationi, sicut cōtingit in ileos quæ spēs est mortalis, qd' in breuiario ēt recitatur Serapionis. Et fulcit: qm̃ cholerā aliosq; hu. & maxime subtiles conspicimus in ventrem ascēdere. vnde primo tertia. Tolerare famē stomachum putridis replet hu. Inspicimus simil'r naturam cum vehementer eget, operationes inducere mirabiles, vt saniē expellere per ossis meditulium. aphor. 7. Et materiā in cerebro contentam qñ est apoplia & proprie minor, in alteram duarū partium expellere corporis. Ac materiā morborū in partes diuersas & longinquas expellere, vt ostēdit terminatio pectoris passionum. Si aūt minime perueniat ad ventrē, poterit tñ nutrire: qm̃ ad intestina valebit

C puenire longiori per clystere impulsione, atq; cōtinuiori facta ēt ad gracilia, vbi sunt venæ meseraicæ oibus intestinis continuę ẜm A. & Halya. Octo enim venaꝝ ortarum a porta hepatis, quinq; infigunt & sparguntur per oia ob attractionē in hepar intestina. Tres vero in nutritionē partium ordinant circūiacentium. Meseraicę vero qd' immissum aptum penetrationi, tum subtilitate, tum aromaticitate etiā, tum naturæ ipsius amicabilitate proprie qñ fuerit indigentia cum virtutis robore in hepar deducent. Quod vero ad ipm̃ deuenit sic habilitatū poterit in sanguinē conuerti demumq; nutrire. Et firmat quia (ceu prętactum) sicut in venis venientibus ad oia mēbra inest aliqd virtutis generationis san. vigore iecoris cuius sunt manus, ita intestinis aderit vis chilosandi vigore vētris cuius sunt partes vtcunq;. Quod ostēdit oris pellicula in qua digestionis reperit aliqualis participatio, ppter

D continuitatē ac affinitatem, quā obtinet cum uentris tunica, vtrobiq; enim similis vr̃ ratio. Et qd' submittitur nutritioni, aptum fit maxime vt intestina sui quadam digestione etsi in uentrē non perueniat, possint illū modicum defectum remouere, cum id sit amplius nutrire aptum q̃ plura per ventrem trāseuntia. Nutritus. n. qñq; hominū quis feno fuit diu & paleis cū aqua: nōnulli vero corijs, arboꝝ glandibus, et siſibus q̃ multū a vero nutrimento & amplius subimisso distantibus. Vinum ēt nutrit subtilius indigentē mox penetrans ventrē. Non. n. quid diuinum acquiritur, vt æstimant quidā in ipso, vt sine eo nō possit fieri alitio &, pprie in nutrimēto subtili: quale prętactum vehementer alimentare apto, cum concessum sit hu. quasdā interdum nutrire absq; in sanguinis cōuersione. differentia. 30. Itaq; subimmissum poterit nutrire ad ventrem perueniendo, vel etiam minime attingendo.

PROPTER QVARTVM vero dicendum. ad primum q fuit via naturalis cōis & vt semp contingēs, cum aīal fuerit in suo esse naturali: de quo Isaac sermo.

E Ad aliud dicendū, q illud subimissum per tria, vt declaratum, loca digestionis pertrāsit simpl'r aut ẜm aliqd. Quod vero dicitur dictum subimmissum per clysterē neuquaq; valere ad ieiunū ascendere, verificat vt ad multū, cum ēt ipsum oporteat esse minoris quantitatis cū sit acutum, seorsum motiuū: hinc timendo exacuitionē phlegmonis, de cuius ibidē agitur cura. Tale vero qd' intromittitur hic non existit, cum subtile sit, suaue, ac naturæ accōmodum: ex quo vicissim pōt tanta quātitas subimitti, vt attractum & impulsum ventrē pertingat, cum ēt dictum sit clysterē ad stomachū interdum ascēdere. Ad confirmationē dicendum q pro tanto dixit Isaac meseraicas esse inter ieiunū & hepar, quia plures sunt in eo q̃ in alijs intestinis, et ideo semp uacuum reperit. de iuuamētis. 6. Ad aliud q̃d dicēdum apparuit vtcūq; dr̃ia. 46.

F cum A. videatur Gal. cōtraire. Vel q intestina nil attrahunt, sed solū eijciunt, cum aliquid in ipsa intromittitur modo naturali cōsueto. Quando vero aliter secus cōtingit, sicut conspicimus stomachum grauatum qñq; susceptum sursum expellere vomitu: cum tñ naturaliter habeat attrahere ac in intestina expellere. Ad aliud dicēdum iam apparuisse qūo in subimmissione per anum remaneat ordo attractionis essentialis. Ad aliud similiter visum: quoniā id est quādo naturalis modus & vsus fuerit obseruatus subimmissionis alimenti.

DIFFERENTIA. LIIII.

QVOD PILI & vngues nutriant, ostenditur ex quinto de animalium ge. & pble. 10. Item aphor. quinta. cōplexionum. 2. & de iuuamētis primo. c. 2. Quod firmatur rōne, qm̃ membra nutriuntur, alioquin consumerentur irrestaurabilia rara, sed pili & vngues sunt mēbra. Ingrediuntur nāq; in numerum membrorum. Halyab. Rursus. Pili crescunt de histo. 3. simil'r & vngues. Cremē

G tum vero nō nisi perficitur nutritione. Adhuc capillorum & vnguiū est generatio. in techni. libro. 2. sed cui generatio inerit, & augmentum & nutritio inerunt: vnum enim ad alterū ordinatur: generatio nāq; ipsorū si in esse non pmaneat facto existet ociosa, non perdurat aūt nisi per alimentū. Eti. Quod intētione, pposito & arte productum naturę, regimen habet eiusdē, & quod tale nutritur, cum nutritionis actus sit pmanentię fundamentum. Hoc autē inest pilis palpebrarū & superciliorum. cōplexionum. 2. & theoricę. 2. Amplius. quando deficiunt pili aut vngues, plerūq; docet copiosius nutrimentū corpori administrari, quod non fieret nisi susciperent alimētum inde. Pili ergo nutriuntur & vngues.

IN OPPOSITVM in techni libro. 2. Capillorum & vnguium nō est regimē, quod aūt caret regimine cum a virtute dicat, regitiua carebit & ipsa: & per consequens nutritione ac alijs minime potietur virtutum effectibus.

H Itidem. si nutrirent hi haberent regimen aliquod, sed nō habent, quia vel principalitatis, qd' non, cum principia sint tria vel quatuor solū: aut deseruientium, quod ēt nō euenit, quia ea sunt quatuor numero principaliorib' quatuor deseruientia: neq; virtutē habent influentē & innatā, qm̃ carent virtutis receptione a primis: neq; regimine participāt innato, eo q habētia ipm̃ sibi a primis acquisiuerunt generationis principijs & innatū esse et fixū a semetipsis habuere, non aūt postea: primo interiorū apparens. Adhuc historia. 3. Crescunt pili in infirmitatibus q̃busdā, puta, in phthisicis, magis autē & in senecta. & de gen. aialium. 2. augentur & mortuorum pili, sed in talibus passionibus innutritur et minoratur corpus omne & maxime post mortem. & ideo primo de ge. animalium dicitur. A pilis & vnguibus nihil materia spermatis in coitu decidi. Non ergo nutrimento crescunt substātifico: propter quod pili non nutriuntur & vngues.

Ca. 1. post principiū. Tracta. 3. cap. 31.

Doc. secūda cap. 7.

Cō. apho. 55. versus finem.

46. tertij. tra. 1. c. & fen. a pri ... doctri. quinta ... cap. 2. 5. theor. c. 31. & libr. 5. ca. 16.

Cap. 1. in principio.

Coll. c. 3. 4. & 5. pbl. 21. & plib' sequentib' & pbl. penulti. p. aphor. 67. Ca. 5. & 6. 1. the. c. 1. Cap. 10. & 11. T. cō. 14

Ca. 5. post medium. Ca. 16. p' principiū. T. cō. 31.

Cap. vlti. iuxta fine. Cap. 11. versus fi. Cap. 4.

Ca. 18. in principio.

I PROPTER PRIMVM quidem sciendum primitus quid sit pilus cum modo productionis ipsius, quisue locus, eorũq; iuuamentum ostendatur: & quid vnguis cum eius productionis via: quid etiam nomine importetur nutrimenti. Propter hm̃oi primum sciendum q pilus est corpus a fumo adusto resolutũ, per poros egrediẽs cutis, ab exteriori aere exiccatum in longum rotundũq; protensum. Hæc quoq; descriptio de per se existit ex pluribus aggregata de pilis sermonibus. Est autẽ productio eius per cutem extrorsum. cõplexionum.n. & theori.secundis. Caliditas & ꝓprie siccitati coniuncta cum in corpore obtinuerit humidum superfluũ ex principijs generationis assumptum, calefaciendo, & exiccando inspirat, rarefacit & porificat iter quasi primitus parãs pilis: demum vigorata humorum quiddam in fumos resolutum adurens, ad poros iã præparatos expellit, cui aliud cõsequenter adiungit: & deinceps taliter operans pilum in longum extendit continue radicem ipsius semper extrinsecus propellẽdo: vnum enim coadiuuat aliud in expellendo, ceu cum liquidum quoddam propelleretur ex vase. Quod apparet ex lanugine capillari super stercora humida in vmbra maxime aut arbores ꝓducta. Propter huiusmodi vero secundum sciendum q capilli producuntur per corpus fere omne: non autem in manuum volis & pedum plantis propter musculum chordosum, frigidum, cõpactum sub ipsis existentẽ. iuuamentorũ.2. Quem etiã solum testatur prima primi Gal. Aui. cognouisse. In facie vero tamen ne visus impedireĩ & ne facies deformaretur, generãtur q̃ pauci & breues pili: & maxime in fœmella: in capite vero multi & lõgissimi. Est nãq; homo hispidissimum animalium circa caput. de partibus secundo. consequenter autẽ circa fœmora, sub axillis & faucibus. Propter quid autem tanti et tales in capite fiunt, cum sit frigidissima & humidissima cerebrum particularum. differẽtia.24. quæ autem talis eorum impedit productionẽ, cum dictum sit pilum a caliditate & siccitate produci. Dicendum ad id situm non modicũ operari. Est nãq; caput tanquã corporis caminus cordis caliditati suppositum, fumos totius corporis recipiens indirectum. Estq; craneum cũ ipsius cute porosum. In ipso enim porositates & suturæ serratiles extant q̃ plurimæ. differentia.39. Quæ siquidem frigiditati resistunt & humiditati cerebri, cum etiã in ipso spiritus augeantur subtiles, mobiles, calidi, quod rete ostendit mirabile nominatum cum caliditate sub mento refracta. Et quia aliorum animalium pilorum materia in cornua trãsmittitur aut in vngues, dentes, plumas, seu rostra, nõ tantorũ adeoq; protensorum est in eorum capitibus pilorum aut pennarum existentia. Est enim caput in eis non sic in cordis directe opposito sitũ, sed in anterius lateraliter magis. differentia.79. Et ideo in iuba circa dorsum anterius & collũ & proprie non cornuta, pilosiora redduntur. In caudis verum plurimum propter finem abundant, vt tegant & occurrentia propellant: velut in equis & huiusmodi. pilosi autem in corpore multum, indigẽtiam habent circa caudas quod euenit in vrsis. de partibus.2. Propter huiusmodi quidem tertium sciendum q omnium pilorum vtcunq; iuuamentum existit duplex. Vnum siquidem quantum ad interiora, reliquum vero quo ad exteriora. Primo quidẽ quia in vapore adusto, ex quo procreãtur pili, materia mala superflua educiĩ de corpore, quæ causa poterat ægritudinum esse: & ideo habẽtes capitis partes compactas aderem carentes fere, vt fumi conuersi in capillos vix egrediantur, inde sæpe in dolorẽ concidunt capitis. Nam pilus trahit malam ex corpore materiam, & inde mundificat ipsum. coll3.2. sicut georgici qñ terrã volũt fertiliorem reddere, in eam partẽ nitrosam amarã & adustã semina proijciunt attrahẽtia vt siclam & lupinos, theoricæ.4. Cum enim nutrimentũ tandem per sise

Marginalia (left): K; L; M; pilus quid & quõ generatur.; Ca.5.&.6 in medio. Cap.16.versus finem.; Cap.2. in medio. Doc.5.sũ. secunda.c.20. versus finem. Cap.14.in medio.; Ca.14. in medio. pilorũ iuuamentum.; Cap. 2. in fine.; Ca.1. post medium.

attrahunt huiusmodi nitrosa & amara, ꝓpria nãq; sunt ipsorum: vnde terra remanens quasi vnctuosa et dulcificata, fertilior efficitur: cuius oppositum inducunt rapæ, cum humorẽ ex ea sibi dulcem alliciant: quare ipsam demacrant. Tali nãq; modo pili omnes intrinsecis cõe præstant corpi subsidiũ. Iuuant ẽt partes extrinsecas. Quod etiam dupl'r euenit, aut per se magis ex intentione ac arte naturæ ſm propriã proueniens plasmationem, velut in plantis cõtingit seriose ꝓductis, vel per accidens magis: quasi materiæ vel cõplexionis necessitate consecutũ. Primi siquidẽ iuuamenti sunt palpebrarũ proprie pili, & supercilioꝝ demum, consequenter aũt qui capitis. Et istoꝝ qdem aliqui sunt pp defendere magis, sicut maxime qui palpebrarum & superciliorum: ꝓhibent.n. ne ad oculos cõcurrant extrinseca, vt pluuia, imber seu puluis: & præsertim qui palpebrarũ: et ideo nõ fuerunt in sursum protensi vt aliorum quidã, neq; in deorsum, sed in anterius & in rectum extensi: hanc.n. hi præ alijs pilis habuerunt naturã, et alteram, quia vitæ aialis conformes sunt. Non enim ꝓlongantur cõtinue, vt reliqui, neq; desinunt, ꝓducti ẽt natiuitatis initio: his siquidem rostra, dentes & vngues quorũdam ꝓportionantur aialium, et ideo de iuuamentis &.2. cõplo'num sensit Gal. pilos palpebrarũ & superciliorum ex intẽtione & arte ꝓduci naturæ. Vnde qui palpebraꝝ præcipue videnĩ nutrimentum & regimen fere verũ habere, cum ita præfixum habeãt originis tẽpus & ꝑmanentiæ. Quod et nõ oino sic euenit in his qui superciliorũ. Augentur.n. senescentibus, vt abrasione indigeant, ꝓpter.n. humiditatis consumptionẽ coniungẽtis & obturãtis sectiones plures, quæ sunt in ossibus supercilio rum, fumus hinc emissus amplior pilos protẽdit. In senectute nãq; corporis propago, vt antiquum, rimosum et trãsparens reddiĩ ædificium. tertio historiarũ, & de partibus.2. Alij vero pilorũ sunt pp concupiscẽtiam, ceu qui barbæ: hi.n. in decore ac venustate reputati sunt viris, & ꝓprie reliquis a Romanis nunc nationibus: obtegunt ẽt faciei rugas. Virũq; a muliere distinguunt, cũ ipsi barba oriaĩ nisi valde frigido, & eunuchato a natura vel arte. Non aũt fit mulieri, nisi fortassis pili grignonũ dicti: qđ aut pp calidam multum euenit cõplexionem, et acutoꝝ vsum, vel menstruorũ defectionem cum spermatis retentione, qbus mulier deturpaĩ, ceu vir decoratur. Sed pp quid viris adest barba, fœmellis aũt minime? Dicẽdum q est multiplex cã, vel quia vir vr̃ calidior et siccior muliere. dñia.38. pili aũt in cõplexione generantur calida & sicca. In frigida vero & humida ei abolẽtur opposita pp vaporẽ non potẽtem in ea perfecte inflãmari. Vel quia natura sunt mulieres venustiores, & viris impilosæ amabiliores. Protendiĩ etiã hm̃oi fumi pars ois in caput. Reputãtur.n. cõius ex capillis pulchriores ac honestiores: aut quia vt ad multũ sunt ociosæ sub vmbra morãtes in amplius, humidisq; ac frigidis se alimẽtis replẽtes. Sunt & his menstrua in quæ nõ modica materia transmittiĩ pilorum: cũ igitur vir vt ad multũ opponatur cãrum præfatis, barbã obtinuit: & maxime circa mandibulam inferiorem. Quod etiã non vr̃ cum hæc sit frigida & sicca, ossuosa, neruosa. Dicendum id cõtingere pp crebrum motum mandibulæ, quo caliditas suscitata vaporẽ in pilum adustionẽ ꝓducit. Aut quia caliditas a corpore omni delata in cerebrũ frigidum & humidũ refrangiĩ, inde in hunc locũ deorsum: & ideo partẽ sub mento sentimus cæteris nudis calidiorẽ consistere, vt & frigescentes quidã illuc manus gratia calefieri adducãt. In hoc etiam testes coadiuuãt non parũ cum sint carnes dilatatæ, duræ caliditatẽ corporis & proprie cordis refrangẽtes in quæ sursum, & velut solaris radius speculo concauo calibino refractus: & ideo ex ipsorum abscissione corpus infrigidatur omne, & barba innata non oritur: actus & mores in muliebres peruertuntur. Nõnulli vero sunt pili propter tutelam

Marginalia (right): N; O; P; Q; Ca.5.post medium.

A tutelam & ornamentũ, vt qui capitis ſuperioris & in mu
lieribus maxime. Viriſq; fere præter gallicos omnibus
& maxime qui legum extant aliarum: defendunt enim
caput ab imbribus, caumatibus, & alijs ab extra inſurgẽ
tibus læſiuis: ornant autem caput & mẽtum ſm Apoſto
lum & mulieres præſertim. Protenduntur etiam capilli
mulierum amplius uiris, aut quia plus earum humidum
paſſibile, coextenſibile, carentq; vt dictũ barba. Rur-
ſus. Viris capillorum accidit detruncatio, non autẽ mu-
lieribus taliter. Paſſiones autem recipiunt pili: qui capi
tis proprie, tam in ſubſtantia, q̃ in accidentibus. In ſub-
ſtantia quidem: quoniã abſcinduntur quãdoq; omnino
in loco caluaria dicto, ꝑpter ipſius ſiccitatem plurimũ.
Caſ. 5. iu-xta finem. compꝛonum ſecundo. Et quia propter caliditatẽ & ſicci
tatem cerebrum diſtat a craneo: vt non ſic immediatius
valeat, quæ capitis ſupius irroratione humectare: quod
mulieribus et eunuchis propter eorum multam frigidita
B tem & humiditatem non euenit. Et propter quid ergo
vir aliorum maxime animaliũ caluitiem incurrit, cum
cerebrum ſit frigidiſſimum & humidiſſimum omnium
corporis membrorum? Dicendum aut propter ſitum
id ipſius euenire, cum ſit fumorũ ſuſceptiuum aduſtorũ
in ſurſum delatorum directe: quoniam caluaria eſt ſicca
valde, ac quia pluris ſunt motus ſpiritus animales pro-
pter actus varios in vita neceſſarios: aut q̃a luxuriæ mul
Caſ. 11. in medio. tæ (hiſtoriarum tertio) vnde caluities non cõtingit eunu
chis. Hæ nanq; cauſæ ſunt calefacientes, & deſiccantes
tandem omnes. Sunt etiã capillorum quidam groſſi, ali-
qui ſubtiles, alij medij, et molles nõnulli: alij aſperi, hir-
ſuti, quidã mediocres. In accidentibus quidem ipſi per
mutantur & figuris: nam ſunt aliquando plani, interdũ
criſpi, quandoq; vero medij. Criſpi vero redduntur aut
multa caliditate, vt in æthiopibus in q̃bus adeo corrugã
Coll. doc. techn. c. 5. tur, vt & piperi ſimilent. ſecunda primi. Carentes nãq;
C humiditate non poſſunt extenſi ꝑmanere, ſed veluti cor
rigia igni expoſita contrahuntur: vel propter pororum
ex quibus egrediuntur tortuoſitatem. Ita enim diſponũ-
tur exterius, ut meatus per quos tranſeunt: propter quod
in capite frigido & hu. eſt conſpicere capillos criſpos
quandoq;. Cauſantur & interdum pororum anguſtia:
fumus enim adeo egreditur exilis, vt exterius in capillos
denſatus ſeipſum continere nõ poſſit, ſed plicatur & tor
quetur, ceu quando filum ex arcto ſubito extrahitur fo-
ramine: & hæc fœda et modica eſt criſpitudo minimeq;
capilloſa: verum à cauſis oppoſitis redduntur plani, ex
medijs quoq; mediocres ſimplicium & criſporum. Va-
riantur etiam in quantitate aut ratione locorum, in q̃bus
oriuntur vt prætactum: vel ex parte cõplexionis, ætatis,
conſuetudinis, ſexus & alterius regiminis, circa non na-
turalia verſantis. Diuerſificantur etiam in colore: quo-
niam & alij ſunt albi, quidam nigri: nonnulli vero me-
D dij, hiq; plures. Quod aut naturaliter euenit vel acciden-
te, vt ex aduſtione nimia, vel humore tingente ſuperflue
melancholico, efficiuntur nigri. Materia etiam ipſorũ
ad phlegmaticum & modum putredinis, quædam con-
uerſa circa ſenectutem ex impotentia calidi digerentis fit
in homine præcipue, ac equis color albus canities dicta.
Caſ. 3. circa principiũ & 5. in prin. de ge. animalium. 5. Fit autem hoc in temporibus primũ
et magis propter humiditatẽ phlegmaticam in muſculo
rum temporibus interceptam eoſdem irrorantẽ. Et ideo
Doc. ſecũda caſ. 3. Homerus homines temporitanos appellauit. Alexan.
proble. omnium primo. Et noſce de cauſa caniciei pri-
mo ſecunda. taliter ſeriari ambigue. Canitiei quidẽ cauſa
apud Ariſt. eſt conuerſio ad colorẽ phlegmatis. Et apud
Gal. eſt athacherugi quæ nutrimentum comitatur, quod
ad capillos venit cum frigidum fuerit: & fuerit tempus
motus eius, & ipſius penetratio in poris parua. Sed vt
huiuſmodi veritatis appareat concordia vtriuſq; præfa-
ti ſeries ſubſcribatur. Quinto nanq; de animalium ge. eſt

ſiquidem putrefactio aquæ & terræ, & corporum oium E
talium, propter quod & terreſtris vapor, vtputa dictus Caſ. 4. ad medium.
elixis: etenim ombros eſt putrefactio terreſtris vaporis:
quare & in pilis tale alimentũ exiſtens non digeſtum pu
treſit & fit vocata canicies: alba vero quia ombros ſolũ
putridorum, vt eſt dicere albũ. Cauſa vero huiuſmodi,
quia multum habet aerem. Secundo vero cõplexionũ. Caſ. 5. in fine.
Pili fiunt imbecilles & albi quos nominãt canos. Imbe-
cilles quidem indigentia proprij nutrimenti, albi autem
qũo & nutriens eos tale, quale caries aliqua phlegmatis
in tempore putrefacti: eſt autem caries proprie lignorum
putrefactio. vnde Ouidius. Vertitur in putrem cariem,
rimiſq; dehiſcit. Ex his igitur ſeriebus inductis apparet
aperte, quicquid videat dicere. A. de athacherugi nutri-
mentum comitante: q; eadem cauſa omnifariam a Gal.
aſſignatur & Ariſt. caniciei: & ideo ſubiũxit. A. Cumq;
duas dictiones cõſideraueris, inuenies eas propinquas,
pro certo: quoniã cauſa in albedine coloris phlegmatis, F
& cauſa in albedine athacherugi eſt vna. Et fortaſſe ad
hoc ipſum produxit mendoſitas arabicarum translatio
num. Viſum eſt etiã quandoq; caniciem fieri ex contra-
ctione ſpirituũ propter timorem ſubito inductum, velut
mortem contingit expectantibus repẽtinam. Et differt a
priori: quia illa incipit a capillorũ radicibus, hæc autem
ab eorum extremis: vt ſubalbedo in plantis incipiẽtibus
exiccari adhuc præcedens pedetẽtim occurrit, ea vero re-
pente ſimul. Eſt & alterum iuuamẽtum pilorum parti-
bus extrinſecis tanq̃ ſecundario minus prædicto, quod
Gal. dicit ex neceſſitate cõplexionis euenire: quia calido Coll. ſecũdo complexionũ. c. 5. & 3. techni. cõ. 106.
exiſtente, materia propellitur in pilos ad extra: quos per
accidens Haly. aſſerit prouenire: qd' in noſtris intelligi-
tur corporibus, alijs aũt iuuamentum faciunt veſtium, et
protegentium armamẽto. Et ſi dicant eas in nobis ex ne
ceſſitate materiæ, ſeu per accidẽs peruenire, nihilominus
poteſt pilorum forinſecorum omnium iuuamẽtum aſſi- G
gnari aliquale: ſicut eorum qui ſunt circa verenda, hypo
chondria, pectus & ſub axillis, ꝑducti nãq; ſunt illi pro
pter tegere ac occultare pudenda, & ſimiliter ab extrinſe
cis tueri & calefacere. Qui autẽ ſunt circa partium alias,
protegunt & calefaciunt, quod alijs quaſi hominum &
agreſtibus fuit expediens plurimũ: cum non habeant, vt
nos arte calefacientia & defenſiua ſibi parata. Et ideo na
turam oportuit quæ ad exceſſum vniuſcuiuſq; ingenium
apponit de partibus ſecundo laborare, vt pili plures his
& longiores extẽderentur per omne. Propter huiuſmo Caſ. 7. de ca princi. Vnguis quid.
di quartũ ſciendum: q; vnguis eſt corpus expanſum pel-
tale ex ſuperfluitatibus productum induratũ, ſuper digi
torum extrema, iuuamẽto plurimo ſituatum: ſolũ enim
in vltimis oritur digitorum manuum ſiue pedum, ceu pi
li in cute particula corporis extrema: unde ſi quid de oſſi
bus paruis in ſummis manuũ aut pedum perdatur, non
ibidẽ vngues creſcunt: ſicut neq; in nobis pili cute deper- H
dita, propterea in cicatricibus non fiunt. unde probl. 10. ꝓble. 27.
Propter quid equis et aſinis oriuntur in cicatricibus eorũ
pili, hominibus aũt non: aut quia in his corium eſt tanq̃
pars carnis, in nobis aũt cutis, non vt pars: ſed magis ve
lut paſſio carnis. Modus quoq; ipſorum originis pro-
portionabilis eſt pilorum productioni, ex ſuperfluitati-
bus tñ groſſioribus nõ adeo aduſtis generant: quod eorũ
mollities indicat. Ipſi ẽt diuerſificantur multipl'r, tam ra
tione ſubẽ q̃ accidẽtis: quidã. n. ſunt groſſi, aſperi, duri,
alij ſubtiles, lenes molliores. Sunt & aliqui magis expan
ſi, quidam parui anguſti. Exiſtunt equidem planiores, et
recti nonnulli: alij vncoſi & recurui: quidam ſunt luci-
di & ſplendentes: reliqui obſcuri & tenebroſi, alij albi,
alij fuſci, quidam permiſti ex albo et ru. viuidiores entes
& nitidi. quorũ ſignificationem ſufficienter mõſtraui in
tractatu quẽ de phyſionomia cõſtruxi. Nã vngues am-
plius regimine participant naturæ q̃ plures pilorũ, cum

I ponaꝰ non parum ex sup̄fluis cordis ꝑduci. Et ideo pilis palpebrarum superciliorum & capillis proportionãtur ſm Platonem. In quibuſdam vero animalium videntur intantũ iuuatiui, vt in terminis neceſſitatis exiſtant. Pręter etiam iuuamẽtum quod partibus afferunt intrinſecis, pilorum more delatione in quæ extra quadruplex ipſorum extrinſecis exhibent iuuamentum. Vnum quidem quia ſicut & tutela carnium exiſtunt digitorum ne lædã tur cum ſuper rem cõpreſſerint duram: conſeruant nãq; ipſorum vltima, ceu ferrum extremitatem haſtę. Aliud quia per ipſos digiti res capiũt minutiores, & firmius retinent. Tertium qm̄ eis ſcalpitur & mũdatur. Aliud quia quandoq; ſunt in defenſione arma: quod magis alijs ab homine euenit aialibus. Super hoc aũt venuſtiores reddunt digitorum extremitates aſpectu: ſicut in artificiatis euenit, in quibus aurũ ſupponitur aut ebur. Quid aũt ſit nutrimentum, quotiens etiã dicatur: dr̃ia oſtenditur. 30.

K PROPTER SECVNDVM vero ſciendum aliquos protuliſſe indiſcrete ꝙ vngues et capilli nutriantur ſm veritatem, non autem ſm apparentiam. Hoc autem ſm vtrunq; membrum apparet inartificialiter dictum, quia vt declarabitur minime nutriuntur ipſi. Adhuc ſi nutrirẽtur quo modo in tam longo temporis ſpatio nos lateret? vnde debenti ſcientiarum principia ideas aſſimilantur Platoni, contra quem primo ſcribitur metaphyſicę: Mirum quomodo lateat habentes potiſſimam ſcientiam. Stupendum igitur quo modo habentibus capillis & vnguibus virtutem ſm eos perfectam: puta nutritiuã inditam, nos lateat imperceptos. Eti. Apparenter magis pili & vngues nutriuntur et creſcunt ꝙ̃ membrorum etiam principalia, cum protenſionẽ ipſorum videamus continue fieri taliter, vt & abſciſſione indigeant: propter quod cum tales ſibi contradicant manifeſtius omittanꝰ.

(Coll. tex. 66.44.)

Quare fuerunt alij probabiliter dicentes ꝙ pili & vngues poſſunt dupliciter conſiderari: vel ſm ꝙ ſunt ſuper

PROPTER TERTIVM autem sciendū, φ Aur. sententia & aliorum peripateticorum est φ color intentionaliter seu spiritualiter multiplicet spēm suā in medio lumine affecto ceu aere vel aqua, hic autē illam susceptā defert oculo. Aer etenim mediante lumine recipit prius spēs rerum, deinde reddit ipsas reti extrinseco vt corneę, & hic reddit eas donec earum motus ad vltimum perueniat retis, in medio quoq; istarū retiū humor extat grandinosus speciem coloris comprehendens & dijudicans, & est quasi medium obtinens inter naturā aeris & aquę. Est nāq; natura eius his duabus communis naturis. Ab hinc nāq; per neruos opticos species defertur sensui cōi, vbi hæc spiritualior redditur. Formæ nanq; habēt tres vel quatuor ordines seu gradus. Vnus quorum est materialis, & ē quem seruāt in natura: alius in sensu cōi, & est spiritualis: tertius est hoc spiritualior magis in virtute factus æstimatiua: & tādem spirituatur deinceps amplius, donec in intellectum simpliciter spiritualem & vniuersalem deducat: hic enim est qui res particulares extra existentes vniuersales reddit. dfia. 3. Sciendum etiam φ in videndo vtimur quibusdam lineis intētionalibus: vnde Auer. 3. colliget. & de sensu & sensato. Inuentio istarum linearum non habet intentionem fm sensum sed fm intellectum, vt. q. ex oculo intelligātur exire, perfecte nāq; videre & quod accidit ab eo nō perfici nisi per intentionem harum linearum & pyramidum in figura noua & noua: est verum, nullum tñ habet subiectum nisi mediū diaphanum. Ipsum enim a sua natura habet recipere lumen & colorē huiusmodi receptione. Q. aūt visio fiat suscipiēdo quidem intra, probatur dupliciter, directe videlicet & ex consequēti. Primo quidem id immediatius inferendo, qm̄ intus suscipere quoddā est pati, foras vero sicut tactum emittere agere, vt ex sentire & intelligere habetur ex de aia: Virtus aūt uisiua est passiua cum subijciatur sensitiuę quæ vniuersaliter passiua existit. Amplius cū color lumine affectus sit quid actiuum, si visio extramittendo perficeretur, uirtus tunc visiua existeret actiua, & ita simul foret actu & potētia respectu eiusdem. Neq; ēt in visione vnum esset actiuum, reliquū passiuum, sed ambo magis actiua, cū tñ. 3. de aia scribatur in oi natura esse aliquid, hoc quidem vt materiam & potentiam, alterum vero vt formam & factiuum. Eti. alij sensus visui compares perficiuntur in suscipiendo & non aliquid a se foras emittendo. Ex consequenti quoq; monstratur in probando videlicet visionem fieri per alicuius extramissionem, quia illud quod emittitur, aut erit substantia corporea vel quod accidens, non quidem substātia quocunq; modo componatur cum vidente & re visa vel ab eodem separetur. Quod quadrupliciter potest accidere, aut enim erit coniuncta cum viso & vidente, vel separata a vidente, reiq; coniuncta visę, aut cum vna parte visi adiecta & non cum alia. Quarto quoq; modo sit ipsius dispositio cū vidente vel separata a viso & vidente. Primum quidem esse non potest, quia cum infinitis fere vicibus, die ēt vna possumus ad libitum oculū aperire, claudere & reaperire stellas inspiciendo, si oculus vt orbis foret magnus haberet inaniri & dissolui. Neq; ēt potes dicere φ qñ oculus clauditur quod emissum est ab eo regrediatur in ipsum, cū nihil talē sit possibile facere reductionem. Eti. Res φtumcunq; eminus, idest lōge videretur oino in eadem figura & φtitate sicut de prope. Adhuc fm Auer. contingit vt visio sit in tpe & proprie qñ res uisa fuerit remota, nam probatū est. 6. phy. oē corpus moueri in tpe. Quam quidē rōnem non dignificare vr̄ A. d. fortasse autores ponentes visum fieri intus, suscipiendo rōcinanł contra autores de radio lineari nescientes, qm̄ hoc friuolū est quod contra eos adducunt: quia autores de radio possunt ponere tēpus & non sensatum, eo φ est breuissimū in quo radius est motus vsq; ad stellas fixas. Volunt nāq; perspectiui illuminationem fieri in tēpore, imperceptibili tñ, sicut terram nullam quantitatem probant astrologi per comparationem ad ultimum orbium habere. Et si vere habeat quantitatem, illud tñ est contra Ari. 2. de aia dicentem φ extra rōnem existit & sensum, φ lateat nos illuminatio in tpe facta in tāto spatio quantum est ab oriente in occidens, in spatio vero paruo fortasse posset latere. Rursus virtus visiua est in calore, nullum enim corpus est subiectū ipsius nisi calor naturalis, qui si ab oculo separetur tendens ad rem uisam infrigidaretur statim & eius annihilaretur act⁹. Neq; potest dici fm vt φ egrediens de oculo separetur a vidēte & rei coniungatur visæ, puta stellis cū nulla intercidat cōtinuatio inter rem visam & videntem. Simile nanq; foret ac si diceret aliquem tangere manu abscissa, uel corpori serpētis redditur id quod cauda tangił ipsius abscissa. Similiter & tertium destruitur videlicet φ cum vna parte visi continuetur & non cum alia, qm̄ non videretur totum: sed illud tm̄ quod offenderetur seu tangeretur. Et si ēt non coniungatur cum re, non videbit ipsam. Neq; potest dici visum permutari in naturam exeuntis radij et fieri. q. vnū. Tūc enim qñ videremus cœlum, oporteret dicere ipsum in naturam exeuntis radij permutari, vt fiat cum eo sentiens. q. sit vnum aliquid, ita vt ostendat vel tangat stellā Saturni aut Iouis & eā videat totā, cuius falsitas est apparens. Quartum ēt non potest poni, vt φ egrediēs nullam continuationē habeat cū vidente & viso, quia non posset fieri actio, cū nihil separatū fm Aur. & Cōmēto. valeat operari, aut qūo forma deferreł rei visæ ad oculū, vel quid aget copulationem cū eo? Propter qd' emissum ab oculo nō potest esse corpus. Nunc aūt ostendał φ nō potest esse accidens aliquod existens in eo qd' est inter vidētē & visibile, ceu aer: aut φ ex oculo foras emittatur, qm̄ id erit vel mediū, aut instr̄m, si aūt instr̄m vel sentiēs aut reddens, non aūt sentiens, vt φ stellas sentiat reddēs visui qd' sentit inde. Adhuc aer non tangit quicquid vr̄, ut stellas fixas. Rursus. oporteret φ lux esset corp⁹ dispersum in aere & in cœlo unita cum nr̄is visibus. Absurdū ēt est dicere φ cœli nr̄o visui patianł, ita vt aer sit eorū sensitiuū instr̄m, quod crimē Auer. impingit Gal. inquiens: Galenus intantū applicał errori φ æstimauit aerem sentientē. Quod ei⁹ vr̄ sermo p̄mo, pgno. pene sonare, dicit enim se ostendisse in lib. de visu. φ aer lucidus cū quo cōtinuatur lumē visibile stat loco instr̄i naturalis, cuius virtus est similis virtuti nerui in corpe. Si aūt sit instr̄m reddens seu deferens & sentiens, tunc totus aer sensibilē virtutē a nobis recipiet sæpius ac multotiens perdet, & non hic solus sed cœlū totū, & sic cœli natura totiens magna pmutabił mutatione quotiēs ad ipsum conuertał intuit⁹, qd' est absurdū. Neq; est vt mediū qd' primo patiał a uisu postea perficiał vt sit mediū. Quā. n. virtutē recipiet a visu? nō quidē vitę cū ipsum sit elementū simplex, neq; sensitiuam, ea nāq; sentiret, qd' improbatum est antea. Neq; peruietatē ex ipso acquiret, cū sol i hoc efficacior existat. Neq; lumē, qm̄ ipsum est mediū quo, vt dictū, perficił visus. Nec calorē aut frigus, quia si calorē frigore ente i medio nō esset uisio, aut si frigus nō calore stāte: neq; aliqd innoiatum, quia qd' contingit sciri cōtingit utcūq; significari. Scd'm quoq; Auer. nō potest emitti accidēs cū aiæ subiectū

Marginal notes (left): 3. de aia te. c. 121 (B); Cap. 18 post prin. Coll. post medium. (C); Li. 3. de. c. 31. & 118 & li. 3. te. c 3. & 7; Te. cō. 17 (D)

Marginal notes (right): Li. de sen. & sensa. Te. c. 15 3. de aia cap. 5. (E); Te. cō. 71. (F); Coll. 1 de ge. & cor. te. c. 44. & 55. (G); Li. de sen. & sensa. in̄ fine. Cō. 26. p⁹ principiū. (H); Li. de sen. & sensa. versus fine

I subiectum sit substantia tm̃,quia aīa non ponitur in luce illa,sed intra oculum,non enim posset cōprehendere sensibilia cum non tangeret,quia oīs actio & passio fit per contactum. Adhuc,lux non est in oculo per naturam oculi,sed intrat ipsum ab extrinseco,qm̃ si esset de ei9 natura,tūc videret in obscuro,pp quod accidit oculos claudenti crebro & aperienti vt videat non certe nisi postq̃ fuerit illuminatus. Deceptio horum fuit, quia spiritum per quem fit visio conuenientem luci æstimauerunt esse lucem,credendo ipsam fore corpus. Decepti sunt ēt non

(g.3.tra.1. c.28. in fi. & .3.de aīa ca.7. ī pn. & ca. 8. in medio. 3.de aīa c. 7. in me.)

parum ex visus fallacijs,quarum fm A.maxime extat q̃ vnum oculo compresso altero videatur duo. Huic quoq̃ sermoni v3. q̃ oīs actio fiat per offensionē vel cōtactum,non vr̃ A.omnino assentire.d. q̃ non est per se nctum,nec omnino manifestū q̃ oē corpus efficiens debeat in patiēs offendere,q̃uis id per inductionem in plerisq̃ inueniatur corporum,non tñ est necesse vt oīs actio

K & passio per offensionem fiat & contactum: possibile nanq̃ est aliquorum actiones sine offensione fieri, sicut est possibile vt non corpus agat in aliud corpus absq̃ offensione puta intelligentia.Si ergō quędam corpora tangendo alia vero non, nemo potest probare hoc esse impossibile pp distantiā & situm quæ est inter duo corpora vnum in aliud sine offensione operari.Quia tñ per contactum operari in pluribus euenit,cadit admiratio q̃ fiat contactu,sicut si famatum esset actionem sine contactu euenire,de eius tūc opposito cōsurgeret admirari.Et hæc quidem ratio nigromanticos vigorat & veneficos, licet prior sit Ari.uerior sententia. Vult eni separata nequaq̃

(Ca.1. ver fus finem.)

agere,vnde.2.de ge.animalium.mouere nō tangens, est impossibile. Amp. fm Algaçelem quod emittitur ab oculo si esset accidēs,impossibile foret ipsum moueri, cū nihil moueatur nisi corpus. Hæc itaq̃ est huius rōnis A. & aliorum huius prolixę sniæ abbreuiatio.Ex uniuersis

L igitur his concludatur visum fieri intus suscipiēdo & nō extra mittendo. Neq̃ fit ēt intus suscipiendo ut sensit Democritus,qm̃ visa tunc diminuerentur corpora & consumerentur pp discursum ab eis factum,quod nō est. Læderetur etiam similiter oculus ex receptione huius discussionis cōtinuę. Aut res nō videreī tota verum tm̃ fm q̃titatem quam suscipere ualeret pupilla. Cuius ēt motiuum

(Li.1. a te. c. 56. vsq̃ ad.t. c.81.)

in his quæ de gen. vniuersaliter tollitur & cor. Positio quoq̃ modernorū tertia ex duabus confecta impugnaī vt & prima.secun.enim cōcidit in visionis extramissione,qualis etiam vr̃ quæ Platonis,cum ponat spiritum retro denuo ad oculum refrangi,quę opinio non tm̃ est nouella,quantū insania. Sufficit itaq̃ breuitatis gratia harū opinionum sic fere in communi destructio.

PROPTER QVARTVM quidem. ad primū dicendum q̃ Platonis fuit snīa & Empedoclis visum fieri extramittendo,quos Ari.impugnat de sensu & sensato.

M Empedoclem quidem,qūo enim visus extēderetur vsq̃ ad astra siquid corporeū existat quod ab oculis emittiī, hoc nanq̃ impossibilium,vt ostensum prius. Platonem vero qm̃ melius erat dicere in principio statim aerem lumini oculoꝝ cōiungi,& ita eorum laborem excusare q̃ ipsos in spatium aeris delatos copulari. Neq̃ etiā est modum assignare quo lumen lumini cōiungatur, quia coniunctio vel separatio est proprie corporum, & non qualitatis,quale est lumen. Neq̃ ēt quodcunq̃ coniungitur cuilibet,cum nō sit eiusdem rōnis, sed determinatum determinato magis. Adhuc tunica oculi intercidit iter ambo lumina prohibens eodem copulari.Neq̃ etiam ualet quod dicit lumen nocte tenebris extingui, & ideo visum non fieri. Vnde quippe extingueretur? non calido, neq̃ frigido,nō sicco,aut humido,quia in his fit uidere dummodo fuerint peruia illuminata. Ad alia Ari.cū Alex. dicēdum q̃ loquitur fm opinionem prædictorum cum nondum improbasset ipsorum positionem, quod ordo

N indicat naturæ librorum & modus eiusdē, qui fuit aliorꝫ opiniones nondum improbatas suscipere. Aut dicendum ad sensum magis tactum idolum non fore fm veritatem in aere exteriori, verum in humiditate albuginei, quæ medio proportionatur extrinseco, quē crystallinus irradiat, apparitiones enim suffusoꝝ, idest patientium in oculis imaginationes phreneticorum, melāncholicorū & creticantium representanī ibidem. vnde Gal. primo pro nosti. Res quas æstimant videre deforis intra ipsorū existunt oculos. Ad alia autorum inducta dicendum eos

(Cō. 26. in principio.)

cum his qui illius fuerūt opinionis consensisse. Q. enim visus fieret extramittendo probabilius vr̃ fronte prima, & manifestius ac hinc passionum circa visum cōtingentium promptius est causas assignare. Et ideo medicus sensitiuus hāc induit opinionem. Fieri autē intus suscipiēdo verius & occultius. Sic enim hoc se habet vt snīa Aꝛ. & medicorum, quia illa intellectualis certa, hæc autem pro

O babilis sensitiua. dr̃ia.38. Et tale ēt quod patiī opinio de vnitate formæ & eius gradualitate. Ad aliud rōnis dicendum, q̃ color est q̃litas actiua sicut sensibilia sensuum

(T.c.41. in medio.)

aliorum.4.metheo. Quidam tñ sensibile voluerūt quod dam cōe motiuum ponere, aut si non esset redderetur tñ medij illuminati vigore, ita q̃ dictū est colorem motiuū esse visus fm actum lucidi. Si enim visibile tangeret oculum immediate non fieret visio. Duplex nanq̃ oportet intercidere medium, vnum actiuum quod est lumē agēs in coloribus esse spirituale in eo q̃ redduni visibiles, alterum diaphanum vt deferēs, non tñ illud progreditur ab oculo, quia nunq̃ inuenitur potētia passiua formam sui actiui agere: & ideo uisus nō habet aliquid quo in se agat formam sensibilis, sed hoc potius lumen perficit quod actus est diaphani. Neq̃ oportet in hoc sensu motum intercidere, sed mutationem magis cum sit cæteris spūalior

(Ca.1. post medium.)

.4.de accidenti. Ad aliud dicendum, q̃ non contingit

P coangustari oculum in perspicaci visione, quia lumē ex ipso exprimatur, sed potius vt virtus visiua cum spiritu circa crystallinam aduneī, ex qua visus confortaī: nam virtus oīs vnita vigorosior dispersa & multiplicata, ex qua uigoratione pupilla reddiī ad suscipiendum aptior: vnde volentes acutius videre manu oculo vmbram faciunt, & ideo oculi parui coadunati sepulti vt perspicaciores approbantur, quod qui tartarorum ostēdunt. Fortificatur enim spūs visibilis & proprie grossus ex motu et cōstrictione, vt perfectius & lōginquius uideat. Vnde

(Tra.4.c.1. in medio.)

.3.3. Et apud illos qui dicunt peruium vehere formas videndi & reliqua, est q̃ glacialis motus fit fortis qñ videt illud quod elongaī. Et illud est ex eis quæ subtiliāt ipsum spiritum grossum habitantem in ipso, & resoluit spiritū visibilem & proprie paucum. Ad aliud dicendum, q̃ illud quod vr̃ est spēs coloris per medium ad crystallinū delata, idolum aūt in cornea ipsa aspicientis non tanq̃ visibilis a virtute uisiua susceptibile inducitur, sed potius

Q prout quoddam corpus existit tersum ad modū speculi idolum representātis, hoc aūt nō uoluit Democritus visum fieri ut impugnatus est prius. Ad aliud dicendum, q̃ idolum representatum in speculo non est forma naturalis, sed intētionalis magis immutationem medij & organi intentionaliter seu spiritualiter causans, non aūt realiter aut materialiter, neq̃ permanent in speculo, sed continue ad motum inspiciētis induciī priori corrupto aliud & diuersum, vt in sex innuitur principijs. Neq̃ oportet

(Ca. de adl one post medium.)

radios semper a corpore luminoso excellenter ad speculum emitti, velut in iridem mittiī longius a sole distantē, & impressionis vehementioris existentem, materia ēt in dispositiori ente susceptiua, vnde & lumen medij sufficit ēt debile idolum in speculum representare. Ad aliud dicendum, q̃ est accidens intentionale, et in oculo suscipiī, puta spēs coloris, id vero potest se multiplicare in mediū quousq̃ crystallinæ occurrat, vt declaratum prius. Accidens

A dens etiam naturale licet subiectum nō permutet, potest tñ seipsum in medium multiplicare, sicut de caliditate apparet ab igne in aerem emissa hunc alterando successiue.

Ad aliud dicēdum, vt apparuit, q̄ spēs coloris suscipit in aere, illuminaturq; oculus ex illuminatione mediȷ, ita q̄ porificata cornea & diaphana spēs suscipitur aere mediante illuminato luce: quod non fieret si sicca intempe rate foret & condensata. Ad aliud dicēdum, q̄ secus est quo ad hoc de visu & aliȷs sensibus: nam ipsorum sensitiua in exterius ampliata velut a centro expanduntur, ut apparet in odoratu, auditu, ac gustu cū tactu: organum vero visus coangustatur, vuex nanq; foramen est arctū similiter ipsum coarctāt et palpebrę ceu scribit Tymeus, vt hinc nō ad oēm partem, sed indirectum suscipiat magis visus, ēt poros requirit subalternos & sibi correspondentes indirectum, auditus autem non, sed hos & alios indifferenter. proble. 11. Ad aliud quid dicendū appendi tio videbit consequenti. Signorum vero dicendum. [proble. 11]

B Ad primum quidem q̄ huius lumen ante oculos apparens aut est, vt dictum, intra humiditatē albugineam, vel q̄ non emittit ab oculo tāq; visioni conferēs, sed potius quia cornea polita vt alia, prout tactum, relucens tersa.

Ad aliud rñdet Aui. q̄ pupilla est de his quæ nocte lucent & illuminant, et iactant radios super sibi oppositū. [3. de aia. c. 7. aū me.] Hmōi aūt sunt multorum aīalium oculi, sicut prædictorum antea, in quibus viget lumen intantum pp̄ ipsorum cerebrorum caliditatem, ut nocte possint medium illuminare luce procedente ex oculis virtute suorum elementorum. Aliqui tñ simpliciter dicunt lumen hoc extersione oculorum procedere & illuminare ad modum quo noctiluca, vt squammæ piscium, putredines quercuum & talia, non acquiescentes omniquaq; A. quia si lumē emitterent dicunt medium sic illuminari, vt color ostenderet in nobis. Quod nō multum cogit, quia aliquid potest il

C lis apparere, quod tñ nobis non ostenditur cum sint potentiæ visiuę illorum multum a natura differentes: illa tñ emissio si erit non pp̄ hoc arguit visionem perfici extrinseca missione, vt spēs coloris suscipiatur, sed magis ut medium disponatur. Quod autem dicunt radios iactari vr̄ veritatem non habere, quia sic radius esset corpus: quod enim iactatur & mouetur est corpus. Quod ēt ostendunt perspectiui, eo q̄ cum radius offendit in aliquid siue tangit, descendit & refrāgitur. Quibus rñdet Aui. q̄ tales argumentationes sunt falsę, qm̄ prædicta de radio nō sunt propria nōia, sed trāsumptiue dicta, cum nihil de his habeat vere, quia enim accedit ab alto putatur descēdere. [3. de aia. c. 8. aū me.] Radius igitur cum nō sit corpus motum minime habet, sed mutationem factam in instanti, sicut illuminatio & visio. Ad aliud dicendum, q̄ licet oculus alter maioret altero clauso, nō tñ est vt aliquid ex eo emittatur, sed ma

D gis vt vigoretur & illuminet, quasi spū aggregato ad suscipiendum quod occurrit ab extra. Ad alia duo dicendum, q̄ illud quod emittit ab oculis menstruatæ, ac basilisci, non est vt eius visio perficiatur extramittendo, sed sunt quidam vapores corrupti uenenosi. Quod apparet ex eorū grossitie nebulosa, cum in speculo uelut nubes appareat sanguinea: hi autē spūs magis essent visionis impeditiui. Ad aliud dicēdum, q̄ licet susceptiones & perfectiones organorū sensus significent actiue, s̄m rem intelligendæ sunt passiuę: unde in talibus locutio est impropria, ita q̄ verbum actiuum vere denotat passionem, & passio actionē sępe more græco. Aut in virtute sensitiua, ut uisiua est primitus susceptio passiua, deinde actus quis iudicatiuus colorati. Quod fortasse innuitur de som. & vigi. 2. ita. Quemadmodum visus patitur sic & aliquid agit, vel magis agit, vt oculus menstruatæ & basilisci vapore fumoso infectus, vt p̄cedētia tetigerūt arguta. [Auic me.] Ad aliud dicendum, q̄ p̄ dicta immissio quam amās in amatum infert, aut odiens in oditum nihil (vt dictum) cōfert

E visioni, sed quædam fit immutatio intentionis quæ fortassis impressionem causat in vires phantasticas eius cui immittit. Sciendum autem quosdam interpretantes sermones sapiētum imaginū dicere ipsas & sibi comparia efficaciam habere, s̄m q̄ ars moueт a natura in quā sicut in superius principium ordinat. Cū enim quid boni aut praui debeat alicui ex astralitate natiuitatis suæ contingere, hoc incitat artem ad cōstruendū imagines uel quid simile. Cuius gratia vr̄ hoc iperitis euenire. Sed quia hoc vr̄ esse a casu respectu artis, & q̄ nihil operetur, cum etiā videamus tales imagines indifferēter ex parte subiecti & tp̄is impressiones causare, cum tñ quod natū sit differens & ordinatum, vnde quis ab hac secedet positione. Propter quod theologiçantes dixerūt, hoc ex vigore magis contingere dęmonum se artibus implicantium talibus, quare dicunt simplicib⁹ et p̄cipue mulierculis plus q̄ prudentib⁹ hinc effectus cōsurgere, has etenim amplius possunt astutioribus decipere. Quia tñ hæc persuasio a spiri

F tibus sumpta præsentis non est methodi, dicendum forsitan magis erit q̄ materia stellis proportionali suscepta & liquata sic aut aliter, ut cōsonum est illis: & pro quo sit figurata tp̄e conuenienti lux cælestis, quæ est intelligentiarum velut instr̄m motu seu radiȷs in hanc dispositam imprimit materiam, vt virtus quædam decidat intentionaliter seu spiritualiter vim æstimatiuam illius pro quo agit primitus immutando, quia aliȷs spiritualior est virtutum alligatarum hmōi, tunc intentio sic lumine stellarum cum intelligentȷs suscitat, vt quod intentionale existit sibi proportionabilius amplius immutet ad amorem vel odium incitando. vnde huius operant de nocte plus q̄ de die, ne virtute solis radȷ aliorū corporum cælestiū obtenebrent & dissoluant, conant ēt radios directe super id qd' fundit facere concidere. Et q̄ simplices magis aliȷs consequantur effectū fortassis euenit, quia firmius in his credūt, et ideo in his magis possunt ęstimatiuas illorum

G pro quibus talia fiunt alterare & immutare. Cum geneastlicis tñ magis cōsentio, vt quicquid naturaliter homini accidit, opus sit materia disposita ex eius coastralitate quocunq; modo cōsurgere, iuuari tamē arte. Secundum nanq; Ptolomeum, aīa sapiens opus adiuuat stellarum, ceu seminator fortitudines naturales. Aut fortasse veneficus ex sui habuit natiuitate vt talium sortiretur effectū, sicut qn̄ ex astralitate principis fere infiniti cadunt in bello, quod nō erat ex natiuitate tantæ multitudinis ois euenire necesse, per modica tñ valde sæpe illic ente inclinatione. Aui. vero & Algaçel ponunt talia ex virtute aīæ contingere, qualis est quæ prophetæ. Sed differentia. 135. & 136. modus datur alius. [4. de aia c. 4. visus 6.]

SEd circa prædicta huius vltimę rōnis ex oculorum sumptæ coloribus dubitare contingit, qm̄ si (vt terminatum est) uisio perficiatur interius suscipiendo, tunc oculus erit absq; colore, cum color inexistens prohi

H beret alios uideri, ut apparet de aia. 3. nam intus apparēs prohibebit aliū, & obstruet. Rursus oculus est diaphanus, peruius & proprie cornea, quam inquiunt colorib⁹ variari, sed diaphanum est sine colore, eiusdem. 2. Amplius, vt prętactum, color est vltimū, siue finis diaphani terminati, sed oculi diaphanum est interminatum, cum sit transparens, peruium, et proprie secundum corneam. Oculus itaq; non est coloratus. [T. c. 4] [Tex. c. 71 Dr̄ia p̄cedente ar. 1 visus sens.]

IN OPPOSITVM sunt philosophi & medici ponentes colores oculorum tres seu quatuor. Palin de sensu et sensato. Omnia corpora colore participāt, oculus aūt est corpus, itaq; is coloratus existit. [post prin.]

PROPTER PRIMVM quidem sciēdum, q̄ quotiens dicatur color, quid nāq; sit visum: & deinceps qualiter causetur. Prioris huius gratia sciēdum, q̄ color dupliciter videtur accipi. Vno quidē modo communiter & extense, prout idem extat quod visibile. Ipsum autem est

color,

J. li. de aia. t. c. 69. & 71

color, iuxta illud quod dictum est, Colorẽ motiuum esse visus ſm actũ diaphani, & taliter oculus; elementa, imo & supercoelestia dicuntur colorata: vnde Ari. de coloribus. Aer quidẽ & aqua ſm seipsos natura albi. Ignis vero & sol fiunt rubicundi. Terra vero est natura alba, sed pp tincturam dicit multicolor, quod fulcit, quia illud quod vr, est coloratum, proprium nãq; obiectum visus est color. 2. de aia. sed oculus vr cum cæteris &, coloratus itaq; erit tali mõ. Suscipitur & color proprius & anguste, put in minus vr se habere ꝙ visibile, iuxta illud quod dictũ est ipsum fore extremitatem siue vltimũ perspicui in corpore terminato. Nã de rõne huius coloris apparẽt duo esse, vnum quidẽ quod sit in corpore terminato non diaphano, cum illud sit potius medium coloris delatiuum in organum; aliud quod sit in mistis solum. Est nãq; color sicut sonus, odor & sapor, qualitas tertiarum quædã causatarũ a primis mediantibus secundis, circa quas tactus existit, & similiter gustus, put quidã tactus existit, vt uisum. 42. Hic aũt ſcdo color causat ex permistione diaphani luminosi i corpore nõ perspicuo siue terminato: vnde color hic vel ille causabitur ſm talem vel huius mistionis proportionem. Quare Auer. de sen. & sensa. Color albus fit ex admistione ignis clari siue lucis cũ elemẽto maxime diaphano puta aere, quare de ge. aialium. 5. Albũ vaporosus aer exhibet inclusus i oibus. Nigredo vero causatur ex ignis turbidi permistione cum elemẽto minime diaphano ceu terra. Medius autem color ex his causis ſm mediocritatem producit. Et quia possunt multipliciter variari colores, erunt multi & fere infiniti theoricæ primo. licet numero diffiniti vocentur.

T. c. 63. — Li. de sen. & sensa. post prin. — K — Ca. 5. ver sus finem. — Cã. 6. in fi.

PROPTER SECVNDVM quidem sciẽdum, ꝙ oculorum colores diuersimode repetiũtur expressi. Quidam enim tñ tres posuerunt. Nã probl. 10. et theoricę. 3. scribitur niger, subniger & glaucus. & 5. de ge. aialium. niger, glaucus & varius. In techni vero, glauc⁹, niger & medius. ab A. demum viridis, varius & niger. Quidam vero quatuor posuere sicut Ioãnitius, vtpote subalbidũ, glaucum, uarium & nigrum A. & rubeum, citrinũ, plumbinum & fuscum. Sed Auer. rubeum, subalbidum, nigrũ & varium. Qui licet videantur dissonare, possunt tñ in vnum reduci sufficienter. Nam Ari. primus, & Halyab. per colorem subnigrum audiuerũt colorem illum quem Gal. vocat medium. Sed Ari. postea per colorem variũ intellexit mediũ vel subnigrum. Aui. aũt per viridem intellexit glaucum, per varium vero mediũ vel subnigrũ: ita vt hi concordẽt optime, non tñ in numero, verum & in forma. Ioannitius vero ponens quatuor, qd' ꝑtacti dixerunt glaucum tanq; extremum, is locauit in medio ponens subalbidum vltimorum alterum, medium & colorem exampliauit in duos tanq; introductionis grã. Qui aũt ab Aui. pręscripti multũ a ꝑnotatis dissonare apparent numero & qualitate. Potest tñ dici ꝙ plumbinus & fuscus reducant ad nigrũ, & citrinus ad glaucum, rubeus ad medium vel subnigrum seu varium. Vel melius ꝙ hi colores non sunt substantiæ oculoꝝ, puta corneæ, verũ magis humorum repręsentantiũ se in uenis amplius coniunctiuæ, qd' apparet qñ inquit. Color significat humorem dominantem proportionalem: nãm rubeus ostẽdit dominium san. citrinus choleræ, plumbeus flegmatis, & fuscus melancholiæ. Auer. vero vt alter ponit q̃tuor colores, & uidentur magis qui sunt in venis cõiunctiuę, ponens eos super complexionem cerebri significare. Quod erit verum si caput totum fuerit uniformiter complexionatum. Et sicut rubeus vt oculi habentis venas rub. significat super complexionem cerebri calidã, & subalbidus qui frigiditatem notat, ac niger caliditatem. Et medium horum duorum vt varius temperantiam ostendit.

proble. 11. Theo. 1. c. 11. Ca. 1 — L — Li. 1. t. c. 62. 3.3 tra. 2. cap. 34 — In isago/gis ca. pro prio. 3.1. tra. 1. cap. 1 — 1. collige. c. 17. & li. 2. ca. 15. & li. 4. ca. 3 — M

PROPTER TERTIVM siquidem sciendum, ꝙ Empedocles voluit causam coloris oculorum ascribere igni & aquæ putans glaucos plus habere ignis & minus aquę, & ideo ipsos de die non acute videre pp indigentiã aquæ, nigros vero contra, & pp ipsos nocte nõ perfecte videre pp ignis penuriam. Varius aũt ad hoc quidẽ melius existit. Sed hoc Ari. superueniens impugnat supponens quod ꝑmonstratum, oculũ non esse ignis sed aquę, & ideo contingere causam coloris oculoꝝ aliter assignare. Nam oculorum quidam sunt habẽtes humidũ aqueũ plurimum commensurato: hi aũt minus, nonnulli vero commensurate. Habẽtes nãq; amplius humidum sunt nigri pp non peruium ipsum reddi de facili, si uero modicum habuerint econtrario pp oppositum, habentes autẽ mediocriter, medij erunt existentes horum. Quod maris ostendit aqua, cum enim profunda fuerit apparet nigra, expãsa vero subalbida, sed media mediocris vt suffusca vel hmõi, hæc siquidem causa cõior satis, de ge. aialiũ. 5. Particularior aũt subdit In techni quincuplex causa sumpta ex parte humoris crystallini et albuginei: nam si crystallina fuerit multa vel rutilans, splendida aut eminentius, puta versus extrorsum locata, humor etiã albuginioui consimilis vel paucus aut purus oculus reddet glaucus immo glaucissimus, qñ oia concurrerint in unum. Si aũt per oppositũ crystallinus fuerit paruus subturbidus in profundo oculi situs cũ multitudine albuginei & eius perturbatione nigerrimus constituetur. Ex causis aũt his hincinde mediocriter concurrentibus oculi color consurget medius. Ioannitius vero has in septem exampliauit causas, duas addens ex parte visibilis ſpũs, vt abundantiam eius & claritas cum eis oppositis, & vnam ab humoris vuei qualitate intensa vel remissa. Omisit tñ eam quæ sumpta fuerat per Gal. a crystallinæ rutilãtia eiusq; opposito. Nosce ꝙ licet colores oculorũ hi sic varij videantur corneæ plus attribui, eius tñ nõ sunt proprij, verum ex his quę interius magis repręsentati, cum ea sit per se alba. Vnde Crassius i probl. cornea ẽ alba, sed mediũ oculi apparens nigrũ, non tñ tali colore vt ad minus existit, sed cum splendor ſm hanc partem &c.

N — Ca. 1. li medio. — O — Li. 1. t. c. 62. 63. 64. 65. — In isago/gis cap. de coloribus oculorum — P

PROPRER QVARTVM quidem apparet quid dicendum, suis enim inducta vijs consopita procedunt: vnde ad primum quid dicendum, notum est. Non enim colore oculus est coloratus vero, qui est corpis terminati prohibente ipsius susceptiuum alium colorẽ recipere, sed colore improprio & extenso prout diaphanum quodcunq;, et vniuersaliter visibile quodlibet coloris nomine censetur. Ad alia duo similiter dicẽdum subsequentia. Nam de colore concludunt proprius sumpto. Ad ea & q̃ alterius partis inducta qd dicẽdũ visum est. Cõueniũt .n. de colore cõiter p ipso visibili motiuo visus suscepto.

Quæsita circa sanitatem naturalium rerum & effectuum existentem.

DIFFERENTIA. LXV.

Q

VOD SANITAS sit ſpẽs subalterna sicut ægritudo, ita ꝙ interposita vel disiunctionis nota diffiniri debeat velut ęgritudo mõstratur. Qm̃ sanitas est calidoꝝ & frigidorũ commensuratio quædam, aut eoꝝ quę sunt infra, aut ad continens. physicorum. 7. Cum itaq; interponatur aut separationis & diuersitatis denotans pluralitatem ſpẽs non erit specialissima. Rursus eorũdem. 5. Nihil est magis sanatiuo aut ęgrotatiuo ſm naturam aut extra. Dicet igitur æqualiter, si enim sanitas esset ſpẽs specialissima, & ægritudo subalterna esset, vtiq; sanatio dicta a sanitate magis ſm naturã, cum oia ipsius comprehenderet copulatiuę ꝙ ægrotatio ab ægritudine noiata contra naturam. Adhuc in techni. Qm̃ vero ad totum genus referentes sanitatis &c. genus aũt relatione dicitur specierum. Palin ibidem. Genera lapsuum sunt eadem, idest æqualia his quę virtutem horum complent aut fore sunt eadem genere. Sed genera lapsuum sunt tria, complexionis,

Tex. 17. — T. c. 56 — Lib. 3. te. com. 54 — Lib. 2. te. com. 13

A xionis, compositionis & naturæ cõis, quare sane consistentiæ tria etiam existẽt genera. Amplius. 10. metaphysicæ. tñ vnum vni est oppositũ. si ergo sanitas esset spẽs specialissima, & ægritudo subalterna, vnũ pluribus opponeretur, vt sanitas vna ęgritudinibus plurimis. Itidẽ quotiens dicitur vnum contrariorum, totiens & reliquũ: in topicis. Et contrariorum contrariæ sunt rõnes & causæ. 2. de ge. & cor. & metheo. 4. Sanitas aũt & ægritudo sunt contraria, cum maxime distent adinuicẽ. Cum igiť ægritudo sit multiplex, & sanitas erit multiplex. Sanitas itaq; species est subalterna, & non specialissima.

Tex.co.14
Lib.1.ca.11.in medio.
Tx.c.56
Tx.c.40

IN OPPOSITVM qm̃ de humana natura. Sanũ est corpus qñ moderate habuerit ea in adinuicẽ, quę multitudinis & virtutis, & præcipue qñ fuerint cõmista. Dolet autem, qñ aliquid horum minus, aut plus fuerit in corpore, aut discedat & incommistũ fuerit omnibus. vnde Gal. super hoc in de chol'a nig. Nũc igitur qm̃ sanum est qñ habuerint hæc adinuicem temperamẽtum. Aegrotat vero qñ aut ꝑm totum corpus, idest in oibus vasis abundantia est aliqua, aut si ꝑm vnam quandam generaľ particulam, quibus operibus artẽ copulantem iudicare dicet Hip. Vult igiť ꝙ sanitas sit vna copulata, ęgritudo vero multiplex: quare in techni diffiniens sanitatẽ, seu corpus sanum simpliciter nõ denotat in ipso disiunctionem, verum copulationem magis inquiẽs ipsum fore Eucraton a generatione in simplicibus & ꝑmis particulis. Coęquale vero in his quæ ex his componuntur organicis. Diffiniens autem corpus simpliciter ægrũ, notã Aut, disiunctionis apponit, aiens id ex generatione aut distemperatum in his quæ similes habent partes, aut non coæquale in organis, aut in vtrisq;. Quod naturalium. 2. indicatur ita Eucrasiam quod optimum semp dicere, Dyscrasiam autem quæ deteriora. Itidem in techni. Sanis oia insunt ꝑm naturam, ægrotantibus autem, pręter naturã inquantum ægrotant. Cũ itaq; non repetaľ in ægrotantibus oia in quacunq; addatur ægrotant, indicatur portionem sanitatis cũ ægritudine simul existere, & ita sanitas erit vna simplex & perfecta. Aegritudo autem multiplex. Eti. primi secũda. Sanitas est dispositio seu habitus per quã corpus hominis in sua complexione, & compositione tale existit, vt ex eo operationes oẽs proueniant incolumes. Aegritudo vero est dispositio non naturalis i corpe humano ex qua in operatione essentialiter prouenit nocumentum. aduentu primo. Et est aut complexio nõ naturalis aut compositio nõ naturalis. Amplius. sanitas habet rationem integri & perfecti, ęgritudo autem oppositi. Quod tale vero existit indiuisibile & simplex. secundo ethicorum. et primo magnorum moralium. Malum enim & imperfectum rationem habet infiniti, bonũ autem finiti, sicut dixerunt pythagorici. Sanitas ergo species est specialissima.

Ca.1.16 mediũ.
Ca.5.16 medium.
B
Lib.1.tra.3.tt.c.6.2
Tex.c.3.
Ca.1.vers.sus finem.
Li.1.tra. de vrette tt.c.38.
C
Doc.1.c.2 in princi.
Idest cap. 1. in prin.
Colli ca. 3. i medio

PROPTER PRIMVM vero sciẽdum ꝙ quid sit sanitas, quidq; ægritudo hic & 27. dr̃ia ostendetur. Spẽs quoq; est quæ sub assignato ponitur genere. Cuius quædam est subalterna dicta habens vicem generis etiam & speciei: vnde dicit Logicus ipsam naturam generis et speciei obtinere. Generis quidem prout ad inferiora comparatur, spẽi vero prout ad superiora. Cuius rõ ꝙ ipsa prædicatur in quid est de pluribus differentibus, non solum numero sed etiã spẽ. Spẽs quoq; specialissima est atoma seu indiuisibilis per differẽtias essentiales: diuiditur tñ in accidẽtia, cuius notificatio est ut ipsa sit tm̃ spẽs, & genus nullo modo. vnde Porphyrius dicit eam prædicari de pluribus differentibus numero in eo quod quid. Consurgit autem spẽs cum sit ens rõnis ab ente naturæ reali. Logica enim ois, cui spẽi consideratio subest, intẽtiones seu conceptus considerat secundos, prout primis applicantur. vnde A. in primo met. Subiectum logicæ sicut sciuisti sunt intentiones intellectæ, 2, quæ apponuntur intentionibus primo intellectis ꝑm hoc ꝙ perueniť de cognito ad incognitum non inquãntum ipsæ sint intellectæ, & habent esse intelligibile quod esse nullo modo pendet ex materia, sed nõ corporea. Sicut enim ens naturæ realius vt compositum constituitur ex materia & forma, ita & spẽs constat ex genere locũ materiæ obtinente, & ex dr̃ia formæ, licet vtraq; dicat totum per modũ tñ partis. Cuius quidem speciei est proprietas vt diffiniatur sola. genꝰ enim vt genus cũ genere careat, eo ꝙ ipso nihil superius, diffiniri minime potest: nec indiuiduum, cũ dr̃ia careat essentiali: sic enim sunt idiuisibilia. dr̃ia. 11. Nosce siquidem genus & spẽm differre, non solum vt cõius & determinatum, verum in non esse vnam quandam naturam, aut esse: nam genus non est vnum aliquid, physicorũ. 7. Species vero vna quædam extat natura, eo ꝙ ipsa sumiť a forma vltima completiua, quę simpliciter est una entiũ in natura: sed genus non suscipitur ab aliqua forma ente vna in rerũ natura, verum rõne tm̃. Non enim est aliqua forma qua homo est aial, præter illam ex qua est homo. Oẽs enim homines qui sunt vnius spẽi cõueniunt in forma spẽi constitutiua, quilibet nanq; habet aiam rõnalẽ: sed non est in homine, asino, et equo, cõis aliqua aia quę constituat aial præter illam, quæ constituit hominem, asinum, vel equum. Quod si esset, iam genus una quædã esset natura corporalis, vt spẽs, sed in sola cõsideratione accipitur forma generis per abstractionem intellectus a differentijs. Et ita vnum genus erit logice, nõ autem physice, et de hoc dr̃ia tactum quid. 29. Sed quia de sanitate & ægritudine loqui non intenditur, prout sunt cõceptus quidam secundi, ceu has considerat logicus, verum magis prout primi, & formę quędã naturales particulares concernentes subiectum. Sciẽdum hinc ꝙ sanitas ad tria potest comparari, aut ad eius causas, vel subiectum, aut ad operationes. Prima quidem comparatio duplex existit, qm̃ aut ad causas ꝑmas mediatas, vt quales sunt causantes sanitatem a generatione simpliciter, aut a generatione in tpe pręsenti. Quędã enim sanitas est simpliciter, alia vero vt nunc, & est tñ vtraq; a generatione: nã quædam est continua semper talis, vt quæ corporis semper sani: alia parum deficiens ab illa, ceu quæ multum sani: tertia vero multũ, sicut nunc sanita natiuitate nanq; contraxit, vt sic nũc siue breui sanum hora. Et hæc mens extat Gal. velut Haly. intellexit sane, non autem vt cõiter exponitur de sanitate a tpe, vt vsu sex rerum administratione causata debita Galenum faciẽdo inordinarium in techni, vbi sanitatem ex suis considerat principijs intrinsecis. Vel quo ad causas secũdarias & immediatas, vt est complexio, cõpositio et natura cõis dicta ex his vtrisq;, si quidem ad subiectum facta fuerit comparatio, hoc etiã dupliciter euenit, aut ꝑm partẽ subiecti sicut sanitas quæ determinato inest mẽbro, ut sanitas ossis, carnis & oculi: vel ꝑm totum ipsius. Verum per gradus distinguitur differentes ꝑm ꝙ dicuntur corpora sana triplicia esse scilicet sanum semper, multum, & vt nunc. Aut fit ad operationes sanitatis relatio ꝑm ꝙ melius aut deterius perficiunť. Est ẽt causa sanitatis antecedens complexio, & compositio consimilium. Complexio vero & compositio officialium, est causa coniuncta: sed proportio commensurata harum est sanitas corporis totius, similiterq; de ęgritudine, & neutralitate suo modo.

D
In vilibus c.3.pº fo.
Ca.1.post principio.
E
Tex.c.3
F
G Hic vr̃ cõuenire cũ. plusq; commẽtatore.
techni lib. 1.tra.3.c. 1. in fi. & cum. 3. in Principio.

PROPTER SECVNDVM quidem sciẽdum ꝙ Auer. 5. physicorum. vr̃ sentire sanitatem esse spẽm subalternam. Mouens enim hanc quęstionem ait. Quod dicitur scilicet per Ari. ęstimatur non sequi, qm̃ et si infirmitas est multarum specierum, æstimatur vt non sequatur ꝙ earum sint spẽs contrariæ sanitatis, qm̃ sanitas est vna & ægritudines sunt multæ. Respõdens inquit. Sed forte vr̃ ꝙ vna sanitas continet multas particulares sanitates oppositas illis multis ægritudinibus, sed non habent nomina,

H
Cõ. 37. versus finem.

I mina,& ideo latent. Tertio quoq; colliget. hanc Simplicius confirmat opinionem inquiens. Numerus specierũ ægritudinis est sicut numerus specierum sanitatis,& a cognitione sanitatis cognoscitur ęgritudo,quamuis opinatum sit q notiores sint spẽs ægritudinis speciebus sanitatum, propterea quia multæ ægritudines habent nõia, & sanitates illis oppositę nomina non habẽt. In hanc enim positionem cõis concidunt logici in suis verborum versutijs intentiones considerantes non parũ a quidditatibus separatas: vnde & magis puto Auer. in hanc concidisse opinionem,ut eius cõtradiceret patribus vt moris extitit eiusdem. Ego etiã aliqñ dogmatiçaui q sanitas potest referri ad duo,ad subiectum. v3. quod disponit, et sic species extat subalterna,quam puto Auer. habuisse intentionem. quod ostenditur,quia physicorũ,& colliget secundis,sanitatem diffinit non in cõi prout competit toti corpori, vt cęteri,verũ magis ẽm q vnicuiq; debetur parti,

K aiens ipsam bonam dispositionem in membro cum qua ipsum operatur actionem quam habet per sui naturam, aut patitur passionem quam habet pati ẽm q dictum est de reg. sa. pmo,q sanitates sunt quam plurimæ. Sed illud nõ sufficit,qm̃ sicut quęritur vna tandem complexio totius per coalternationem complexionũ particularium membrorum,& compositio vna vniuersalis in toto ex compositionibus partialibus ipsorum(vt hic etiam voluit) colliget secundo, ita præter sanitates membrorum singulares,vnam totius opus sit ponere sanitatem ex complexionibus & compositionibus cõsurgentem partialibus membrorum,quæ species erit specialissima. Aut sanitas consideratur secundum q ad operationes refertur, & sic species non est subalterna. Sed quid de his tertio etiam dicendorum apparebit & quarto.

PROPTER TERTIVM vero sciendũ q sanitas nullo modo potest verius dici species subalterna. Quod

L apparebit si ex quibus membris distinctionis præhabitę monstretur quõo sanitatis esse specificum constituatur. Intuenti enim videbiť q sanitas prout ad subiectum quod qualificat comparatur,ẽm singulorum membrorum diuersitatem in specierum sanitatis pluralitatem trãsire nõ poterit,cum sic sanitas non differat nisi subiecto a sanitate ex tali autem dñia sanitatis species nõ constituitur differens,ceu albedo in pariete,& niue,non differt spẽ,cum oia alba sint spẽ indifferẽtia. topi. 4. Adhuc ẽt specifica & finalis deficit dñia,vt operationum integritas: neq; ẽt prout gradum denotat maioritatis aut minoritatis sanitatis in subiecto,cum magis & minus spẽm sit positum non variare. Neq; similiter tertio rõne causarum primarum,eo q sanitas contracta a generatione simpliciter,& pręsenti,sanitas existit spẽ non differens,cũ operationes possunt satis in idem concidere,quæ formam & spẽm arguentãt. Non igitur in his potest pluralitas subalterna

M specierum sanitatis reperiri. Restat ergo tandem intueri quid spẽm,quę ẽm Boethium sola diffinitur, & rei quidditatem cõstituat in esse,quod erit facile si reliquas distinctionis præfatæ quis aiaduertat partes remanẽtes, velut sunt causæ immediatæ & secundariæ & operationes ex sanitate procedentes. Cũ enim rõ spẽi ultimæ constituať ex genere propinquo & dñia vltima cõuertibili completiua cũ eo cuius est dñia,sanitatem spẽm rei specialissimã tñ dicere,eo q complexio, compositio & natura tertia dicta cõis in genere dispositiõis,aut habitus locatur, qđ genus sanitatis existit,sicut apparet per sanitatem notificantes. Perfectę quoq; operationes sunt dñia completiua sanitatem tanq̃ quid formale in esse constituentes,& maxime,quia sanitas & ægritudo perfectius diffiniuntur per actum ẽm q̃ primum apparens. de morbo primo. Operationes aũt plenæ fore non possunt,nisi vtriusq; existãt naturæ,complexionis. v3. & cõpositionis,& tertiæ tandem dispositionis, cum spẽs atoma totum dicat indiuiduorum esse. Sic itaq; cõcluditur sanitatem esse spẽm specialissimam,non autem subalternam. Logici tñ volentes quendam conceptum cõem prædictis duabus aut tribus abstrahere naturis,dicunt sanitatem spẽm fore subalternam. Ipsi tñ operationem non considerant quæ formalior extat dñia sanitatis,a qua tãq; a fine denominať ipsa. Hoc aũt confirmatur amplius auctoritate siquidẽ & rõne. Ari. enim primo magnorum moralium. Malũ quidem enim multiforme,bonum aũt vniforme,puta sanitas quidem simplex, morbus aũt multiformis. Hoc ẽt fulcit snia eiusdem. 2. ethi. pretacta. Idem visus est etiã. 4. topi. sentire: licet aliter superficietenus exponant logicorum plurimi hui⁹ veritatis ignari. Vult enim q si generi sit aliquid contrarium,& spẽi: sicut nanq; virtuti opponitur vitium,sic & iustitiæ iniustitia, aliqñ tñ erit contrarium aliquid generi,quod non spẽi. Instãtia quoq; in sanitate & ægritudine, quia simpliciter sanitati inest veræ & perfectæ,cuius rõ consistit in adunatione copulatiua complexionis,compositionis,& naturæ,cõis ægritudo est contraria,prout ipsa ẽt coniuncta in lapsu triplicis potest esse naturæ prætactæ: sed quædam ægritudo cum sit spẽs ægritudinis puta complexionis,aut compositionis vel vtriusq; naturæ cõis nulli contrariatur, qm̃ non potest sanitati directe opponi, cum ipsa in copulatione cõsistat: opponiť tñ quodammodo,& ẽm quid, velut medium extremis: vt febris quæ est in cõplexione ægritudo proprie nũ cõtrariatur sanitati verę, neq; ẽt ophthalmiæ apa. v3. in oculi cõiunctiua: morbus enim organicus est apa. dñia. 75. Auer. tñ exponit nihil esse contrarium sanitati,& ophthalmię vno noie nominatũ ceu in vitio, virtute,iustitia,& iniustitia cõtingit. Amplius. 6. reg. sani. Optimum in oi generatione rerum vnum est, male vero manifestum est, qm̃ q̃plures sunt. Sanitas vero est quid optimũ,existit enim bona dispositio per quam aial suas exercet actiones,patiturq; passiones naturales,ęgritudo aũt opposita. Sanitas igitur ois vna,quod autẽ tale atomum est,& priuatũ diuisione in partes essentiales. Adhuc cuius causa est vna siue simplex,proxima & immediata,& effectus est talis,cũ causa & effectus hmõi oino proportionales existãt. Talis quoq; est pportio calidorum,frigidorum,sic. & hu. adinuicẽ debita quæ respicit complexionem & membra consimilia: ab hac nãq; causatur omne ẽm Gal. cum ipsa substantia membrorum et forma existat. 17. dñia. Compositio autem dicta natura officialium,aut unitas natura cõis, potius est effectus quidam resultans ex complexione. 61. sicut partes officiales constituuntur ex consimilibus,& partes sunt materia totius. physicorum. 2. Rursus operatio est effectus ex prędictis naturis veluti instriis & in virtute,sua aia vt principali causata. Sed operatio est vna cõis,ergo et causa sanitatis erit vna. Sanitas enim est causa naturalis opatiõis. primo de morbo. Si enim quis est sanus in complexiõe, & non sit sanus in compositione,aut cõtra, non erit hic sanus appellandus,sed neuter magis. in techni. Adhuc plura requiruntur ad cõstitutionem & maxime alicuius perfecti,q̃ ad eius destructionem,immo quolibet illorũ destructo plurimum destruitur & totum, vt apparet de voce & locutione. 11, probl. & interiorum. 4. sed sanitas est quid factum. Est enim ẽm Gal. constructio oium particularum corporis ẽm naturam, ægritudo vero imperfectio quædam & defectus sanitatis. Itidem sicut est in arte,ita & in natura, cũ ars naturam imitetur: sed in arte ita est q artificiatũ non habet esse artificiati, nisi eius partes oẽs integraliter habeat, velut in domo in cuius perfectione requiritur coniuncte fundamentum, parietes, & tectum existere: per oium autem subtractionem, aut per duarum,aut per solius vnius, corrumpitur esse domus, ita ẽt erit in natura, vt in sanitate & ægritudine, quæ maxime formę naturales existunt. Non enim sequitur q si est

Marginalia (left): Ca. 1. post principiũ. — Cõ. 9. 15. Ca. 1. in principio. — post prin. — Coll. c. 1 post me. — Ca. 11. v. fus finem. — C. 1. 3 fin.

Marginalia (right): N — Ca. 5 In ista, post eppd finem, — Ca. 5. post medium. — O — 5. phy. cõ. 57. v. fus fi. post prin. — P — 2. de inaxamen. c. 1. i prin. & de vti pri. ca. 9. in fine. & li. secret. in prin. T. c. 31. Circa pn. cap. 2. — Q — Lib. 1. te. com. 5 pbl. 1. tra. 3. ca. 6 Li. de cõplexia & li. de optima cõpositione. ca. 1.

A est sanitas in cōplexione, aut in cōpositione ꝙ propter haec corpori insit simpliciter sanitas: cum hic potius sapiant naturā totius integralis ꝙ̄ totius vl'is. In ægritudine vero secus est cum ex lapsu in qualibet natura lædaẽ operatio oīno in toto. Amplius res rōnis cum sumanẽ a rebus naturæ, ꝓportionantur eisdē, sed in rebus rōnis, puta diffinitione requiruntẽ partes oēs coniunctim, vt sit perfecta diffinitio. Interimitur autē per vnius particulæ interemptionē sicut generis, aut drīæ alicuius. 7. topicorum. Sic igitur in rebus naturæ vt in sanitate & ægritudine, nam sanitas est sicut quoddam finitum & determinatum, ægritudo aūt vt vagum & indeterminatum. Aegritudo enim potius dicit defectum pfectionis quæ est sanitas, ꝙ̄ naturā aliquam realitatis ponat. Itaꝗ sanitas est species specialissima & nō subalterna. Amplius nosce ꝙ sanitas & ægritudo, siue temperamentū & intemperamentum possunt dupl'r accipi: aut prout dicunt magis modū, & sic æquales existunt, vtreꝗ quippe sunt. 8. modi. vnde prima primi. cōplōnes distemperatas æquale est siue cōprehenderis &c. verūtamen modo ęqualitatis primo nō vr̄ aliquod distemperamentorū opponi cum in eo contineatur omne. Vel rem amplius denotant, & tunc fit relatio. Aut ad cōponentia prima essentialia & ita sunt æquales, & inęquales fm ꝙ ægritudo pōt esse cōiuncta (vt apparuit) & disiuncta non raro: genera nāꝗ lapsuum eadē sunt his quæ virtutē complent. Aut cōparanẽ ad operationes, & id dupliciter, vel inæqualiter vel æqualiter: siquidē primum vel sanitas accipiẽ angustius, & latius ægritudo, & sic erant inæquales, vt sanitas perfectissimas habet operationes vna tm̄, sicut semper sani: & ęgritudo multipliciter. Dictum enim quod optimū in vnoquoꝗ genere, vnum malum multiforme. Aut econtrario: & tunc omne erit sanum vtiꝗ ēt ad ægrotans in actu, iuxta illud & diuideẽ totius sanitatis latitudo. Aut

C æqualiter, & illud dupliciter: vel latius, & sic erunt solū duæ dispositiones, vt sanitas & ægritudo, continebunt enim totum corporis ambitum ita vt non concidat neutrum. Vel anguste, et taliter in techni uenit locatum inter sanum & ægrum medium.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum ꝙ sanitas essentialiter et absolute est cōmensuratio calidorū frigidorum &c. Sed quod subdiẽ postea aut infra aut ad cōtinens, non dicit essentiā sanitatis, sed potius subiectū in quo fundatur, aut cām remotā a qua pōt causari. Aut Arist. exēplariter loquitur vbi manifestatio & nō veritas expetitur, quia in exemplis non requiritur verificatio, sed manifestatio, quia exēpla ponimus, non ꝙ ita sint &c. Ad aliud dicendum ꝙ peccat per fallaciam cōpositionis & diuisionis: non enim est Arist. intētio diuisim dicere ꝙ sanitas sit fm naturam, & ægritudo præter naturam æqualiter, sed coniunctim ꝙ sanitas nō

P rum oſtenditur operatione. Refert enim prima primi & ſecunda, colorē rubeum intueri, ſanguinis fluxū excitare. Et tertio. 15. Ictericiam patientes iuuari conſideratione in rebus citrinis. Illud nanqȝ mouet naturā ad materiam expellendā citrinam totā ad cutem. Sil'r & matrix a forma ſpecifica ſiue proprietate naturali, odoribus delectatur, & fœtoribus agitatur: imo in hoc neceſſario animal exiſtit. 6. interioꝝ authoritate Platonis. Prædicta aūt diſtinctio præter alia ſatis innuiſ ſecundo colliget. in argutionibus iam inducta. Sic igiſ apparet ꝙ in cōpoſito forma eius ſpeciei conſtitutiua & primū operationis principium forma ſubſtantialis exiſtit. Quæ autē inhæret eidē, operationis principiū exiſtens imediatum, eſt accidentalis. In rebus aūt accidentis eſt vtraqȝ accidētalis: licet prima poſſit dici eſſentialis magis ad modū formæ prioris ſubſtantialis veræ. Propter hmõi ſecundum primitus

Primo. 1. ſū. 1. doc. 1. cap. 1. ſe Doc. 4. ca. 1 in fen. ſū. 1. doc. 1. c. 14. ſ. Tra. 1. c. 6. cap. 4.

Q ſciendum ꝙ quidā antiquorum hmõi formas ſpecificas cum earū proprietatibus occultis poſuerunt ex elemētis & eorum qualitatibus ſolūmodo deriuari. Quod ēt fortaſſis vr̄ Ari. ꝓble. prima ſapere. dr̄ia. 60. In hanc quoqȝ opinionē viſus eſt incidere Ioannes Serapio in antidotario inquiens. Sil'itudo propter quam attrahiſ res, non eſt niſi per qualitatem quādam cōplexionis elementorum. His etiā ſatis conſentire vr̄ Auer. colliget. 5. volens attrahens attrahere attrahibile ꝓportione ac conuenientia in vtriſqȝ inuenta, quæ quidē non niſi in menſuris elementorum extitit miſtionis. i. in attrahēte ac attracto, quæ de mētorum qualitatibus fere per accidens inexiſtit. Infuſæ nāqȝ ſunt in eis hmõi habentibus proprietatē. Hanc aūt opinionē intm̄ videtur Alex. peripateticus ſuſcitaſſe, ꝙ ēt aiam humanam poſuit ex miſtione conſurgere elemētorum ſicut declaratum dr̄ia. 60. id & in ꝓbl'. 1. Adhuc rõnibus oſtendi põt & ſignis formas hmõi ſpecificas, et earum virtutes ab alio, præterqȝ ab elementorū miſtione cauſari.

probl. 41. Ca. 5. poſt principiū ca. 31. poſt prin.

probl. 41.

A causari. Cum vnumquodque dotatum sit duplici virtute, elemētari, videlicet & cœlesti. vna quidem cōi, alia vero ppria de consolatione medicinarū. 1. Mesue. Amplius si hmōi operationes puenirent a cōplexione, cum calidi sit superius tendere. Omnis itaque medicina solutiua, calida, & leuis, educeret per vomitum. omnis et grauis ponderosa per secessum: cuius cōtrarium experimur manifeste. Agaricus enim et pulpa colloquintidę calidi & leues secedunt. lapis vero laçuli terrestris et ponderosus vomitum incitat. differētia. 60. Eti. magnes cum non sit calidus ferrum attrahit ex lōginquis. Inuentus est et magnes qui ferrum vno capite attraxit & altero fugauit. Et similiter qui ferrum non attraxit: immo fuit ab eo attractus.

(Textu. 1. ca. 1. in prin.)

Palin. in quibusdā lapidum inuentæ sunt figurationes mirabiles, attestantes omnifariā figuram corporū cœlestium & non inferiorū, vt apparet in lapidibus Veronæ inuentis, ad formam & rotunditatē accedentibus testudinalem. B In his nanque stellę quinque radijs vtrinque a medio æquidistanter protensis inueniunt, figuratæ sic mirabili sculptura, vt nullus humanus intellectus sua possit talia arte cōstruere. Quos quidam æstimant aialia præextitisse, & in lapidem virtute conuersa minerali. meteoro. 4.

Quod et Aristo. dicit fortassis minime apparet valere, vt monstraui in expositione sup eiusdem probl'. tradunt nāque experti, scamoneam calidiorem elleboro: & tamen ducere deorsum, elleborum vero sursum. silr elacterium, & gummi ruthæ, sunt calidiora prædictis per vtraque ducentia. Sic igit præter hanc mistionis naturam, virtutem aliā huic appropriatā oportet subiungere. Et ideo fuerūt alij, qui præter elemētorum mistionē aliud principiū posuere extrinsecū. vnde formæ specificę & suæ causent virtutes, qui et inter se diuersitatē receperunt non paruā. Plato nāque posuit substantias separatas, quas ideas appellauit, hmōi formas causare, & vlr oēm naturā & cognitionem videns particularia in oino transmutatione & fluxu. meta. 1. Hęc aūt positio sic intellecta in pluribus locorum annullata ab Arist. inuenit: licet ipsam Cōmen. aliqualiter expositione. 12. meta. satagat sustinere. audiēdo per ideas impressiones a superis factas in hæc inferiora per motū et lucem. Ipsa tn̄ vt sibi imponit stare nō potest: eo quod vnūquodque generat a sibi silr et conuenienti. 7. meta. Quod autē in rebus sit naturalibus, non est forma neque sibi silr, sed cōpositū ex materia et forma. Ad hoc enim vt aliqd sit subsistēs oportet vt sit compositū. Forma aūt naturalis non est subsistens p se, sed est quo aliqd subsistit. vnde forma nō est, ppriē id qd' generatur, sed cōpositū: eodem septimo: propter qd' illud quod res causat naturales non est forma tm̄, sed & materia. Itidē hmōi ideę sunt imobiles, cum motus sit actus entis in potentia phy. 3. qd' materiæ conuenit vtcunque primę. propter qd' necesse est eas semp eodē modo se habere: a cā aūt eodem D modo se habente, formæ pcedunt vniformiter se habentes. Quod quidē in formis inferiorum corporum pp generationē & corruptionē eorum non apparet. Adhuc. suppositis eis inutiles essent in formarum productione, vt et visum dr̄ia. 3. eo quod materiæ non pportionant, neque eā contangerent, neque transmutarent, cum oia talia uideant materiæ inesse, & ab ipsa inseparabilia. Relinquit ergo principia formarū hmōi corruptibilium corporum alia existere ab ideis. Fuerunt et alij sicut Hermes Habidimon caput sapientū, dicens has formas specificas cum suis proprietatibus a corporibus causari cœlestibus, pp ter diuersas imagines & figuratiōes repertas in eis, motu accessionis & recessionis, fm octauam spheram motas. Quod et sentit. alio tamen istius motu in centiloquio. ita. Vultus istius seculi. i. spēs mineralium, plantarum, & aialium, vultibus cœlestibus subijci videntur. Formæ et siue imagini semper accidere, vt simile appareat natus ei, qui ex gradibus eius ascendit. Hæc autem positio dulcior est

(Collr tex. com. 50.) (C) (Tex. co. 5. & 6. Com. 12. versus f.) (Collr t. c. co. 33. vsque ad t. c. 33. & lib. 12. te. co. 13. Te. co. 17.) (Te. co. 6.)

alijs, & sufficientior in astrologia, & arte imaginum proprie. In physicis tamen et medicinalibus magis, in quibus oportet determinatā formam materię proprie & disposite aduenire nō est omniquaque sufficiens: cum hmōi formā considerent in materia. Non enim abstrahunt. 6. metaphysi. a sensibili materia in cōi. Superuenit & de[...] mum A. qui in diuersis locorum diuersa visus est fa[...] In nono nanque metaphy. ponit oēm formam & [...] totam hanc inferiorē ab intelligentia quā vocat agente[...] dari. Posuit enim sub orbe lunæ intelligentiam quādam gubernatricē existere, actiuorū & passiuorum: quam chol codeā vocabat. Hęc autē positio cū eius annullatione apparuit amplius in expositione decimæ particulæ problē. ac differentia. 101. In quibusdā quoque suis alchimicis & magicis secretis visus has formas imprimi ex imaginatione & apprehēsione motorum superiorum. voluit nāque motores nequaquam posse intendere particularem motum hunc vel illum fm situm, nisi propter apprehensionem aliquā particularium; quā quidem imaginationem vocat: æquiuoce tn̄ ad eā quæ pars animæ sensibilis existit. Voluit enim materiam generabilē & corruptibilem motori orbium sic obedire, velut corpus nostrū animæ obediens. Hæc autem stare nō potest: eo quod motoribus orbium imaginationē seu apprehēsionem hmōi non est adaptare: cum motus eorum sint oino ordinati vix vni & ordini adhærentes. criticorum. 2. Quod etiā manifestatur in naturę opere ita ordinato, sicque sine deliberatione operante illis supposito, & ab eisdem directo: cum natura mēte careat, & intellectu meliorum scrutatiuo, re. a. 4. dirigitur nanque ab intelligentia. Et ideo metaphy. elicitur. 12. opus naturæ opus fore intelligentiæ. vnde Commentator. Natura facit aliquid ordinate & perfecte: & si non intelligat. q. esset rememorata ex virtutibus agentibus nobilioribus quæ dicuntur intelligētiæ. In de cordis autē medicinis dicit prædictas formas specificas a principijs causari actiuis, quorum causa Deus est benedictus. Hanc aūt sic leuem philosophiam, oportet ex extremo per media, in alterū extremorum, vt in Deum benedictū, ad quem oia tendunt, ceu apparebit adducere. Propter secūdum quidē sciendum, vt ex his veritas magis habeatur, quod mistio concurrit elemētaris, certa, & agens, imprimens extrinsecū, vt ea introducit in susceptiuum forma, cū suis virtutibus occultis, ex merito bonæ cōplexionis pparantis miscibilia perfecte ad receptionē ipsius: primi secunda. & de medicinis cordis: ita quod quātum mistio fuerit perfectior, propter miscibiliū bonam conterminationem, et cōplexio temperatior: tanto nobilior introducet & virtuosior: adeo quod in mistione hois, pp ter eius nobilitatem, et cōplexionis tēperantiā. Forma introducitur ab extra. Donauit nāque Deus hoi tpatiorem complexionē q in hoc mūdo sit possibilis inueniri. prima primi: quod & eius tpatissimus indicat tactus, & eiusdem corpis rectitudo. Elementa nāque qn̄ ad mistionē eius perueniūt, sunt magis depurata: et a sorde seu labe cōtrarietatis sequestrata. Sunt. n. cōparatione aliorum mistionis, velut aurum ad alia metalla fornace examinatum: primo & secundo apparens historiarum aialium. Et ideo meret solum formam per virtutē cœlestem ex elemētis suscitatam recipere: verum et ab extra, qm̄ solus intellectus venit ab extrinseco. de aialium ge. 2. & ab agente nobilissimo vt Deo glorioso & supremo. Est etiam aliarum formarum nobilissima diuinitate eius maxime participans: iuxta illud psalmistæ. Minuisti eum paulominus ab angelis. vnde Algaçel in sermonibus de anima. Quādo mistio elementorum fuerit pulchrioris & perfectioris æqualitatis, qua nihil possit inueniri subtilius & pulchrius, sicut est sperma hominis: tunc fiet apta ad recipiendum a datore formarum formam formis pulchriorem, quæ anima extat humana, dr̄ia etiā. 5. Appellat autē A. sinuando forma-

(E) (Tex. co. 1. & secundi) (Cap. 2. in medio.) (proble. 13 & 66.) (F) (Cap. 1. ante mediū.) (Com. 1. in medio. Collr tex. c. 13. Com. 18. vsus finē.) (G) (Cap. 10. vsus finē. Tra. 1.) (Sū. 1. doc. 3. cap. 15. post prin. Tra. 1. ca. 10.) (Doc. 3. ca. 2. in prin.) (H) (Collr. c. 6. in fine.) (Capi. 3. in medio.) (9. meta. Ca. 3. 18.)

I

De cõsolatione me-di. intē. 1. c. 1. in pn.

prium datorem intelligentiã iam dictam agentem. sic itaq; fere in õibus, forma spēi cum eius ꝓprietatibus occultis, ex potētia suscitat materię, virtute corpoꝝ supercœlestiũ vt sensit Ptolomeus & Mes. cum Hermete: & tādem vigore intelligētię & Dei conditoris supremi. Circa siqui dē prędicta dubitare cõtingit in eo, quod dictũ ex tempe ramento cõplexionis perfecte mistionem regulãtem formã, cum eius virtutibus sumi specificã in materiam. Qm̃ oportet cõlexionem ita corrũpi praeexistentē, qđ contin gere nõ vr̃ posse: cum dictũ sit in libris de ge. & cor. & de distēperantia inęquali, oēm interemptionē & corruptionem esse a contrarijs, cõplexioni aũt praeexistēti nihil cõ trarium esse vr̃. Ad qđ quidē dicēdum, quod bonitate cõplexionis mistione ꝑparata, vt dictũ, formã cum suis ꝓprietatibus specificã ex materia suscitari a principio fo rinseco, ad quã et noua sequit̃ cõplexio, & alia vr̃ conse quētia. Adueniente nãq; noua substantiali forma, priori bus corruptis, innouant̃ cętera. Forma. n. materię annecti tur absq; medio. 2. de aia. & .8. meta. ex quo qđem nexu oia prodeunt accñа. Dicendum itaq; corruptionē duplicem fore. vnã quidem a cõtrario directe inductã, quo praeexistens improprie corrũpitur cõplexio. alterã quidē corruptione formę seu subiecti accñtis causatam, quo ipsa corrũpit̃, corrupto eius susceptiuo, vt pfectior occurrat: sicut pfectior aduenit forma, quã sequit̃ de cãis longitudinis & breuitatis vitę. Propter hmõi aũt tertium du bitat̃ primo in eo, quod vr̃ hanc formã cum eius appēdi tijs ex cœlestiũ aliqua virtute signata causari sub determi nata distantia: & iõ forma fortassis appellari specifica et occulta. Sed q; hoc esse nõ possit mõstrat̃. Vr̃ nãq; cõis existere nõ minus q̃ & mistionis materia ipsius suscepti ua. Scriptũ nãq; in principio de sublimibus ex necessitate continue motũ inferiorē supioribus lationibus copula ri, vt oĩs ipsius virtus gubernet̃ inde. Dictum ēt in his. & 2. cœ & mun. q; calor & lumen a stellis inducitur attrito aere ab ipsorũ latione. & phy. 2. hoiem & solem hoiem generare: pp quae & siłia hęc forma vr̃ specifica fore cõ is nõ minus q̃ elementaris, & non contracta, ꝓprie, sicut te status est Mes. Propter hoc aũt dicendũ, vt dñia apparuit, 10. q; superioꝝ in hęc inferiora duplex est in pñtiarũ impressio. vna vr̃is oĩbus & cõis per motum et lucē, qua quidē oia in cõi gubernãtur inferiora, ita ēt q; elementa, ꝟm eorũ distare aut appropinquare. Est aũt & altera impressio particularis sine motu & luce ꝓprie absq; medij alteratione susceptis impressa ab aliq̃ virtute stellaꝝ particulari & situ causata. Cuiusmodi virtus ferri attractiua magnetis existit ex polo arctico vt experimur, deriuata. Quã quidē virtutē formae specificae cum earũ consequẽti bus sunt secutae. Et ideo quia cõmistio regulata & bona, complexione seu q̃litatibus posita: elemēto non inest singulari: forma hmõi nõ aduenit specifica virtutes habens nobiles & occultas vltra elementoꝝ qualitates. vnde de medicinis cordis hanc scribit̃ virtutem mirabilē & occultam nõ posse in simplicibus reperiri, cũ ipsa detur ex bo nitate cõplexionis mistionē optime regulãte. Et ꝓpterea est videre, q; in mistione elemẽtari, ex qua resultat cõpl̃o declinãs ad latus caliditatis & ēt siccitatis plurimũ reperitur hmõi forma: eo q; ex nobili cõplexione causat̃ qualitatibus actiuis caliditate. s. nobiliori & siccitate passis. Et ideo apho. 1 pharmaca solutiua forma spēi attrahentia ca. sunt & sic. qualitates enim hmõi attractioni confe runt: ꝓpter quod & karabe frictione calefactum paleas valentius rapit. In rebus quoq; vehementer frigidis, fortassis ad earum formã specificam, mirabiles non sequun tur sic operationes & occultae, ꝓpter complexionē frigidam, ignobilē, mistionis miscibilis male digerentem, & conterminantem, nisi extent animata, ceu scorpio prin cipijs subleuatus vitae. Et ideo. 3. pharmacoꝝ de medicinis interficientibus sua frigiditate non ponit̃ aliqua a to-

Libr. 1. te. com. 51. & li. 2. t. c. 49 Do. 3. c. 4.

K

coll. t. c. 7 Coll. t. c. 15. & 16.

Post pn.

Ca. 1. post principiũ.

L

Cap 1. in medio. Te. cõ. 41. Te. cõ. 26.

M

Tra. 1. ca. 10. p° pn.

Cõ. apho. 24. p° pn.

Dista. 4. ca. 1. in fi.

ta spē interficient: immo nõ interficit nisi per qualitates suas. 4. quoq; sexta idem vr̃ sentiri. Ponuntur. n. venena frigida sua operari qualitate, sicut opium, mandragora, iusquiamus &c. licet primi secunda exemplariter tñ magis, iusquiamo videatur virtus specifica adaptari. Propter quod sciendũ deinceps. q; haec forma cum suis appenditijs spēi datur, & non indiuiduo. vnde et forma di citur speciei. Et quia spēs magis nõ suscipit & minus ꝟm rõnem eiusdē: ꝟm tñ esse indiuiduorum & actionis principium in magis participat̃ & minus. ꝟm amplius & minus appropinquare aut distare formae vel materiae. Videmus. n. a quibusdã indiuiduis speciei operationes pro uenire nobiliores, vt ab hoie temperato, & aloe succotrino, ab alijs vero viliores sicut a morione. hic. n. & si figu rationē videatur habere humanam: operationibus tñ illius minime participat, velut aloes arabicũ in eius spē. Hmõi quoq; nobilitas et imperfectio põt contingere pp homogeneitatē materię & bonã ꝓportionem cõplexionis ad eam, & pp materiei confusionē, & ipsius ad cõple xionem improportionē. Aut propter virtutes seu alia a quibus forma introducitur specifica: eo q; sint materiae optime configuratae vel inconfiguratae, ꝟm tñ magis & minus. Et ideo videmus interdum monstruosa quędam aialia ad formam tendere humanam ꝟm vero minus, & contra. Propter hmõi siquidem. 4. sciendum q; hmõi virtutes occultae non semꝑ suas consequunt̃ inseparabili ter formas, imo illis remanentibus plerũq; corrũpuntur ipsae: quod euenire põt, aut ꝓpter indispositionē materię cum distēperata complexione, in qua earũ fuit suscepta, cui innitebat̃ forma: vel ex parte loci: eo q; a locis in quibus ꝓductae fuerunt, & cõseruabãtur, remouent̃. Est. n. patria principium generationis velut & pr̃. vnde prima primi. Corpus indicũ ꝟm cõplexionē sclaui quale fiet, aut infirmabit̃ aut morietur. locus. n. virtutē habet cõtentiuam & saluatiuã locati. physi. 4. Et ideo sicut locus est, ita & natura facit. vnde de lege. Nostra natura est qualis est regio. Aut hoc euenit ex parte eorum a quibus illa forma imprimit̃ cum virtutibus. Cum. n. vnũquodq; perio do terminet̃ signato, vt magis apparet in genealsticis, virtutes cœloꝝ ad tempus determinatum in formis et mate rijs sustentant̃: iuxta illud sapientię. Produxisti oia in nu mero, pondere, & mẽsura. Et ideo apparet defectus mul totiens experientiae illorũ qui virtutes has occultas experientes, non ꝟm signatum tp̃s obseruãt. inuenientes nãq; substantiã & compositũ, putant illic & virtutem occultã inuenire. forma nãq; in cõposito, figura, color, & hmõi diutius permanent q̃ virtus miranda occulta, cum haec determinatũ tp̃is periodum magis cõsequatur praedictis & cõplexionis eucrasiã. Quare videmus hodie multos lapides, virtutibus olim sibi attributis deficere: tum propter ab eorum locis proprijs separationem: tum etiã pro pter temporis antiquitatem. Quod ēt in virtutibus, imaginibus conspicitur arte impressis. Existunt enim adhuc imagines, virtutibus tñ carentes, velut in ciuitate Constãtinopolitana probaui nunc repertum, vt etiã decrepitus in his quae sunt hominis ostendit. Quòd autē virtutes specificae tam naturales, q̃ arte magica inductae, non sic hodie grandem reperiantur efficaciam habere, vt scripsere antiqui, contingere potest, aut propter aliquã coniunctionem, seu motũ alium, vt octauae sphaerae minime nũc vt prius causatiuum, vel quia motus ignorat̃ modo specificus sub quo determinate imprimãtur caracteres & figurae. In forma etiam sic ab extrinseco data, vt non susci tetur ex materiae potẽtia ea (ceu testantur oẽs) incorrupti bilis extat & perpetua. virtus tñ eius specifica corruptibi lis est, & imperpetua, & tp̃e mensurata. Insuper notandum q; homines mirantur amplius in operatione hmõi virtutum occultarum, q̃ super operationē virtutum simplicium apparentiũ: cum tñ illę sint mirandę non parũ.

N

Sũ. tertia. cap. 1. post prin. Sũ. prima do. 2. c. 15 versus fi.

O

Porphyrius ꝟ. predicabilium. ca. 2.

P

Do. 3. c. 1. circa med. Col. t. c. 4 10. probl. proble. 12 in medio.

Q

A cuius quidem causa potest euenire: eo quod hoies non mirantur de his quae sunt semper, sed de illis quae raro cotingunt. de interioribus. 6. vt hedi manifestat matre nō visa exemplo. vnde de medicinis cordis. A rebus assuetis admiratio cadit. & negligentia negligit anima de ipsis inquirere, & licet virtus eorum sit miranda valde vt apparet in ignis operatione stupenda. Virtute nanque ex sua potentia visum in actum deducit. phibet et ne captus tangatur, ascenditque sursum, & quae superat facit ascendere. Crescit et fm Aristo. in multiplicata analogia, in infinitum fere corrūpit & transmutat in sui substātiam cui obuiat omne, & neque diminuitur siquid sumatur ex eo. haec aūt & talia mirabiliora existunt attractione ferri a magnete, & ceteris similium. Quia tñ sunt vsitata & cōtinue nobis apparentia, nō admirantur hoies ex eis. Quia vero magnetis & aliorum operatio est rara & extranea, nos in admiratione & ca[u]sā indagationē inducit. pp nanque admirari nunc & primum ceperunt philosophari. 1. meta. Cā quoque hmōi pōt esse difficultas cognitionis, pportionis, mistionis elementorū, in qua forma cū eius virtute suscipit specifica. Proportionē nanque simplicium causantiū hmōi mistionem ignoramus quādiu vixerimus in hoc mūdo. vnde Auer. 5. colliget. Impossibile scire per arbitriū mēsuram mistionis, per quā operatio specifica fit in ipso ente: qm̄ cōmistio totius, vnius duorum, cum toto alterius, ex opere Dei benedicti & summi, & ope naturae. de cōplexionib⁹. 1.

(Margin: Cap. 5. in medio. Tra. 1. ca. 10. in fine — 2. de ani. tex. cō. 41. — B In proemio ab medio. — Ca. 11. p⁹ principiū. — C. 2. 9. post principiū.)

B Est autem difficultas & admiratio altera ex ignorantia principiorum prouentus, hmōi virtutis occultę, cū ipsa nō educat oino de potētia materiae, sed ad hoc agens operet extrinsecum et vt corpus partiale coeleste: deinde intelligentia plena formis demumque primus benedictus.

PROPTER QVARTVM vero, ad primū & secūdum dicendū formam specificā vt iam apparuit fore substantiā prout ipsa imediate vnit materiae cōpositum cōstituentem. Ad aliud dicendum, quod vt est substātia, solo cōprehendit intellectu, vt aia: aut alia forma substātialis de non pceptis sensu, vt vero est virtus & pprietas substātiae, vel pprietas ipsa, vt color, aut odor rei per experimētum dicitur cōprehēdi, ceu ex opōne ab ipsa decisa denotat. Ad aliud dicendū pro tanto dicere Gal. ipsam non fore rōne demonstrabilē, eo quod occulta, cum naturā superet qualitatū elementorum ex qbus demonstrationes suscipiūt medici per tactū, gustum, odorē, & colorē, & substantiā, vt durā, & mollem, asperā & lenem &c. q̄ medicus substantiā appellat. cum. n. ex his pueniamus in cognitionē simplicis alicuius, in cognitionē hmōi formae & virtutis occultae puenire nō possumus licet in pluribus sibi cōplexio ca. associet & sic. Ipsa quoque put est pprietas q̄dā demonstrabilis est velut & alia. Q. aūt non demonstret, intellexit Gal. ex ignorātia pcedere nři cum pdicta quae rōnis pducere nos nequeant in cognitionē sui actus & formae.

C

D Ad aliud dicendū, quod si accidens corrūpitur consequens substātiam, ita & ipsa: pp quod aut oportet grad[us] signare in formis substātialibus, et sicut plures loquentiū apparenter cōcedunt. aut fm veriorem peripateticorum sniam, ponentiū per vnā formam cōponentiū existere: dicere quod mortuo Tyro introducat in instanti alia forma cū pprietatibus cōsequentibus illā propinquā formę corruptae, velut apparet in gnatione ignis ex aere, vbi q̄litas igni pportionabilis introducit essentia, vel spē, aut remanet potētia non aūt vt prius actus. Dicatur igit ad psens ad hoc tm̄ cum id difficultatē tangat non minorem ista.

Ad arguta vero partis alterius concedendū est Gal. & A. Et alijs dicētibus hmōi formā fore proprietatē, virtutem & qualitatē modo exposito. Ad aliud dicēdū sifitudinem esse duplicē. Vnā quidē quę est respectus & proportio. ver. gra. attrahētis ad attractū super eorum formas specificas fundatā quae est q̄litas. et ab hac vt ostēsum nō fit principaliter actio taliū virtutum occultarum. Iuuat tñ eadem velut est sifitudo calidi ad calidū. Est & alia magis improprie dicta, q̄ est conuenientia et homogeneitas formae specificae vnius rei ad alterā, ad quam siquidē consequunt virtutes, qbus vnū agit ad aliud. Et hanc qdem similitudinē intellexit Gal. qn̄ dixit, spēs attractionis non esse nisi per sifitudinē substātiarum ad substantias. Ad aliud dicendū, quod licet forma specifica cōsequatur cōplexionē, & aduenia[t] iam prius enti in actu, qn̄ tñ ei occurrit, corrūpitur actualitas praeexistens, & cōplexio, & in instanti noua introducit forma cum dispōnibus sequētibus illā, vt declaratū prius. Ad aliud apparuit qd dicēdum. Innuit. n. quod hmōi forma inquātum est dans esse cōposito simplr et principiū primum opōnis est substātia. put vero est aliqd hmōi consequens subam & principiū opōnis imediatū, est pprietas quędā occulta virtus & naturalis potētia. Ad aliud iam visum dñia maxime. 60.

E

DIFFERENTIA. LXXII.

F QVOD INTER sanum & aegrum accidat medium ostenditur ex Tecni. & Heracleo. 1. theo. introducto dicente medicinā esse sanorum, egrorum, & neutrorum. hmōi et medium sentitur a Ioānitio. & theo. 4. Quod & monstratur rōne, quia in pdicamentis cōtraria mediata sunt. quorum non est necessarium alterū inesse susceptibili. Sanū vero & aegrū videntur hmōi. Nā si dicat huic inest albedo, nō sequitur quod debeat dici albus, & sifr in nigredine. dubium est enim an simplr insint, aut fm quid. Topi. 2. Ita in sano erit & aegro, qm̄ poterunt fm partem & simpliciter nō esse. Rursus ois motus est de extremo in extremum per mediū, quod est neutrum extremorum. Arist. & Gal. sed motus est de sano ad aegrū & cōtra. Adhuc corpus aialis mutat de aegritudine in sanitatē & econuerso fm naturā, sed nulla trāsmutatio naturae est subita: nō enim ea sustinet repētinas imutationes. in tecni. vnde. 8. histo. Natura sic procedit paulatim & ordinate, vt cōtinue lateat cōterminum & medium. Non aūt hoc esset si repēte imediate fieret trāsitus de vno extremorum in aliud.

(Margin: Lib. 1. tra. 1. t. c. pmi. Cap. 3. In isago. c. de q̄litatibus corporum ca. 1. in princip. Ca. de oppo. i med. Cap. 2. in medio.)

G Eti. cum duae naturae corpus cōstituant, cōplexio. s. & cōpositio, cum tertia et dicta cōis, ex his vnitas: possibile nāque erit tpamētum fore in cōplexione, in cōpōne, aut distēperamentū & cōtra. aut in cōplexione tpamentū in actiuis, & distēperamētum in passiuis, & sifr in cōpōne differenter fm eius quadruplicē naturam, & eodē modo in vnitate quod pōt contingere ex ipsarū causarum varietate. Non solum. n. compositio sequit complexionē, imo et rem diuinam desup ex superioribus. complexionum. 1. propter quae medium dictum neutrū seu naturalis dispositio inter sanum & aegrum concidet.

(Margin: Lib. 3. tex. cō. 53. Cap. 1. circa prin. — Ca. 9. post prin.)

H OPPOSITVM QVOQVE horum non minus authoritate ostenditur & rōne firmatur. In praedicamentis enim, sanum et egrum contraria ponunt immediata, eo quod alterū insit naturaliter suo susceptibili, velut par & impar numero. vnde. 4. Topic. Sanitatis & aegritudinis nihil est medium, boni aūt & mali existit. Itidem Gal. videtur neutrū respuere in haeresibus. ait nanque sermo vetus medicinalis doctrina sanatiuorū & aegrotatiuorum existit. Adhuc in libris de morbis, causis, & accidentibus & maxime in primo. & de inge. primo & secundo. in quibus inuestigat naturam & essentiam egritudinis & sanitatis nunquam de medio facit mētionem inter ipsa. Omnes enim homines cum actus particularum corporis ad gestiones quae fm vitam inculpabiliter habeant famulātes sanos se esse credunt. Nam ab exitu temperamēti vsque dum in morbū quis cadit multi sunt gradus. Nociti vero quocunque illorum illa particula aegrotare existimant. Vult enim quod statim quādo quis egreditur temperamentum hunc incidere intemperamentum. & contra. vnde ait quorum sanitas est moderatio, horum aegritudo est incommoderatio. Neque eius fidelior imitator

(Margin: Ca. de oppo. in me. Cap. 5. ante mediū. Te. primo — Cap. 2. in prin. Cap. 5. Cap. 4. circa mediū.)

I Haly.6.theo. vbi agit de morbis & eorũ causis, quos qui dẽ tantos in his locis non est ponere insufficientes. Et prima primi. Dicemus q̃ inter duas dispõnes, inter quas proculdubio non est mediũ media vocetur. Simr colliget.1. Adhuc nõ attendas ei de quo dixerunt, q̃ nõ est sanum, neq; ægrum: quod declarat vt dicet in sequentibus. Ratione quoq; idem conuincitur: qm̃ sanitas est quoddã bonum naturę: ęgritudo aũt eius oppositũ vt malum. Inter bonum aũt et malum naturę nõ cadit medium, quia malum est boni priuatio. non.n. malum aliquã naturam dicit, sed priuationẽ solam boni & defectum. vnde dicitur cãm habere deficientẽ.s.a. bono. Inter priuatiua vero nõ cadit vt declarabit medium. Dixi aũt naturæ, qm̃ inter bonum & malũ moris & politię intercidit mediũ, puta eremita, qui non est bonus neq; malus, quo ad politicos actus exercẽdos. Cõmen.10.meta. Adhuc arguunt dicentes, q̃ sanitas consistit in puncto, vt in temperamẽto perfecto & indiuisibili: quædam aũt ab illo recedit, mox in intemperamentum & ægritudinem incidit, cum decidat ab illa punctali temperantia. Inter sanum igitur & ægrum, medium cadit nullum.

Doc.1.ca. 2.dr.me. ca.1.in fi.

Com.16. in fine.

K

PROPTER PRIMVM quidẽ sciendum, q̃ sanitas est constructio oium particularum ẽm naturam. Aut cã naturalium actuum. primis de morbo. & de re.sa. Sanitas est cõpositio ẽm naturã vniuscuiusq;, cõsuetos perficiens actus. vnde Ioãnitius. Sanitas est tẽperamentum perficiens res naturales ẽm cursum naturæ. In principio vero canonis primi est dispositio aut habit⁹ ex qua operationes subiecti sane proueniunt. Secundo quoq; colliget ponit bona dispositio in mẽbro, qua ipm̃ operat operationem quã habet, aut patit passionem quã habet. Est aũt ęgritudo huic opposita dispositio corpis pręter naturam actu nocens.1.de morbo. &.3. de accidenti: aut intẽperantia extra cursum naturæ. vnde fit lęsionis effectus. Primo vero secunda est dispõ non naturalis in corpe humano, ex qua in opõne prouenit nocumẽtum essentialr proventu primo. Colliget vero tertio est mala dispõ in mẽbro per quã agit & patit præter naturã. Sed quia sanũ & ægrũ sunt contraria, & ea oppositorũ sunt spẽs: prius qd sint opposita dicat, & demũ de aliis.5. quoq; metaphy.

Cap.2. Collr post prin.

Doc.1.ca. 1.sfns fi. ca.1.i fin.

Ca.2.post principiũ. Cap.1. in medio.

L

Doc.1.ca. 1.in prin.

T.carente com.

Opposita dñr quæcunq; non cõtingunt simᵗ adesse ambobus susceptibili. vnde A.7.meta. Quęcunq; non conueniunt in vno subiecto, & vno tpe, dicunt opposita. Sunt aũt quatuor eorũ modi in postp̃dicamentis positi. &.5. meta. cõtradictoria, priuatiua, cõtraria, et relatiua. Quorum q̃dam ẽm A. neq; subiectũ sibi concernunt neq; genus, sicut cõtradictoria. Opponũtur.n. vt affirmatio & negatio. Nam contradictio est cuius nõ est mediũ ẽm se. posteriorũ.1. talia enim circa oẽ subiectum cõtingunt. de quolibet ẽt verificatur esse vel nõ esse. meta.4. Neq; ẽt genus cum nõ ens sit nullius generis, imo neq; ens, qd' apparet in Porphyrio et tertio probatur metaphy. Quędam quoq; subiectũ sibi determinant & genus, sicut cõtraria. Sunt.n. posita sub eodẽ genere, & maxime a se distant in post prędicamentis.5.&.4.meta. sicut impar & par, numerum, & genus quãtitatis discretę, & albedo, & nigredo, colorẽ & superficiem. Ipsius.n. est proprium colorari. Relatiua quoq; determinant ẽt sibi genus & subiectũ, & aliq̃n in diuersis interdũ in vno. Idem nãq; põt esse pr et filius differẽter. Genus ẽt concernunt. nã quędã sunt quorũ esse est ad aliud se habere, vt relatiua ẽm esse, sicut habitus, dispõ, et disciplina. Aut quorũ esse est in aliud dici et referri, vt magnũ, & paruum: simile, & dissimile, scia & scibile. Sunt & alia priuatiue dicta, quę subiectũ concernũt & genus quodãmodo. alio aũt modo nõ. sicut ea in quibus ponit non posse fieri regressionẽ a priuatione in habitu, facto egressu in eum: velut visio & cęcitas, lux & tenebræ. Subiectum nãq; cæcitatis & visus est oculus, tenebræ & lucis est aer. Genus aũt nõ determinant, q̃a priuatio est negatio in subiecto apto nato.4.meta. vñ A. Habitus & priuatio sunt affirmatio et negatio restricta circa genus vel subiectum, in tpe & dispõne. Dicit aũt circa genus, quia põt vtcunq; genus concernere priuatio sicut et subiectum cõcernit, puta circa catulorũ visionẽ aut vulpium, debitum vt videant tp̃s expetentium. Deinceps vero aduertẽdum q̃ medium dicit quoddã inter duo locatũ extrema. quod tripl'r solet distingui a loquẽtibus in cõibus magis. medium, videlicet ẽm subiectum: tẽpus & formã, seu dispositionẽ. Appellatur quoq; medium ẽm subiectũ, cum ipm̃ nullius sit oppositorũ receptiuum, sicut lapis sani & ægri mediũ existit hmõi. non.n. sanum aut ęgrum verificat de ipso. Medium vero rõne tp̃is dicitur q̃n est dare tp̃s in quo neutrum inest subiecto: sicut catuli aut vulpeculę est medium tpis visionis & cæcitatis. non.n. ante nouẽ dies dicitur cęcus, aut videns. Priuatio enim proprius dicitur q̃n est aptum natũ subiectum habere & nõ habet. Nam cæcitas est priuatio quædã. Cęcum aũt non dicit ẽm omne tp̃s sed q̃n natum est habere et nõ habet, 5. meta. Est quoq; medium ẽm formã q̃n ipsa vna media ex extremis confecta inexistit subiecto, ut pallidũ aut rubeum, ex albo & nigro causatum. Si ergo quęras q̃o sit medium inter præmissa opposita, & prius in cõtradictoriis: respondendũ, q̃ nullum prædictorũ est medium: vl'r enim nullum interuenit vt diffinitum est ẽm se mediũ inter contradictoria. De quolibet.n. verũ est dicere in subiecto, & in quolibet tpe, q̃ videt aut non videt: multo aũt minus intercidit mediũ dispositionale. In priuatiuis vero est medium subiecti et tpis. Nam subiectum est aliquod, puta lapis, de quo nõ verificatur cæcitas aut visio. Est & subiectum de quo verificat relatione ad tempus, vt de cane post nouem dies, & nõ ante. Ad aliquid quoq; medium vr̃ habere subiecti & tpis ẽm differentes partes relationis & formæ. idem enim põt diuersa rõne esse pr & filius. In contrariis vero mediũ. videlicet subiecti vt iã apparuit & non tpis. In quolibet.n. tpe est dicere aliqd subiecto contrariorum inexistere. Medium quoq; formæ est id de quo principalr quæsitũ existit, ita q̃ p̃dicta sunt expõnis gratia ptractata. In quibusdam quidẽ contrariorũ repitur, vt in his quę contraria dñr mediata, puta rubeũ inter album & nigrũ. Et hmõi medium interdum est vno noie formam denotãte noiatum, vt rubeũ seu pallidũ & tepidum, inter calidũ & frigi. Aliq̃n vero noie carens nominatur ab negatione extremorum, sicut quis nec iustus neq; iniustus: quod iusti & iniusti mediũ existit: nec bonus nec malus: boni & mali medium. In quibusdã aũt contrariis nõ reperitur medium quocunq; modo dictum, quę & pp hmõi contraria dñr immediata, velut par & impar in numero, sanũ et ęgrum in corpe ẽm Arist. Est autẽ vlterius sciendum, q̃ in quibusdã fit contrariis hmõi vicissim de vno in aliud permutatio vt de sano in ægrum, & contra. In quibusdã autẽ non: imo alterum naturalr vr̃ insertum fore subiecto. puta impar trinitati, par quaternitati, & calidum igni. Adhuc contraria videnẽ oino aduersari, & mutuo se ex subiecto expellere, & vnum sine altero reperitur oino, quod in sano & ægro non videtur quibusdam penitus euenire: vnum enim ẽm quid ex necessitate alterum cõpatitur, eo q̃ impossibile est sanitatem aut infirmitatẽ fieri carentibus vita. de sensu & sensato. Vita vero stat quãtuncunq; praua & exigua per aliquã portionem contemperãtiæ & sanitatis: & tunc ẽm hos ægritudo semper in sanitatem locabitur, quod non in aliis interuenit ita cõtrariis. Circa prædictum dubitatur, quia videtur vt aiunt ægrum ẽt in effectu cum sano existere: cũ Gal. in his quæ de inge. velit ægros ẽt nunc conseruare. Id aũt corpori sanitate participanti debet. & differentia.65. Sanis omnia insunt ẽm naturam: ægrotantibus præter naturã inquantum ægrosant. quia igit de ægrotantibus & inquãtum ægrotant simᵗ inuenitur

Co.1.post principiũ. T.fine cõ. Collr. 7. meta.c.1. in fine.

M

Te.cõ.5. Collr tex. com.9. Te.cõ.10. Collr.c.de opp. in fi. Collr tex. fine com. Collr tex. com.17.

N 7.meta.c. 6. 1.in fine.

O Te.cõ.17.

P

In post p̃dicamentis cap. de oppo. aut medium.

Q

Circa p̃a

A inuenitur sanũ inexistere cum ægro. Palin.colliget.3. Febris est calor naturalis cum ægritudinali seu extraneo cõmistus. Itidem aliquis causoniçans sanatur:cum aũt omne deducaẽ de potentia in actum per aliquid existens actu:oportet igitur cum ęgro sanum actu ẽt existere. sunt igitur simul actu. In contrarium quia sunt contraria & immediata, quorũ ratio in maxima extat distantia, ita vt vna esse non possint. non igiẽ secum sanum ægrum compatietur nec contra. De hoc aũt vt mox apparuit dixerunt aliqui nullũ esse corpus adeo ægrum, quin eidẽ sanitatis aliquid insit ẽt in effectu, quia sanitatẽ facit sanitas, aut pars sanitatis. meta.7. ita vt in ægerrimo corporum sit sanitas actualis qua per omne ipsa tãdem reddatur in effectu. Sed ꝙ ęgritudo & sanitas aliud est ꝙ̃ vita, quas hi non videtur sequestrare ostenditur. Sanitas enim opponitur ægritudini. vitæ autem mors. manente nãqꝫ vita, sanitas, & ægritudo vicissim circa eius permutantur subiectum. B Vnde de causis longitudinis & breuitatis vitæ, saluatis susceptiuis, fit modo sanitas, nunc ægritudo. Propter quod dicendum secundo in ægritudine quãtumcunqꝫ sęua in aliqua parte cordis seruare sanitatem in habitu seu potentia secunda vel actu primo. sopita enim ꝑmanet tanꝙ̃ vita in semine a matrice suscepto, qua ente habitu mox cõsequenter fit actu. 48. vnde Cõmenta. 4. cœ. & mun. Cor est quod alterat membrum ægrotãs ad sanitatẽ: membrum vero infirmum est alterabile. Educiẽ autem hmõi potentia seu habitus in actum secũdum de facili: cum parum distet ab illo, quod aũt talem potentiã prodire facit in actum, est cœlestis vigor, ceu qñ luna cõiungitur alicui beniuolo planetarum, vel eundem aspicit. 10. dñia. & 104. aut species sanitatis existẽs in anima medici, per quã res necessariæ applicãtur sanatiuæ subiecto. sic eni sanitas fit ex sanitate, ac domus ex domo existẽte, videlicet in artificis anima metaphy. tactum. 7. ex C hoc itaqꝫ apparet, ꝙ qñ ęgrum effectu inexistit subiecto, sanum illi non inerit in potentia prima vt alijs cõtrariorum, neqꝫ actu secundo, verũ primo. habẽt igitur aliam quãdam naturã a contrarijs cæteris. Et per id ad inducta quid dicendum apparuit. Inter sanitatẽ siquidem & ægritudinẽ Gal. visus est medium ẽm formã aut dispositionẽ locare, id neutrum seu neutralẽ appellans dispositionem, quod mediũ in tres distinxit dñas. Nam aut formæ ambę sanitatis. s. & ægritudinis cõfrangenẽ insimul in tertio: & sic primũ constituent neutri significatum, qđ dicit esse vere mediũ sanissimi corꝑis & ægerrimi: in quo siquidem ponunẽ significato pueri, senes & cõualescentes. primi secunda. quibus associentur et decidentes. Vel quia prætactę formę in vno tpe sint æqualiter in mẽbris copulatæ ceu in corpore paralytici, aut participando in æqualiter sicut in corpore cęci. vnde A. velut qñ quis sanus est in cõplexione & æger in cõpositione vel contra. D Aut sanus in qualitatibus actiuis & æger in passiuis, aut econuerso. vel infirmus in quãtitate, sanus in forma. vel erit per relationem ad ætates & tempora, ceu phlegmaticus qui infirmus est in pueritia, & sanatur in iuuẽtute. Cholericus autẽ contra dicitur neuter aut puer qui sanus est in æstate, & infirmus in hyeme, iuuenis autem cõtra.

Est quoqꝫ ẽm Gal. sciendum ꝙ neutrũ in primo significato est vere medium & reale sanitatis & ægritudinis. Alia vero duo media & maxime tertium sũt rationis & relatiua. Extrema enim ipsorũ per se considerata sanitas existunt & ægritudo. Sed intellectus & pręcipue in significatorũ. 3. cõparans vnum ad aliud mediũ, et neutralitatem cõstituit ẽm ꝙ ipm ex diuersis partibus, aut dispositionibus colligiẽ in vnum. Nosce igiẽ primum significatũ importare vnitatẽ subiecti & tpis. secũdum vnitatem tpis & diuersitatẽ subiectorũ. tertium aũt opponitur isti.

PROPTER SECVNDVM quidem sciẽdum, ꝙ Haly. mouens hãc dubitationem quadam distinctione nititur Arist. & Gal. concordare, ac si inter eos nõ sit realis, sed vocalis magis dissonantia. Dicit enim Arist. voluisse impossibile fore sanitatem & ægritudinem simul a corpore remoueri, & fieri in eo tertiũ dispositionem non habentem partem sanitatis neqꝫ ægritudinis. Sic igitur vult Haly. Aristo. intelligere non esse medium inter hęc quod non participat extremis, quod per abnegationem medium diciẽ extremorũ, sicut quod non est iustum neqꝫ iniustum dictum, fore mediũ iusti & iniusti. Sed ait Gal. velle per dispositionem quę non est sanitas, neqꝫ ægritudo, dispositionẽ corporis in qua inueniuntur sanitas & ægritudo simul, ita ꝙ aut illa vna sit hora, & alia in alia vel portionẽ cuiusqꝫ earum: aut ẽm semitam permistionis vel vicinitatis. ẽm hęc enim tria vt apparuit Gal. triplex distinguit significatũ neutri, ita ꝙ Arist. negat medium non esset tertium alterum ab extremis: quod Gal. vult horum participatione medium fore. Sed fortassis F hęc solutio stare nõ potest cum menti aduersetur magis Arist. ꝙ̃ ipsum conformet Gal. nam si Arist. non negat medium inter prædictas dispositiones nisi id quod non participat extremis: tunc & mediũ simili rõne inter omnia negabitur contraria mediata. Non. n. in ipsis est medium, nisi per participationẽ extremorum. apparens de sensu & sensato: sicut tepidum cõstituitur participatione calidi & frigidi, & rubeũ, glaucum, & viride, & cęteri colores cõficiunẽ ex albo et nigro. & ideo phy. 5. Medium cõparatum ad vnum extremorum videbiẽ alterum: propter quod ẽm Arist. oia cõtraria essent immediata, cum tñ ipse distinxerit ea per mediatũ & immediatum. Sed aliquis in Haly. subsidiũ dicet forte ipsum voluisse Aristo. inter sanũ & ægrum non fore medium vno noie nominatum, ceu inter album et nigrum colores sunt medij.

Sed hoc dicere Haly. defectum non sanat, cum Arist. voluerit expresse mediũ inter sanum & ægrum nõ concidere quocũqꝫ modo sicut indicant sermones præinducti G eius aperte. Neqꝫ ẽt hic bene explicat Gal. mẽtem qua intentione medium inter sanũ collocet & ægrum, & ꝑprie in primo ipsius significato in quo difficilius hoc apparet an id sit per viam trãsmutationis, aut alterationis vel qũo. Et ideo fortasse propter hoc fuerũt modernorum plures aliter dicentes: quorum multi licet videanẽ verbis dissonare, snia tñ concidunt. Dicunt. n. aliqui sanitatem & ægritudinem posse considerari dupl'r. aut quãtum ad cãs suas, & ita non intercidit medium, quia cum cãę sint immediatę, & effectus erit imediatus. causæ aũt sanitatis & ægritudinis dñr æquale & inæquale, inter quę mediũ nõ existit. Vel quãtum ad opationes ẽm ꝙ corpus sanũ dicitur actiones suas debite & intristanter oino exercere, ægrum vero contra, inter quæ dicunt medicũ cadere. Et iõ testantur eorũ quidam Gal. morbũ diffiniuisse ꝙ sit dispositio seu habitus ꝑter naturã sensibil'r lędens operatio H nes. Et ꝙ sanitas sit dispõ aut habitus eas ẽm naturã perficiens. Inter pfectionẽ vero operationũ, & eorũ sensibilẽ lęsionẽ, intercidit mediũ, vt. q. insensibilis lęsio in operatione quã volunt esse neutram dispõnem. Hęc aũt positio stare non põt, nec quãtum ad ipsius primã partem, neqꝫ quo ad secũdam. Non qdẽ quãtum ad primã, eo ꝙ ęquale & inęquale nõ pñt ꝑprie esse cãę sanitatis & ęgritudinis, cum cã ꝑxima & imediata debeat esse eiusdẽ coordinationis & naturæ cũ effectu, quod apparet, quia is per eã diffiniẽ aut per eas, eo ꝙ plures sunt vniuscuiusqꝫ causati naturales cãæ. Diffiniẽtia vero & diffinitũ debẽt esse eiusdẽ prędicamentalitatis & coordinationis. Topicorũ. 6. & sim'r. 4. Sed ęquale & inęquale, ꝑprium ꝙ̃titatis in ꝑdicamẽto magis collocatur rẽonis. Sanitas vero & ægritudo in dispõne aut habitu, quę est qualitatis primũ genus: propter quod ęquale & inæquale nõ erunt sanitatis & ægritudinis cãę, quia tñ plures maiorum hoc dixere dico ipsos per æquale tẽperamentum seu cõmensurationem

Marginalia (left): C. 3. post medium. — Tex. cõ. 30. — Circa fin. — Cõ. 14. in medio. — Te. cõ. 30. — Lib. 1. tex. cõ. 5. — Doc. 1. ca. 2. circa fin. dphm vbi supra inse diuse. — Coll. vbi supra inse diuse. — fin tex. cõ. ... ad medium.

Marginalia (right): Circa me. — Coll. tex. c. 6. & c. 52. — Coll. c. 1. & 7. — Coll. c. 1. circa med.

I tionem importare, per inæqualem aūt intemperiem siue inæqualitatem.1.de morbo. Secundā quoq; partem di stinctionis istius Auer.1.colliget detestatur neutralem re/ spuens dispositionē ita. Non est inter nocumentū opera tionum sensibiliū,& inter iuuamentū earum mediū, nec est variatio nisi fm plus & minus. Et non est medium in ter duo cōtraria, ita q; sit aliquod illorum in parte absq; parte in qua est aliud. Et per hoc secundū negat neutrius significatum, nec in tpe absq; tpe in quo est aliud quantū ad tertiū significatum, quod dicit esse manifestū ex scien/ tia speculatiua. Si ergo nō existit inter hæc nisi in magis & minus variatio cum hęc non diuersificent spēm & na turā.10.meta.& Haly, non erit mediū quantum ad ope/ rationes cōsiderare. Fuerunt & alij dicentes sanum & ægrum posse dupl'r cōsiderari. Aut fm naturam vel fm iudicium intellectus quod ad idē tendit, et ita dixerūt in ter sanum & ægrum non cōcidere medium: cum.n.tēpe

K ramentum & sanitas vt dicunt, constet in puncto indiui sibili,& quādocunq; aliquid ab illo labet indiuisibili in quo sanitas consistit, confestim deuenit indiuisibile & in temperamētum, quod in neutrum & ægrum volunt po/ stea sequestrare. Et hanc cōsiderationem testantur Arist. habuisse. Vel possunt considerari quātum ad iudicium sensus, & hęc medicinalis erit consideratio, eo q; sensum non transcēdit Haly. vnde idē.4.quadriparti. Ars phy sicæ non inspicit nisi in rebus manifestis in sentiendo & videndo. Ista etiā sicut & aliæ opiniones potest calum niari, quia sanitas non est forma simplex absoluta et ab/ stracta, sed naturalis, quātitati sensibili cōcreta & relata, sicut apparebit per Arist. tertio dicendorū. Non enim sic differret medicus a philosopho naturali, cū vterq; entia consideret, prout in materia fundātur sensibili physi.2. sed peramplius vniuersale & minus ad alium tamē finē & alium. Itidem. sensus intuitio sup rem fundat. Aiunt

L enim sensus a re vel ab eius accidentalibus qui circa pro/ prium obiectum dicit non decipi.2.de anima. Fuerunt & alij dicētes sanum & ægrum posse ad duo referri. Aut ad medicum speculātem, & ita erit medium inter sanum & ægrum dictum neutrum, cum is speculans attēdat mo tum fieri alteratiuum de sanitate in ægritudine et ecōuer/ so. Inter autē omnem hmōi motum cadit natura media, vt dictum prius, ppter quod mediū inter sanum & ęgrū collocabitur. Aut possunt ad medicū practicum referri: & quia practica duplex existit, cōseruatiua, videlicet, & curatiua, quātum ad id quod corpus hmōi medium in ter sanum & ægrum sanitate participat, regei per ea quæ debentur sano, vt cōseruando per silia, & reducendo ne labatur per parum contraria. Inquātum vero participat ægritudine, gubernatur regimine curatiuo, per omnino cōtraria. Et hanc quidē intentionem dicunt quidam ha/

M buisse A. qn dixit non esse medium inter dispositiones. Sed hoc non valet, qm A. dicit non esse medium vni/ uersaliter, quod indicatur per hoc quod dixit proculdu/ bio nō esse medium, quod apparet quia de neutro ait pri mo secunda Gal. protestando sniam. Hoc aūt et non vr valere, qm cum theorica ordinei ad practicam, sicut an te finē ad suum finē, non est dare q; aliquid considerei in theorica tanq; in eo qd'est ante finē, quod tandē non or/ dinetur in finē vt in praxim. Sic igif medicus practicus non negociaf circa neutrum, neq; et medicus theoricus. Sil'r hæc opinio aduersaf pr.dictis ponētibus probabil'r nō esse medium quātum ad cās vel naturā rei siue intelle/ ctum, quę consideraf a theorico in stabilientibus mediū, quo ad operationes & sensum, quæ prius attēdunf a pra ctico. Est & alia opinio Arist. et acceperit sanitatē stri/ cte, put in æqualitate consistit calidorū frigidorū.s.& hu midorum non absolute tm, sed ad opus fm q; in æquali/ tate cōsistit: ægritudinē vero assumpserit et in æqualitate eorum. Inter aūt prædicta non cōcidit vt dictum est me/

dium. Sed Gal. accepit sanitatem et ægritudinem largius N terminans eas ad duo puncta inter quæ spatium est intel lectum. Sed hic præter prædicta & subdicēda eam de/ struentia videtur se ex suo dicere infirmare non ponens medium inter illa, quorum cōsideratio est angusta, sicut sanitatis & ægritudinis, fm Arist. sed in his quorum est lata velut sanitatis & ægritudinis cōsideratarum a Gal. quia inter terminos vere extremos, cadere habet mediū non aūt sic inter latos: eo q; vnus terminorū continet ter/ minum, seu extremum verū & non verum, & sil'r aliud, ita q; sub ambobus locatur id quod erat mediū terminis acceptis stricte. Sunt & alij sermones plures cōsentientes his sententia licet non verbis, & ideo omittantur.

E ctorio pulsuum differẽtiam notans inter prædicta genera pulsuum, & durum & molle ait ea cum motu fieri arteriæ. Sed duri & mollis pulsus differentia non est motus ipsius proprie. Molle nãq; corpus & durum nõ indiget motu vt calefiat. Eti. Pulsuum genera quæ super priora fundantur non habent contra ipsa diuidi & in eorum ordinem poni. Sed æqualis pulsus & inæqualis diuerse ordinatus & diuerse inordinatus cum eo qui ponderis super reliqua fundatur septem genera, & potissime super quinq; vel quatuor ceu videtur. Rursus. colliget.4. septem solum pulsuum ponuntur genera vere, quoniam tria quæ consueuerunt iungere istis septem: quorum vnũ est quod sumitur ab eo quod est in arterijs: secundum a qualitate ipsius arteriæ: tertium a dispositione substãtiæ arteriæ non sunt propria in pulsu inquantum est pulsus, quia pulsus inquantum pulsus non stat nisi per motum & quietem. Quod firmatur, quoniam pulsus & anhe F litus extant, pportionales tertio.10. & apparens in tecni. Sed genera sunt septem anhelitus ibidem. Amplius in pulsuum introductorio de calido & frig. non fit sermo, cuius fieret eo q; apertus si pulsuum genus constitueret: neq; de pleno & vacuo aut pulsu ponderis. In.10. similiter Almansoris non ponitur pulsuum genus a tempore sumptum quietis. Primi etiam secunda ordinatus diuerse, ac inordinatus diuerse, sub inæquali videtur tandem locari. Quòd autem sunt pulsuum genera plura q; nouem aut decem ostenditur: nam eadem ratione qua ponitur genus calidi & frigidi, duri & mollis, poni habet genus sicci & humidi, & compositi: vt calidi & sicci &c. & genus asperi & lenis: densi & rari ratione corporis arteriæ ac quæ huiusmodi. nam qualitates sunt differentiæ tactibiles: & maxime primæ ac secũdæ.2. de gen. & cor. ac naturalium.1. Similiter & penes visum videtur diuersificari: cum ipse plerunq; arteriarum percipiat motum. Propter quod cõcluditur pulsuum genera existere numero multipliciter, adeo q; cõmuniter ponuntur variata. G

Ca.17.p° principiũ.

Tract.1.c. 7.in fine.

Doc.3.fẽ. prima ca. 1.& 2.

Tex.cõ.8. Collig.c.2. circa prin.

OPPOSITVM autem omnium istorum videt sentire Gal. Cum enim omnis eius vbilibet colligitur intellectus, apparet decẽ genera pulsuum confirmare: cui.7. cõsonatur theoricæ: & primo similiter secunda.

Cap.3. circa prin. Doc.3.fẽ. 1.ca.1. ante mediũ.

PROPTER PRIMVM quidem antea videndũ qđ sit pulsus cum eius aliqua expositione. Secundo quia motus existit, videatur qualis. Propter primum huius sciẽdum est quòd pulsus dupliciter notificatur: puta per ipsius essentiam & eius accidentalia.7. theoricæ. Nam ratio huius essentialis est motus localis quo mouet cor et venæ pulsatiles dilatatione & reductione ad caloris custodiam intemperantia naturalis & vitalis augumentum, spiritusq; generationem animalis. Primo autem secunda dicitur quòd est motus receptaculorum spiritus ex diastole & systole compositus ad regẽdum spiritum per aerem attractum. Cum his etiam cõcidit ratio expositiua. Pulsus est motio cordis & arteriarum fm diastolẽ & systolem ad caloris innati refrigerium & fumosarum egressionem superfluitatum. Diastoles autem & systoles dilatationem & constrictionem, seu eleuationem vel depressionẽ important. Accidentalis vero pulsus notificatio est nuncius & preco, qui occulta fert & narrat motibus & contrarijs manifestis. theoricæ.7. Contrarij nãq; sunt, quia virtus vitalis pulsus causatiua simul dilatat & constringit. prima primi. Amplius aliquando dicuntur pulsuum genera, interdum differentiç: & quandoq; species. Genera quidem, quia sub se species continent, vt eius ostenditur diuisio. differentiæ quæ differũt & differre faciunt: species autem prout in genere cõtinentur superiori. Sunt enim subalternæ, quæ superiorum respectu iuxta logicum sunt species: relatione vero inferiorum genera. Sumitur etiam hic ut apparebit genus. p. communiter, prout ipsum prædicatur apud logicum de speciebus

Ca.1. post prin.

Doc.3.fẽ. 2.cap.1. in prin.

H

Cap.1. ante mediũ.

Doc.6.ca. 4.& sus fi.

I Te.co.31. speciebus vniuoce, ſm naturalem vero magis analogi ce. Nam in generibus latent multa. 7. phyſi. Adhuc at tendendum ꝙ pulſus eſt motus principaliter cordis: cõſequẽter vero arteriarum vnde & quidam exponunt. p. eſſe motum cordis et arteriarum, ideſt a corde in arterias: huius autẽ cordis & arteriarum pulſatio duplex vt principalior eſt cauſa efficiens & finalis. Efficiens quidem ſimiliter duplex: primordialis vt aia in corde ſm ꝙ mouet inſita principaliter: virtute nãq; vitali mediante perficit pulſum. Et inſtrumentalis quæ duplex ſimiliter extat, vna quidem ſimplex incorporea, vt complexio, calido enim prædominante anima cum virtute pulſatiua diaſtolem operatur: frigido vero quaſi ſyſtolem: altera corporea vt arteriæ corde illis principiante. Cauſa vero finalis quadruplex exiſtit: duplex quidem ex parte dilatationis, ac bina cõſtrictionis, dilatationis vna quidem vt ſanguis & ſpiritus in cordis nutrimentum & cuſtodiã

K attrahatur: altera vt aere attracto contemperentur & hi. Ex parte vero conſtrictionis, vna vt ſanguis & ſpiritus a corde dilabantur in membra: reliqua vt fumus capinoſus expellatur ſupercalefactus: quod fit cordis cõſtrictione & arteriarum dilatatione: nam quando cor conſtringitur dilatantur arteriæ, ac contra. differentia. 80. Eſt ẽt ſciẽdum ꝙ pulſus vt plurimũ ſentitur fortior. quicquid

Ca.11. in medio. dicatur theoricæ. 3. in parte dextra ꝙ̃ in ſiniſtra, & ſi arteria oriatur a cordis ventre ſiniſtro, ꝓpinquiore, cum in

Cap.17. homine declinet cor parũper ad ſiniſtrum de hiſtorijs. 1. Tum propter cordis in partem dextram perflationem, & irradiationem vehemẽtiorem. Tum propter caliditatem hepatis, & fellis, & motũ ſituatum in dextris, & fulciri in ſiniſtris cũ ſplenis frigiditate in eis. Noſce quoq; ꝙ arteriarum in quibus conuenientius tangitur pul. ſunt quæ manus, quia non ſunt a corde remotæ: neq; ſepultæ & interius occultatæ, ſicut coxarum dorſi & pectoris:

L neq; flexuoſæ ſuper quas quatuor nõ incidant digiti, vt quæ poſt aures. Eſtq; ſimiliter has tãgere minus laborioſius. Tum propter facilitatem manum præbendi. Tum etiam quia non oportet & maxime mulierẽ ſe diſcooperire, & ꝓprie ſm hiſpanos, vt inde verecundia pertimeſcat. Propter ſecundum huius ſciendũ ꝙ motus eſt tri

Tex.co.5. plex. primo cœ. & mun. Vnus quidẽ rectus duplex exiſtens ad medium, vt qui grauium & a medio, ſicut leuiũ, & circularis, velut motus eſt orbis. Ex quibus ceu extremis poſſumus medium motum cõſicere qui reflexus, ſeu interceptus poteſt appellari, qualis motus eſt cordis: licet enim cõmuniter dicatur motui aſſimilari circulari, proprius tñ habet reflexus nominari. Non. n. eſt cordis motus rectus, quia hic fit a generante: qui per ſe determinate ad vnam eſt partium, vt ſurſum vel deorſum. Velocitatur etiam quando ad terminũ tendit: cum ſuæ magis appropinquet perfectioni. Qui vero cordis ad partes fit di

M Motus cordis qualis. uerſas ſm dilatationem et conſtrictionem. Componitur enim ex pulſu et tractu vniformis exiſtens continue, niſi aliquid ipſum adueniens perturbet: qui tãdem tardatur in fine: puta quãdo adeſt virtutis incenſio nimia & aductus proximus perditioni. primi ſecunda. Neq; etiam eſt

Doc.3.ſũ. 2.cap.6.in medio. circularis, quia is ſuper magnitudinem fit circularem & perpetuam, vt dicunt. Sed eſt cõpoſitus ex recto & circulari fortaſſis motui amplius attinens circulari. Quod & magnitudo in qua fit, vt cor oſtendit: non enim eſt pure recta nec pure rotunda, ſed rotunda cũ latitudine, & quadam lateritate, vnde motus eius eſt reflexus ex motu cõ

A.t.c.61. vſq; ad te. com.75. poſitus & quiete. Sicut enim octauo probaſ phy. impoſſibile fit vnum motum alteri cõtinuari: niſi inter eos per ſe quies intercidat media. In pulſu autẽ vno duo ſunt motus diaſtoles, ſcilicet et ſyſtoles, et quies poſt ſyſtolem qui ꝑcipitur apud paucos. Fere nãq; ſolum a doctis ac exercitatis perpẽditur qualis extitit. Gal. & quies poſt ſyſtolem quæ ab idiotis etiam cõprehenditur. Adhuc cum

N aliqua extet diuiſio motus, ꝗa vnus naturalis, alius violentus, reliquus voluntarius, ſciendum ꝙ motus cordis non eſt violentus: cum a principio fit, vt oſtẽditur intrinſeco: violentum nanq; eſt cuius principium eſt ab extra non conferente vim paſſo, ideſt imprimente formam aliquam naturalem, aut eſt cuius motus eſt ab extra a qua cauſa cogitur operari. ethicorum. 3. & moralium grãdio Cap.1. & principio. rum. 2. Neq; eſt voluntarius, quia hic ex aliqua procedit apprehenſione non adhærens viæ & ordini vni. Valet enim ad oppoſita cum a poteſtate ꝓcedat rationali. Qui autem cordis, abſq; deliberatione fit aliqua, & vni affligitur ordinationi: licet enim virtus vitalis ꝑ ſe ſimul conſtringat & dilatet: hunc tamen ordinem mox ſeruat illeſum. Eſt igitur naturalis, ſed non qualis qui formam conſequitur a generante cauſatam. Generans nãq; quantum dat de forma, tãtum dat & de loco. 4. cœ. & mun. & per Collectu: com.15. conſequens de motu: quoniam locus acquiritur per mo

O tum: datus enim eſt propter locum, & ideo quæ talium vides deorſum ad loca ſua naturaliter tẽdere, vt leuia ſurſum, grauia deorſum: quæ quando illic ſunt quieſcunt: tanquam ſuam fuerint perfectionem & finem adepta. Sed naturalis eſt ab anima, quæ eſt forma de qua natura dicitur & priuſquam de materia. phyſi. 2. In corde nãq; Te.co.11. anima ſituata pulſatiua ipſum ſm pulſum & tactũ mouet continue: modica quietis morula intercidente: quoniã omne hic agens neceſſe fit ex continua deficere actione, vt oculus in vidẽdo. de ſomno & vigilia apparens. Poſt prin. Similiter omne quod mouetur neceſſe habet alicui fulciri immobili, de cauſa motus animalium. In corde autem eſt paries intermedius duorum ventriculorum ipſius. In animalibus autem maioribus os exiſtit cartilaginoſum. de partibus. 3. hic enim per ſe quieſcit ꝙ̃ꝙ̃ per accidens Cap.4. in medio. moueatur. Ex his etiam apparet ꝙ motus animalis in deorſum eſt agilis: cum dupliciter ſit naturalis. Qui autẽ

P ſurſum partim naturalis, vt ab anima, ſm partem vero innaturalis, vt a forma per generans impreſſa: & ideo fatigatur animal amplius tendens in ſurſum, nõ autem in deorſum: ſic niſi ꝙ oportet motum elementi prędominãtis ab anima gubernari: vnde & laborãti ita fęmora ꝙ̃ multum, ꝓble. 5. Quomodo autem cõueniant, aut maxi ꝓble.16. me differant pulſus, ſaltus ſeu iectigatio, tremor & ſpaſmus. differentia docebit. 92.

PROPTER SECVNDVM vero ſciendũ quòd qualiter ſe habuerunt priores in hoc quæſito iam apparuit ex argutis: & amplius manifeſtabitur ex dicendis. Quoniam genere pulſuum communiter, genera quidem pulſuum dupliciter conſiderauerunt, aut quãtum ad eorum primarias differentias, vel ſecundarias: quæ ſuper illas fundantur: ſic quidem primo dupliciter contingit, vel quantum ad ea quæ ſunt de eſſe motus, aut quo ad illa in quibus cõſtat motus. quod & ſi prius, itidem dupli

Q citer, aut quantum ad efficiens motum & virtutem: et ita genus eſt pulſuum quod a tenore ſumitur virtutis vt fortis, debilis, & mediocris. Vel quo ad ipſum motum. & id dupliciter, aut quo ad ipſius quãtitatem percuſſionis, & ſic genus pulſuum ex quantitate ſumitur trium diametrorum arteriæ ſm ꝙ motus percipitur in ipſa: quod genus communiter ponitur primum. Et eſt duplex ipſius pulſus. quidam enim ſimplex, & alius compoſitus. Simplex autem nonuplex: vt lõgus, breuis, latus, anguſtus, profundus, apertus, & horum medij. Compoſitus nãq; Cap.5. in ſine medij. in. 27. diuiditur pulſus. de pulſuum differentijs, vt lõgus latus altus, longus latus medius, longus latus humilis, longus altus medius, longus medius medius, longus humilis medius, longus ſtrictus profundus, longus ſtrictus medius, longus ſtrictus altus. Breuis latus altus, breuis altus humilis, breuis altus medius, breuis medius medius, breuis humilis medius, breuis ſtrictus profundus, breuis ſtrictus medius, breuis ſtrictus latus. Medius latus al

tus,

A tus, medius latus medius, medius latus humilis, medius altus medius, medius medius medius, medius humilis medius, medius strictus profundus, medius strictus medius, medius strictus altus. Quorum duo tãtum nomina habent s̃m Gal. vt magnus & paruus: s̃m vero A. magnus, qui longitudine, latitudine, & profunditate mensuratur, & grossus, qui latitudine & profunditate tantum. Aut quantum ad tempus quod attendit in pulsu. Quod duplex euenit. aut enim illud est tẽpus motus: & tunc genus est pulsus velocis & tardi, vel quietis, & ita spissi & rari. Si vero quãtum ad ea in quibus fit motus: Aut rõne illius quod locatum est in arteria, vt humoris & spiritus & ita plenus pulsus & vacuus. Vel ex parte cõtinentis, ceu arteriæ. Quod dupliciter euenit, aut rõne substantiæ arteriæ siue qualitatis secundæ cuiusdã in ipsa, & ita pulsus sumptus ab obedientia & in obedientia organi, sicut mollis & durus, vel quãtum ad ipsius qualitates actiuas

Dt differẽ tijs pulsuũ ca. 6. i po. fectda pri mi doc. 3. fẽ. 1. ca. 1. circa med.

B priores caliditatem & frig. & tunc pulsus consurgit ca. et frigidus. Si vero pulsus consideret prout super huius primitiua fundantur pulsuum genera: dupliciter id etiã contingit. Aut enim fundatur super quasdam differẽtias magnas: puta sup illas quæ sumũtur a genere motus & quietis, vt velocitatem et tarditatem, aut super oẽs primarias septem, & ꝓprie super quinq;, vt magnitudinem, fortitudinem, velocitatẽ, spissitudinem, & his correlatiua. siquidem prius tunc octauum genus est pulsuum, quod pọ̃deris vel rithmi dicitur existens in cõparatione tẽporis motuum & quietum distantiũ in adinuicem, adeo vt valeãt ꝑcipi sensu, i. e capitulũ in capitulo inutiliter cõculcetur.

Est autẽ pondus ordo quidam & mensura in quo proportiones attenduntur musicæ. Cuius quidẽ duplex modus: nam quidam est boni põderis pulsus eurithmus dictus, idest bene numeratus, siue mẽsuratus. vnde Halya. pulsus boni ponderis & mensurę cõpetentis est inter quẽ

7. theo. ca. 9. pã med.

C & suos dominos similis est collatio et figuratio bona. vt quando pueri pulsus ætati cõfiguratur puerili. Est & pulsus ponderis praui, siue arithmius triplex existens, vt perithmius. i. iuxta rithmum & mensuram pulsus cõuenientis, qui rithmum obseruat ætatis sibi ꝓpinquæ, ceu qñ pueri pulsus põdus habet iuuenis. Et heterorithmius hoc est alterius rithmi: vt quãdo quis alterius ætatis sibi distãtis habet rithmum, velut cum pueri pulsus senis habet pondus. Est & tertius dictus exrithmius, qui nullius determinatæ obseruat pondus ætatis, ceu qñ pueri pul. pondus: nunc pulsus senis incurrit: tunc vero indifferenter iuuenis quem A. egressi vocat pulsuum. si autem situetur pul. super omnes differentias aut plures: dupliciter id euenire põt, aut in vniuersali & sic æqualis & inęqualis, qui in absolute æqualem diuiditur & inæqualem, & s̃m quid in æqualem & in inęqualem. Absolute siquidem cũ omnes differentiæ æqualitatis vel inæqualitatis in gene-

fectda pri mi doc. 3. fẽ. 1. ca. 1. a fine.

D ribus obseruentur pulsuum quinq; aut septem, siue octo s̃m A. et forte praue prǒpter ponderis pulsum. Secundũ quid vero æqualis dicitur vel inæqualis, cum differentiarum quædam præter alias attendãtur, vt duæ vel tres, & ita in his componẽdo deinceps. Aut in speciali, & tunc genus est pulsuum diuerse ordinatũ & diuerse inordinatum: quod diuidit, vt suum genus prius. hoc enim locatur sub inæquali, vt species sub genere. Et nosce ꝙ genera hæc. 10. pulsuum ordinantur diuersimode. quidam enim præponunt vnum alteri: alij vero postponunt, sed qũo sint ordinanda ostẽdetur in quæ deinceps. Et rursus in omnibus. 10. pulsuum generibus medius proprie reperit exceptis æquali: diuerso & ponderis pulsu. Et medius etiam in omnibus habẽtibus est naturalis: nisi in forti & debili. Fortis nãq; naturalis est & temperatus. & omnis similiter in quo virtutis extat constantia. In alijs autem æqualis ordinatus est, & qui boni ponderis. Et ad istas quidem pulsuum differentias reducunt species pulsuum

Coliget. 3. prĩci doc. 3. fẽ. 1. ca. 4. in med.

quorũdam compositorum nomina habentium sicut caprięans: interfectus, martellinus, serinus, vndosus, formicinus, vermiculosus, formicãs, spasmosus, tremulus, retortus, chordosus, & similes. hæc igitur est sufficientia pulsuum sumptorum in communi. E

PROPTER TERTIVM quidem hinc sciendũ, ꝙ pulsus põt tripliciter accipi cõmuniter, videlicet proprie, & magis proprie. Siquidem vltimo sumatur, tũc illa tantum ponãtur genera pulsuum in quibus motus saluatur ratio, introductorio apparẽs, quæ sunt quatuor vt genus quod sumitur a quãtitate dimensionum: a tenore virtutis: a tempore motus & quietis. & adhuc proprius a tempore quod quietis & motus: & proprijssime a tẽpore motus, cum systoles & eius quies in pulsibus percipiatur paucis. Et ab experimẽtantibus ꝯraris. vnde Theutrus: earum quę motus sunt proprie differentiarum velocitas & tarditas. Si autẽ proprie tunc erunt in genera pulsuum supra primas dictas fundari dñas, vt pul. æqualis & inęqualis eiusdem species diuerse ordinatus, et diuerse inordinatus, & rithmicus. In his enim illorum gratia ratio pulsationis attenditur. Pulsu autem cõmuniter sumpto prout medicus deuenit eo in cognitionẽ modo quocũq;. Reliqua sunt tria dicta genera pulsuũ cum his quæ ad ipsa etiam intelliguntur reduci, quæ sunt mollis, calidus, & plenus, cum suis cõparibus. Sic igitur licet pulsus sint s̃m magis & minus infiniti, vt et cõplexiones: medici tamen ad. 10. genera reduxerunt communiter accepto omnifariã pulsu. Numerus enim denarius perfectus quidam, pble. 15. Quæ tamen omnes reduci possunt ad pulsuum genus, quod ex tempore motus: cum omnem pluralitatem tandem sit ad vnitatem reducere, quæ illius totius extat causa differentia. 76. huiusmodi autẽ est pulsus sumptus a tẽpore motus cum cæteris magis inhęreat motui, & demum qui a tempore quietis. Est enim pulsus motus reflexus ex morula motuq; cõpositus. Deinceps vero sumptus a quantitate diametrorũ, & demum quia virtutis tenore: postea vero qui põderis, & demum æqualis & inæqualis cum eius diuersificatis specie: & deinde durus & mollis, & plenus & vacuus, & calidus et frigidus. In de pulsuũ vero differentijs dicitur. Suasibile visum est quibusdam tale genus pulsuũ connumerare alijs: per qd' qualitatẽ caloris cognoscimus. s̃m enim arteriæ locũ & proprie ethici manifestius cognitio fit caloris qualis quis est, ꝙ si s̃m antiquam aliam particulam tangas.

In introductorio pul. post prin.

F

pble. 3.

G

Capi. 12. in medio.

PROPTER QVARTVM quidem. ad primum quidem quid dicẽdum iam visum, quia in genere pulsuũ quod sumitur a tempore motus concessum est verius naturam pulsuum saluari. Et similiter ad secundum apparet, quoniam pulsus non est motus continuus: verum intercisus ex motu & quiete commistus. Ad aliud dicendum, ꝙ licet tria pulsum constituant: eorum tamẽ vnum quodq; potest in partes sequestrari plures: penes quorũ diuisionem sumuntur pulsuum genera ꝯplurima. Ad aliud quid dicendum iam apparuit: quia prima genera quatuor verissime concessa sunt fore: nihilominus tamẽ possunt esse alia pulsuum proprie vel communiter sumpta. Et per hoc similiter visum quid ad aliud dicendũ.

H

Et ad aliud dicendum, ꝙ pulsus sumitur communiter, vt tactum: non autẽ prout prædicatur de generibus eius vniuoce, sed analogice magis. Ad aliud dicendum, ꝙ Auer. pulsum vere dictum recepit: in quo motus reperitur natura: s̃m tamen prius & posterius. Ad confirmationem dicendũ ꝙ pulsus & anhelitus non semper æquiformiter proportionantur sibi, cum pulsus sit tactus simplex cordis & arteriarũ: anhelitus vero compositus. est enim cordis & cerebri. apparẽs in tecni. In corpore nãq; id magis verificatur æquali. Aut diligentius fortassis cõsiderans, inueniet quis tot modos anhelitus, vt & pul. Ad aliud iam apparuit, quia calidus pulsus et frigidus

Collr lib. 1. tract. de corde tex. 5. 8. & 10.

I extensiue amplius genus ponitur pulsuum: cum calor in alijs percipiatur, q̃ in arteriæ locis. Ad aliud dicendũ quòd aut genus pulsuum ex tempore quietis illic decidit a scriptore, vel sub genere pulsuum sumpti a tẽpore motus collocatur. Ad aliud dicendum q̃ ordinatus diuersè & inordinatus ſm A. species extant pul. inæqualis. Et ideo errant dicentes pulsum fore quem æqualem & ordinatum. Vt autẽ in numerum ducerẽt denarium & maximè ſm sistitias seu ordines denariorũ Pythagorici. apparens metaphysicæ primo. illum pro. 10. genere posuere. Ad aliud dicendum q̃ aliæ differentiæ pulsuum nõ sunt ita notæ sicut quæ sunt calidi & frigidi: cum hæ sint qualitatum efficacissimæ, post quas durities & mollities extant magis permanentes: sub quibus siccum continentur et humidum: sicut causa sub effectu reperitur plerũq;, cum his ea notior extat. Adhuc quia hæ sunt impropriè pulsuum differẽtiæ. vnde si quæ his aliæ improprio
K res sub generibus pulsuum non debent computari diuisim: immo ad has siquid cognitionis in ipsis opus est reduci. Ad aliud dicendum q̃ pulsus nõ percipitur propriè visu: cum solum colorẽ suscipiat. Quòd si percipiatur ratione sensibilis cõmunis existet: ex quo quidem vt sic imperfecta suscipitur cognitio. Et itidem ad pulsum reducitur qui ex quantitate sumitur dimensionum vt ad altum: quem etiam diminute percipit visus: cum systolẽ non comprehendat, quam tamen tactus diligentior in quibusdam potest comprehendere propter resistentiam, vt in forti, magno, duro, & tardo.

(In proœ. iuxta finẽ.)

DIFFERENTIA. LXXXIII.

QVOD IN PVLSV non percipiatur musicalis consonantia ostenditur, quoniam diuersorum generum & nõ subalternatim positorum diuersæ sunt species, & differentiæ,
L in prædicamentis, sed musicæ cuius est consonantias obseruare, ac medicinę pulsuum cognitionem tradere, sunt diuersa genera, & non subalternatim posita: cum nihil videantur habere commune, differentitaq; species & differentiæ ipsarum: sicq; non in vnum ordinabiles. Rursus. Musica est certa quantitas, cum inter mathematicas communiter numeretur. Medicina vero naturalis quædam circa qualitates: puta sanitatẽ & eius oppositum. Amplius quorum subiecta differunt, & passiones distant: cum scientia sortiatur esse ex subiecto: velut potentia ex obiecto. differentia. 6. Subiectum autẽ musicæ est numerus sonorus: medicinæ vero corpus humanum sanabile. differentia præinducta. Eti. Consonantia est vocum dissimilium in adinuicem redacta concordia. Boetius musicæ primo. pulsus autem non hoc, sed motus cordis & arteriarum ex systole & diastole cõstitutus. Non igitur de eiusdem ipsarum erit tractatio.
M Itidem musica non tantummodo speculationi: verum etiam moralitati coniungitur. primo musicę Boetij. Sed medicina non adiungitur moralitati: cum in ipsa de moribus non agatur instruendis, & siquid de naturalibus negocietur in ipsa. Musicalis ergo consonantia in pulsu reperitur minime.

(Cap. 4.) (Collr. ct. 8 & 12. 29. 30. & 31.) (Cap. 1. ante mediũ.)

IN OPPOSITVM Gal. in de pulsuum compendio. Irrationalẽ vocat Herophilus pulsum eum qui non habet aliquam proportionẽ. neq; enim duplicem neq; emiolam, idest sesquialteram: neq; aliam quandam rationem habet. hæc enim musicæ conueniunt & arithmeticæ. Reperitur etiam musica metrica in pulsu. Nam ibidem pulsus infantium irrationalis proportionatur dactylo, augmentatorum trocheo, perfectorum spondeo: senum autẽ iambo, vel trocheo. De differentijs vero pulsuum scribitur. Pulsus rithmicus consistit in pari quandoq; ratione, seu proportione: interdum vero in impari. Primo quidem quando tẽpus diastoles par extat tempori systolis. Sed in impari quando alterum tempus alterum excedit. Quod dupliciter etiam accidit. nam quãdoq; in enarrabilibus superabundantijs, & interdum in narrabilibus. Et prius quidem dupliciter, aut in multiplici proportione: quæ duplex extat, vel triplex, aut quadruplex, aut aliqua eorum quæ deinceps: ſm quas inquio proportio extat diapason diapente, diapason bis diapason. deinceps tamen non est proportio. Et subdit, aut in ratione numeri ad numerũ: cum diastoles fuerit duorum maiorum tẽporum, & systoles quinti, vel septimi, aut octaui, vel duodecimi. Sed A. primo secunda ita. Debes scire q̃ in pulsu reperitur natura musicæ. Et quòd Gal. videtur q̃ illud quod potest sentiri ex proportionibus põderis est ſm vnã proportionum musicarum &c.

(Cap. 60.) (Cap. 3.) (Ca. 11. p̃ medium.)

N

(Doc. 3. fẽ. 1. ca. 1. p̃ principiũ.)

Rursus. Augustinus primo musicæ. Musica est sciẽtia bene modulãdi. Vbi ergo erit amena modulatio, illic & musicalis consonantia. Sed id reperitur in pul. nam eius quidã est bene modulatus, vt eurithmius: alter vero immodulatus ceu arithmius. de pulsuum differentijs. Itaq; musicalis consonantia reperitur in pulsu.

O (Ca. 11. p̃ prin.)

PROPTER PRIMVM quidem primitus termini exponantur. Et demum ordinetur monochordum.

Propter huius primum sciendum q̃ musica est scientia bene modulandi, seu bene mouendi scientia. Bene nãq; moueri dici potest quicquid numerositatis seruatis temporum atq; interuallorum dimensionibus mouetur. ſm vero Boetium musicæ quinto. Armonia seu musica est vis ac effectiua facultas differẽtijs sonorum sensuali operatione & ratione perpẽdens: Sensus enim & ratio: quasi quædã facultatis armoniæ sunt instrumẽta. Sensus enim cõfusum quiddam ac proxime tale: quale illud est quod sentit, aduertit. Sed ratio diiudicat & vltimas persequitur differentias. Sensus itaq; inuenit confusa & proxima veritati: ratio vero diiudicat: velut siquis circulum manu scribat fortassis oculus ipsum verum circulum arbitratur. Ratio vero nullo modo id quod simulatur intelligit. Quod euenit quia sensus circa materiam vertitur, & speciem in ipsa comprehendit fluentem entem & imperfectam, intellectus autem secus. Guido quoq; monachus vocum motum musicã protulit indiscrete. Est & musica triplex. vna quidem mundana in cœlis elementorum compage, aut temporum varietate existens: in cœlo nanq; sonum dicunt musici armonicum: summe et propriè pythagorici existere motu causatũ contactiuo spherarum: qui equidem interueniente longiori distantia nostris non valet auribus occurrere, ceu secundo impugnatur cœ. & mun. Secunda vero humana quæ in compage corporis ac animę nostrorum ac elementorum ipsius attenditur. Tertia quoq; organica instrumẽtis expressa, quorum quædam sunt naturalia, vt vocalia dicta. nonnulla quidem artificialia, ceu organa, psalterium, & quę talium. Est autem vt tactum consonantia dissimilium inter se vocum in vnum redacta concordia. Dissonantia vero est duorum sonorum sibimet permistorum ad aurem veniens aspera & iniocunda percussio. Huius autem consonantię quædam extat proportio, quę est duarum quantæcunq; sint eiusdem generis quãtitatum circa alterius ad alterum habitudo. Quę quidem proportio in arithmetica in numeris obseruatur. In musica vero illi opposita in sonis attenditur: vnde volentibus cõsonantias cognoscere, proportiones prius expedit arithmeticas cõsiderare. Sunt autem quinq;: tres quidem simplices, & duæ compositæ: quæ omnes in quantitate situantur inæquali. Equidem prima simplicium dicitur multiplex & submultiplex proportio. Et est qñ maior numerus precise minorem in se cõtinet, & continet totum bis, aut ter, vel quater seu deinceps. Cuius qdem species sunt dupla, quadrupla, subdupla, subquadrupla & reliqua. Secunda vero superparticularis nominatur, quę est qñ maior

(Collr. ca. 1 in prin.)

P

(Te. cõ. 56 vsq; ad te. com. 56.)

Q (Consonãtia q̃d sit. Dissonantia.)

(Proportio quotuplex)

A maior numerus minorem continet, et continet in se oēm & vnam illius partem vel mediam, vt tria ad duo: quæ sexquialtera dicitur proportio. aut tertiam, vt quatuor ad tria: quæ sexquitertia nuncupatur. & ita deinceps in antea. Et similiter subsexquialtera ac subsexquitertia.

Tertia quoq; dicit superpartiens & subsuperpartiens, quādo numerus maior in se minorem continet, totum et continetur & aliquas illius insuper partes. Quòd si duæ, proportio dicitur superbipartiens, vt quinq; ad tria. Si autem tres supertripartiens, velut septem se habet ad quatuor: & ita demū & ecōuerso in eius correlatiua. Quarta vero compositarum ex multiplici & superparticulari coniungitur, vt quando maior numerus in se cōtinet minorem numerū bis aut ter, vel quoties libet ac vnā aliquam partē. Quòd si bis & eius dimidiam cōtineat partem: vocat duplex supersexquialtera, vt quinq; ad duo. B Si vero bis cōtineatur, qui minor & ipsius tertia pars dicetur duplex supersexquitertia vt septem ad tria. Si autē ter & eius pars media, vocabit triplex supersexquiquarta. & ita deinceps. Quinta quoq; dicit multiplex superpartiens, quod est quando maior numerus in se continet minorem totum plus q̃ semel. & eius aliquas partes. Q. si bis maior cōtineat minorē, & duas ipsius insuper partes, dicitur superbipartiens, vt sunt octo ad tria, & rursus duplex superbipartiens, vt sunt duo ad tria. In suis autē correlatiuis contra. Et nosce q̄ duæ cōpositæ proportiones postremæ consonantijs musicæ nō sunt ascriptæ, sed tres priores simplices tantum: quarū amenioris extat consonantię multiplex dicta proportio: postea vero superparticularis. Superbipartiens vero ab armoniæ consonantijs ab omnibus Ptolomeo excepto ponitur separari. Dicendumq; demum q̄ musicæ consonantiæ sumuntur a prædictis duabus proportionibus numerorum, aut tribus, sm̄ q̄ sub eis quædā numerorum inueniuntur C differentiæ sex omnes hic entes, puta epitrica, siue sexquitertia, emiola, seu sexquialtera, dupla, tripla, quadrupla & epogda siue sexquioctaua. Est autem epitrica qn̄ numerus maior continet minorē, & insuper tertiam ipsius partē, vt quatuor se habent ad tria. In quatuor nāq; continentur tria & pars tertia, vt vnū. Et de ista numeri differentia consurgit consonantia musicæ diatessaron. i. per quatuor dicta. Emiola vero dicitur quando numerorum maior continet minorem: & insuper ipsius medietatem, vt tria se habent ad duo. In tribus enim continentur duo & eorum medietas. puta vnum. Ex qua quidem symphonia nascitur diapente, hoc est per quinq; nominata. Dupla quoq; est quando de numeris maior bis continet minorem, vt quatuor duo. Ex qua quidem consurgit diapason. i. per omne siue totum appellata. Tripla quoq; quādo maior numerus ter minorem numerat, vt tria ad vnum extant. Ex qua symphonia cōsurgit com- D posita diapente diapason nominata. Est & quadrupla quando maior numerus quater in se minorem habet, vt quatuor ad vnum. Ex qua oritur cōposita symphonia bis diapason dicta. Sic igitur consonantiarum quædam sunt simplices, vt primæ secundæ: maxime. cōpositę vero aliæ. ceu vltimæ duæ: diapason vero quasi media nomine quidem simplex, re vero cōposita. Ptolomeus vero sextam contra Pythagoram adddidit cōpositam ex diatessaron & diapason, & sic superpartiēti suppositam proportioni. Boetius quinto. Epogdagsium siue sexquioctaua est: quādo maior numerus in se minorem totum cōtinet & ipsius partem octauam. vt nouem se habet ad octo. In nouē nāq; sunt octo, & insup vnitas quæ ipsius pars extat octaua. Ex hac quoq; sonus cōsurgit, qui tonus appellat. qui in duas partitur partes inæquales: non enim potest diuidi in æquales, sicut neq; vocales, quarū vnam partium, vt maiorem vocarūt semitonum maius vt nouem, reliquam vero minus. videlicet octo, quod a

Musicę. c. 4. 7. & 8

Pythagoricis diesis appellatur. Versus tn̄ totum semitonum minorem diesim affirmat, quod Plato limē appellauit. vnde Boetius primo. Tonus nunquam in duo partitur æqualia. Vt autem id ostendatur: sit sexquioctaua proportio octo & nouem. Inter hos quidem nullus medius intercidit numerus: quos si binario multiplicemus redditur bis octo. 16. bis vero nouem. 18. Inter. 16. & 18. vnus cōcidit naturaliter numerus vt. 17. Itaq;. 16. ad. 18. cōparatus sexquioctauam retinet proportionē. & ideo tonum. Secundum hāc deniq; proportionem. 17. numerus medius non per æqualia sequestratur, quia comparatus ad. 16. ipsum continet in se totum & eius. 16. partem, vt vnitatem. si autem. 17. ad. 18. comparetur: tunc. 18. illum habebit totum & ipsius. 17. partem. Non ergo eiusdem partibus. 17. superat. 16. & superatur a. 18. & vtraq; nuncupātur semitonia: non q̄ omnino ex ęquo sint media, sed sm̄ q̄ semum dici solet quod ad integritatem vsquequaq; nō peruenit. Inter hæc autem vnum maius semitonium appellatur, aliud vero minus, quæ se habent adinuicem, vt. 244. ad. 256. continens duas voces, puta vt mi. Est & ditonum ex duobus consurgens integris ditonis. Et semiditonum, quod ex non integris. Ex his quoq; tonis ac semitonis symphoniæ constant musicæ. Diatessaron enim quæ vocum quarta est cōsonantia interuallorum trium, vt ostendet monochordi denotatio: constatq; ex duobus tonis, ac semitonio non integro seu minori. Est autem interuallum soni acuti ac grauis distātia. Sed diapente est vocum quinta cōsonantia interuallorū quatuor, & tonorum trium, & minoris semitonij. Diapason autem est octaua vocum consonantia. Vna enim reperitur de septem primis, septem interuallis, & est quinq; constans tonis & duobus minoribus semitonijs. Et ideo dictum est diapason ex diatessaron & diapente constare. Quod apparet collectis tonis & semitonis duarum harum in vnum symphoniarum. Sed diapente diapason vocum est. 12. 11. interuallorum. & cōstat ex. 9. tonis & semitonio minori. Bis quoq; diapason tūc erit. 16. vocum consonantia. 15. interuallorum: & ex. 12. perficitur tonis. Diatessaron & diapason autē sm̄ Ptolomeum cōsonantia ultra Pythagoricos instituta. 13. erit vocum, sicut & septem fuerunt literæ primitus ordinatæ, voces enim & literæ repetuntur vt apparebit, seu in diebus alterius euenit septimanæ. Vocum siquidē quatuor sunt graues & tres acutæ. Propter huius secundum sciendum Pythagoram organum quoddam inuenisse vnius chordæ monochordum dictum: in quo musicæ omnes reperiuntur symphoniæ: quo primitus erudiunt indocti voces percipere simplices, vt inde facilius habeantur compositę ac plurium chordarum. Cuius simplicis primum subditur descriptio. Et est lignum longum quadrangulatum vtrinq; in acutum in modum sandonis intus concauum, super quod posita chorda eius sonitu varietates vocum comprehenduntur de facili. Cuius hęc est forma in proportione dupli siue diapason, vt per hāc intelligatur in alijs. Non enim musica dicetur, sed solum dicitur tantum, vt elucidetur quæsitum. Descriptio vero monochordi compositoris in qua voces & notę cum alijs insequuntur est: quoniam primo sm̄ modernos inscribitur gāma græcum, seu. g. cuius hæc est figura. Γ Et deinceps seriatim septem literæ ab exordio latinæ graues: quare figuris grauioribus denotantur. Post quas præfati septem repetuntur acutæ. vnde caracteribus depinguntur minoribus in quibus duplex. b. locatur. primum quidem rotundum. alterum vero quadratum. Addunt & quidam prædictis tetrachordum: varijs tamē figuris superacutarum, in quo. a. & b. similiter iteratur. Boetius tn̄ cum antiquioribus gāma græcum dereliquit. Literarum quoq; & monochordorum hmōi extant paradigmata.

Γ. A. B. C. D. E. F. G. a. b. c. d. e. f. g. a.

Musicę. cap. 16. in medio.

E F G H

I In his siquidē numeris symphoniarū representanṫ proportiones.

Amplius sciendum ꝙ post monochordū inuenta sunt polichorda. In quorū chordis fiūt diuersitates ſm additionē successiue non paucæ. Quidam nāq; primitus solum duas, alij vero q̄tuor statuere, vt indicat rubeba. deinde in quatuor & quinq; vt ostēdit çyga & viola. demum in. 7. ascēderunt. vnde pro- pble. 31.

K ble. 19. 7. fuerūt chordę antiquitus. Non enim diacto ſm numerorū quē admodum diapēte dicta est: postea vero tripandius extrahens tertiā vt vitę apposuit, & in hoc appellata ē diapason, sed nō diacto, diaseptem enim erat. Sunt aūt septem essentialiores ad quas aliæ reducūtur ad modum septem planetarū, hipate, perhipathe, litanos, mese, peramete, seu trite peramete et nete. Fue-

L runtq; cōsequēter octo nouem & decē. iuxta illud psalmistę. In psalterio decachordo. Et deinceps intantum excreuit numerus, vt Boetius musica. 1. Capi. 21. & 22. 18. cū reiteratione enumeret sub diaconico melo. et totidē sub creomatico ac. 18. sub armonico quadam cōi, siue & eugmeni. i. coniuncti & dicçemedi. i. disiuncti, quia tria sunt melorū genera præfata, q̄bus oīs contexitur cantilena. quorū est descriptio hęc diaconici.



Prolambanomenos.	diatri.
Hipate hipaton.	Nete siue ceugnum.
M Perhipate hipaton.	Peramese.
Licanos hipaton diatri.	Nete dieceugnum.
Hipate meson.	Trite dieceugnum.
Peripate meson.	Peranete dieceugnum.
Licanos meson diatri.	Diatertrite hiperbolion.
Mese.	Peranete hiperboleon.
Trite siue ceugnum.	Diatri.
Peranete siue ceugnum.	Nete hiperboleon.

Est autem similis figuratio & in cromatico melo per oia: & consimilis etiam in enarmonico, nisi ꝙ vbi scribebatur diatonicon prius, debet scribi in secunda cromaticum: & tertia enarmonicum: & ita vt omnes. 54. situenṫ chordæ: moderni autem in quibusdam organorum. 64. & plures sicut ostendit canon medius apposuere.

PROPTER SECVNDVM vero sciendū ꝙ quidam indiscrete protulerunt musicas has cōsonantias in pulsu non reperiri, aut si reperiūtur, nullus pōt ad earum dignotionem peruenire. Quibus quidem dicēdum iuxta illud morbi primo: ꝙ non opus hos ab alijs vituperari cum se vituperent ipsos: solatium ſm Priscianum volentes ex sua impitia obtinere. 4. vero colliget. Sermo de huiusmodi proportionibus. Gal. recitatur vbi dicitur ꝙ si est, vt inquit est mirabile, sed cōparationes istas comprehendere difficile sit: quāuis multi homines eas in musica cōprehendant: propterea ꝙ notæ musicæ habent superfluam extēsionem ita ꝙ minor illarum dimensio potest exēplo cōprehendi: & est illa quæ multiplicat ex. 36. partibus vnam partē. & hic foret semitoniū forte minus sine diesim. Sed in. p. ſm Gal. & A. post ꝓportionem addentem quartā non interuenit sensus discretio. Et subditur ꝙ ista verba sunt alterius sniæ: quæ huc per accidens necessaria est parum. De hoc etiā miratur A. inquiens. Miror qūo ꝓportiones istæ per sensum discerni possunt. Et demum in sniam amplius q̄ꝫ Auer. concidens Gal. modū tribuit quo quis possit huius ꝓportiones adipisci taliter. Dico tñ ꝙ illi est facile. i. possibile qui in gradu tangendi consueuit. et ꝓportionaṫ sonos per artem: postq̄ꝫ fuerit ei potentia musicā cognoscendi acquisitā innuens natura quandā nobis insitam musicā fore: et cōparabit factū. i. experientiā per totum, hoc est rōnem: ita vt factū rñdeat sonis,

N
O
P
Ga. 5. pol medicorum.
Ca. 17. p. medicorum.
Q
Coll. gia de astim tijs pulsu ca. 11. re fue Fen. secūda pri mi doct. 3 ... vbi supra imediate.

A sonis, & notum arti. Cum enim hic eius intentionem omnino applicauerit ad pulsum in sensu poterit proportiones huius discernere. quid autem de hoc, apparebit subsequenter.

PROPTER TERTIVM vero sciendũ primitus ꝙ musicalis cõsonantia põt in pulsu reperiri. secundo series de hoc exponatur A. Propter huius siquidem primum sciendũ Gal. & A. testari musicalẽ armoniam posse in. p. reperiri, vt inductum. Et firmatur, qm̃ vt dictum musicalis consonantia est ꝓportio quædã. hæc autem in oibus cuiuscunq; generis reperitur quãtitatibus. Est nãq; vt apparuit ꝓportio duarum quantecunq; sint eiusdem generis quantitatum circa alterius ad alteram habitudo: in. p. aũt vt dicunt est q̃titatem signare: et maxime quia vnum genus pulsuum sumptum est ex trium diametrorum quãtitatibus. Adhuc si reperitur in his principale

B ac primum instrumẽtale, erit ac secũdarium inuenire, cũ hæc quibusdam oia operẽtur organis, sed musica principaliter & primo nobis est insita, vt ostẽdit aia humana: nam aia humana tali cõnectitur corpori copula, vt cum alijs plurimis iuniorum cẽsuit Socrates in Timęo. vnde Damascen. in aphorismis. Colligatio corporis et animę ẽm ordinẽ numeri consoni facta est vt subsistat. Inquit ẽt ꝙ cõplexio corporis aiati & proprie nostri ad figurã numeri cõsoni existit. Quare aliqui posuerunt aiam armoniam fore quandã. 1. de anima. Propter quod ex musica nobis inerit organica: ẽt cum hoc dependeat ab alia. Nã in alijs motibus corporis quãtitatiuis, sicut in voce, aut in organis ortis poterit reperiri suo modo. per viã nanq; cognitionis & effectus, musica organica depẽdet ex organica pulsuali. In via vero causę, cõtingit contra. Itaq; musicalis in pulsu reperitur armonia, silr & in anhelitu vtcũq;. Poterit deniq; quis temperatissimi tactus & per-

C spicacissimi ad notitiam cõsonantiæ pulsus deuenire, vt de seipso testatur Gal. in systole pulsus cõtigisse. Cum. n. eam diu non percepisset, demum per continuũ tangendi arterias exercitium percepit & cõpleuit, ita vt portę pulsuum tunc fuerunt ei apertę. primi secunda & Haly. quadripartiti. 4. Quod & fulcitur. Illud. n. potest sciri & tãdem percipi: cuius silitudinẽ habemus, & maxime cum aia nostra intelligat phantasmate mediante. Sed proportionis vel consonantiæ pulsus habemus silitudinem, vt ostensum, armonicam. s. consonantiam. Rursus. illud potest sciri, quod certiori percipitur sensu: hic aũt tactus. vbi nãq; alij decipiuntur, pleraq; ipse certificat, nisi fortassis in digitorũ varietatibus: & maxime cum hunc præ alijs animalium certissimũ habeamus. 2. de aia. Nostrorum enim cõpaginatio amplius in mediocritatẽ & temperamẽtum peruenit. Itaq; huius poterimus cognitione potiri: q̃ꝙ extet difficile tpis motus morula, cum nil animal percipiat absq; tpe & continuo. de memoria et reminiscentia. Propter huius secũdum sciendum ꝙ A. ma-

D nifestat decimum genus pulsuum ẽm ipsius ordinem, qd Gal. & Haly. posuerũt octauum. Inquiens ꝙ genus pulsuum, quod sumitur ex põdere, est per comparationem proportionis quãtitatum proportionalium quatuor tẽporum in adinuicẽ. puta duorum motuum, & duarum quietum. Et quãuis sensus non possit omne hoc discerne re: tñ poterit per comparationem proportionis quãtitatum proportionaliũ temporum diastolis ad tẽpus quod est inter duas diastoles: qm̃ tunc interueniunt tpa tria, vt motus ad systolem, & quies & motus ipsius ad diastolẽ. Et ad summum cõparando tẽpus in quo est motus ad id in quo fit quies, aut contra. motus nanq; magis ꝑcipitur quiete, q̃ꝙ motus motu, vel quies quiete cum opponãtur, plusq; tpis colligãt. Et ideo qui faciunt comparationem tpis motus ad tẽpus motus, & tẽporis quietis ad tempus quietis: ponunt capitulũ in capitulo. Et id. 7. theoricæ cũ Gal. hoc est cognitionẽ sensitiuam, locãt in agnitionem intellectiuam. Duo nanq; sunt capitula & principia cognitionis sensus & intellectus vtcunq; opposita: & licet

E huiusmodi missio sit tolerabilis & nõ inconueniens, nõ tamen est bona siue vtilis, quia non põt in sensum & experientiam peruenire, sicut consideratio expetit medicinæ. Deinde ostẽdit quid sit pondus vel mensura dicens, ꝙ est illud in quo proportiones attẽduntur musicæ. hoc autem videtur velocitas & tarditas, raritas & spissitudo principaliter temporis rõne in quo consistunt: consequẽter vero magnitudo & paruitas, fortitudo, & debilitas. Sup has enim differentias proprie videtur pulsuum proportiones attẽdi. Cum igitur vnius pulsus aut partes, vel pars vnius pulsus iuxta prędictum canonem proportionum vel consonãtiarum se habeant ad alterũ in quatuor maxime differẽtijs vel quinq;. puta magnitudine & paruitate: fortitudine et debilitate, velocitate et tarditate, spissitudine & raritate: aut etiam duritie & mollitie, sicut qua

F tuor ad tria: consonantia pulsualis. diatessarõ musicali consonantiæ erit relata. Si vero se in his habeant velut tria ad duo: tunc consurgit pulsus proportio diapente supposita. Si autem vt quatuor ad duo: ita ipsa proportionatur diapason, & ita in alijs compositis. Accedo igitur amplius in expositionem seriei. A. qui dans eius intẽtionem dicit. Scio ꝙ in pulsu natura & potestas musicæ reperitur, quod declarat in pulsu æquali & inæqualiꝫ, ac in pulsu ponderis, in quibus magis natura obseruaẽ musicæ. secundo exemplificat proportiones quas in pulsu possumus obseruare illic. Gal. vero. Et primitus id ostendit in pulsu æquali et inæquali: secundo in pulsu inæqualiter ordinato, et inęqualiter inordinato. & in pulsu ponderis ibi. Et quemadmodum, proponens itaq; similitudinem quandã inquit. Sicut scientia musicę perficitur ex sonorũ adinuicem coniunctione ẽm proportionem temporum consequentem ipsos in acuitate & grauitate, quæ sunt vocis differentiæ per circulares quosdã casus & cursus: nunc voce descendendo: tunc aũt subleuãdo quæ inter eorũ existunt percussiones. Illic. n. constituuntur sicut circuli incipientes ab vna septẽ vocum: & per alias transeuntes reuertunẽ. Deinde adaptans secundo ꝑtacta duobus ꝓpositis dicit silr esse in. p. quia proportio tẽporum pulsuum in q̃bus proportio principalr obseruaẽ in velocitate & spissitudine: silr in raritate & tarditate est tanq̃ ꝓportio sonorũ musicæ in hmõi. Et proportio ẽt dispositionũ pulsuũ in fortitudine et debilitate, in magnitudine & paruitate, est sicut ꝓportio coniunctionis seu cõpositionis sonorũ musicę per quas cõtingit sonos variari ẽm velocitatẽ, tarditatẽ &c. Deinde ẽt queãdmodũ declarat id in pulsu põderis & in diuerse ordinato & inordinato ponens primo duas partes silitudinis: deinde aptans ad propositũ illic. Et ꝓportio. Et dicit ꝙ sicut tps percutiendi longũ vel breue & quantitas extensionis sonorũ q̃nq;

H sunt conuenientes ꝓportionales vt in bellis tubæ, in cameris psalterium & viola. Et aliq̃n inconueniẽtes & imꝓportionatæ loco, vt eius quod exẽplificatũ. e conuerso. & id quo ad pulsum ponderis. Et silr q̃n accidit interdũ diuersitates ordinatas esse in quinq; rebus vel pluribus, & aliquando inordinatas ordinẽ indifferenter corrumpentes: & hoc quãtum ad pulsum diuerso ordinatum & inordinatum. Deinde & ꝓportio. succincte valde & cõfuse has duas partes silitudinis applicat dicens. Ita proportio dispõnis pulsus in fortitudine & debilitate, & in quãtitate, in magnitudine et paruitate, ac silibus quo ad vtrosq; pulsus: licet sonet de pulsu põderis: cõtingit esse cõueniens &c. Et subdit ꝙ egreditur hoc a genere pulsus in quo attenditur ordo aut eius oppositum. quare pulsus ingreditur ponderis. in ipso enim proprius seruatur consonãtia pulsualis: eo ꝙ sumitur ex tẽpore motus vbi quãtitas reperiẽ. Deinde. Gal. aũt exprimit ꝓportiones pulsuales ẽm ꝙ musicis cõsonantijs adaptanẽ dicens: ꝙ

phor. 6.
ibidem.
Te. cõ. 54.
Dec. 3. cõ. 1. cap. 1. in princ.
Te. cõ. 94.
Post princ. secũda primi doct. 3. G. 1. ca. 1. versus finẽ. De differẽtijs febriũ cap. 11. 7. theo ca. 8. post prin.

I visus est Gal. q: id quod pōt percipi ex proportionibus pōderis & pulsus, est iuxta vnam ꝓportionem musicę, quæ dicitur proportio totius.i.dupli & quinq;,quæ pro portio dicitur tripli. Quod expones subdit,q: ea est proportio dupli adiūcta proportioni,quæ addit medietatē, quia continet totum aliquid & ipsius medium, & ista est proportio cōposita ex diapente diapason:& ideo sic ap pellata bis aliquod totum continens & eius medium.Sic igitur qn̄ aliquis pulsus se habet ad alium in velocitate & tarditate & cæteris,vt tactum differentijs in numeris vel vocibus,vt tria ad vnum;ꝓportio similis prædictæ con cidet in pulsu. Et sic in alijs dicendū erit proportionibus pulsuum suo modo. Secunda proportio in pulsu obseruata est s̄m proportionē musicalem dictam per totum, quę prior est dupli,& ista est consonantia diapason, siue per totum seu omne dicta:qm̄ in toto vel perfecto ter minatur:puta in primo monochordi fine,vt in octo. oē náq; & totū & perfectum non s̄m spēm differunt abinui cem.primo cœli & mundi. Nominatur etiā ita. quia oēs obtinet voces. Antiquitus octo vt apparuit citharæ cō stabant chordis.& quia octo vocibus constituitur.tertia vero,ꝓportio hic cōsiderata est illa quæ dicit per quinq;, quæ addit medietatē,sicut cum aliquid cōtineat aliquod totum & eius medium,vt tria se habent ad duo,quæ pro portio dicit diapente,siue per quinq;.eo q: in quinto ter minet loco monochordi,quinq; obtinens voces.quarta quoq; proportio quæ in pulsu dicit reperiri, sumit iuxta ꝓportionem,quæ est per quatuor addentē tertiam partē. Continet enim totū aliquod et tertiam partem super hoc ipsius,vt quatuor se habet ad tria: quę diatessaron dicit: eo q: quatuor vocibus constans in quarto loco cadit instrumenti. Est & quinta,ꝓportio in pulsu obseruata,quæ accipitur iuxta proportionem cōiter sumptā,quæ est per quinq; addentem quartam partem, quali proportione quinq; se habet ad quatuor,cum ipsum totum habeat & vnum quod est eius pars quarta, quæ proportio non est ꝓprie musicalis,cum solum quinq; vel sex extent. Minima.n.proportionum musicalium est diatessaron:maxima vero bis diapason.Quidam tn̄ hic pythagoriçantes principia musicæ ignorantes proportionē hanc musicalem fore cōtra reliquas putant distinctam: septem etiam asserentes,cum et diatonū inter eas locent. Deinde subditur q: postea in pulsibus nō percipitur aliqua porportio modica interueniente tp̄is inter duo cōparabilia distantia: qualis est,ꝓportio.5.ad.6.vel.7.ad.6.& sic deinceps percipitur multo minus. Dubitatur cur,ꝓportio musicalis bis diapason non numerat ab A.cum possit in pulsibus reperiri,sicut reperitur in alijs. Aut dicēdum fortassis q: non interuenit tanta distātia in partes pulsus, vt quę eius. Vel forte reliquit notam ex diapente diapason cidē appropinquante. Apparet itaq; veritas huius quęsiti difficilis admirati cum sit de pulsibus:quorū scientia ꝗ̄ardua.vnde theori.7.Pulsus scientia grauis est & difficilis,& cognitio ipsius cum magna suscipitur difficultate triplici ex causa.Primum.quia non est facile assuescere in venarum sensu consuetudinem quę possit cognoscere modicam alterationē quæ in pulsu fit.Secundo.quia necesse sit breuiori tp̄e solum decem genera pulsuū cognoscere,cum vnum ad reliquum habeat relationem.Tertio quia nihil certius exterius reperitur cui valeat pulsus conferri vel cōparari, velut in vrina. Subdoq; quartā quia pulsus est motus.&1.dr̄ia. motus autē cognitio difficilis cū sit materialis potentialis non ꝑmanens is successiuus, vt sermo ipsius ostendit qui de physico extat auditu.

K Collr.tex. com.1.

L

M Cap.2. in prin.

Lib.3.tex. com.6.

PROPTER QVARTVM vero ad primum dicēdum q: quidā dicunt proportiones hincinde sumi æquiuoce. puta in musica & pulsu. Quod falsum(vt visum) ex dictis,cum ostensum sit in pulsu musicam saltē humanam reperiri.Et musica vniuoce magis aut saltē analogice, vt de tribus particularibus musicis, vt superius innotuit prędicatur tanquam genus. Vnde dicendum est q: alteræ species & differentiæ sub alteris collocantur:quoniam sonorū proportiones sub illis quæ pulsuum naturaliter continent magis si in ipso musicā volumus obseruare humanam: & si in sonis organicam cum hoc tunc velut pars cōtineatur in toto. Si vero proportiones pulsuum considerentur tanq̄ immanifestæ:cognoscunt vero per proportiones sonoꝝ sicut per aliquod manifestū: & probentur.sic proportionibus subdētur musicæ organicæ. Vel potest dici q: proportiones pulsuum quadam similitudine qua oēs transferunt.topi.6.transumptæ sūt a proportionibus musicæ organicæ: quæ transumptio iam dudum apparuit. Ad aliud dicēdum,q: sicut musica organica est circa quantitatē temporum, ita & musica obseruata in pulsu, vt visum in expositione seriei A.

N

Cap.1. in xu.

Ad aliud dicendum,q: subiecta nō multum differunt: qm̄ numerus sonorus adaptatur homini s̄m instrumēta maxime naturalia, vt & pulsus ordine suo. Ad aliud dicēdum,q: licet in vno consonātia attendatur vocum, & in alio pulsuum. hæc tn̄ multum distant, vt declaratū est iam in adinuicē proportionibus s̄m quas accipitur similitudo. Ad aliud dicēdum,q: sicut musica organica quietat animos,& ad laudabiliores prouehit mores, ita etiā consequenter medicina habitū conseruat perfectum in corpore,aut inducens puta sanitatē. non.n.minus pacificant animi & mores cōsurgunt insignes. vn̄.1.de ingenio.Qui vult curare aiam primo curet corpus &c.

O

Ca.5.post prin.

DIFFERENTIA. LXXXIIII.

QVOD EGESTIONIS coloris varietas sit laudabilis ostendit, vt apparebit ꝑ quartum secundę. Palin.mutationes egestionū iuuant aphor.2.Quod firmatur. qm̄ tertio sextadecima. Qui egerit species diuersas.s. cholerici & spumosi,& spēs pingues & non debilitatur: non oportet vt ipsum cōstringas & perducas ad ægritudines fraudulentas:hæ aūt varietatem importāt. Amplius simile vr̄ de vrina & de egestione cum sit alterutra superfluitas vniuersalis.sed vrina laudatur varij coloris vltra simplicem. vnde primi secunda. Vrina nigra est signum malum:quæ tn̄ ex ea sanior est:est illa cuius hypostasis est nigra & aquositas non est nigra. hmōi vero color varietatem importat. Adhuc ars est naturæ sequela. varietas aūt coloris egestionis approbatur s̄m artem magis. iuxta illud veteris. Cum pharmaco vero melius & quāto ampliores colores,egestiones non malę. Rursus.illud est bonum quod vigorem ostendit naturæ. huiusmodi vero est varietas coloris cum potentiam ostendat ipsius sup humores plurimos expellendos.Itaq; egestionis coloris varietas laudabilis extat.

Tra.1.ca.77.
Apho.14.
Tra.1.ca.2.in fine.

P

Doc.3.su.2.ca.6.v. sus finem.

Aphor.4. cap.21.

IN OPPOSITVM medicorum cętus. Adhuc de ratione digestionis in superfluis est materiam virtuti habilitare expulsiuæ.id aūt proprie fit præparando substātiam: eamq; diuidendo a partibus & reddendo vnigeneam,& demum colorem,cum is causetur ab æqualitatibus mediantibus primis.differētia sequenti. Eti.simile videtur de egestione, vt de sputo & vomitu. Sed vituperantur tales varij seu puri. prognosticorum secundo.

Q

Te.cō.40. &.41.

Itidem illud extat illaudabile quod a propria egreditur natura vel colore: proprius autem vt apparebit egestionis color est ad subcitrinum declinare. Varius autē multiplex diuersificatur ab isto.Igitur coloris illaudabilis est varietas.

PROPTER PRIMVM quidem sciēdum q: egestio dupliciter accipitur. vno modo cōiter pro superfluitatū omni eductione. iuxta illud secundæ aphorismoꝝ. Considerare oportet egestiones,quod proprius dicit excretiones. Aliter quidem proprie prout est supfluitas digestionis primæ in intestinis inferioribus:& maxime in

Aphor.14

monoculo

A monoculo causata. In eo nãq; in dietatis inculpabiliter a chilositate stercus secernitur, cui quidẽ cholera pmiscetur a chisti fellis delata. Ipsa quoq; quadrupliciter potest fm in ea reperta cõsiderari, aut rõne quantitatis, qualitatis, exitus, tempore, vel ea cum qua egredit habitudine. Quantitate quidem variatur dupliciter vel absolute, aut fm quid, vt qualitatis in quãtitate. primo quidem in multam, paucam, diuersificatur ac mediã. Quod etiam euenit aut,ppter susceptum cibũ vel suscipientis naturã. Siquidem multa plurimos denotat cibos. Si autem pauca, paucos cum ordine & artificio tali vel hmõi. Media quoq; mediocres, & consequẽter dispositas sufficienter, quæ circa eam, operãtes particulas. Si vero secundo, aut fortitudo existit excretiuæ cum attractiuæ imbecillitate, meseraicarum puta. Vel multiplex choleræ in intestina cõfluxus vel motus superfluus. Pauca quoq; ex oppositis redditur causis & digestiuæ imbecillitate, retentiua ei

B deseruiente. Qualitatis in quãtitate quidem respectu vel quia ex cibo plus in corpore imittitur quàm in secessum transducat, vt mulsa, & nuces. theoricæ. 7. & vinum magis, testiculi gallorum saginatorum et brodium carnium laudatarum. differentia. 68. aut contra ceu baucia, rapa, caulis, & quæ huiusmodi. vel medium obtinet, vt panis fm Auer. gallinæ caro annualis agni & hædina. Et hæc itidem fm corpora diuersificantur apta taliter vel aliter suscipere. Qualitatis quoq; rõne tripliciter liquoris seu substantiæ a medicis plerũq; nominatæ coloris & odoris. Ex liquore quidem. quia alius humidus, alius siccus, nonnullus vero medius. Humidus quidem denotat succositatem alimenti ad hepar minime demandari aut defluxum humorum in ventrẽ & intestina. Quod discerni tur colore alimenti vel humorum. Siccus vero signat priuationem harum causarũ & caliditatem partium digestiuarum cum hepatis robore. Et ad hoc similiter dispositio ciborum operatur. Mediocris autẽ ex causis consur-

C git medijs. Ex colore quidẽ multipliciter signatur, sicut & colores multi existunt & possunt simplices esse vel cõmisti: quoniam alius subalbidus, alius creteus, citrinus, igneus & croceus, eruginosus, viridis, indicus, liuidus & niger. Quorum quoq; subalbidus phlegma denotat gipseum abundare, aut frigiditatum dominiũ. Creteus priuationem descensus choleræ in intestina. Citrinus et proprie remissus naturalẽ vt sic denotat egestionem. Igneus choleram rubeam signat abundãter in intestina mandari. Et croceus amplius illo. Eruginosus choleram hmõi, vt viridis viridẽ, & frigiditatem quãdoq;. Indicus vero liuidus & niger mortificationẽ denotant calidi vel adustionem aut choleram adustam vel prauã choleram nigram: plus tñ & minus. Cuius quidẽ pessima extat significatio nisi euacuet paulatine fortasse. Compositi quoq; colores sunt plurimi: verum quidã magis tendunt in la-

D tus naturalitatis vtcunq; sicut priores, alteri in oppositã ceu postremi, quorum intẽsior est malitia. Ex odore siquidem qm̃ quædam ex priuata odore quæ grandem signat frigiditatem, aut phlegmatis dominium. Alia vero est odoris trahentis ad acredinem vel ponticitatẽ, vt quæ melancholiæ: quædam ad acuitatem nitrosam ceu quæ choleræ, vel erit multũ fœtida quæ putredinem humorũ, vel digestionis corruptionẽ signat. Quod aliqñ contingit ex cibis, vt sunt tallus arboris, gummi, asse, porrum, allia, eruca & huiusmodi. Aut mediocris inter habere fœtorem, & non habere, quæ perfectam denotat digestionẽ & naturalitatem. Ratione quidem egressionis tẽporis diuersificatur, cum quædam sit cita, alia tarda, & nõnulla media. Quod euenit ex ciborũ diuersitate in se ac ordine illorũ vel debilitate attractiuæ cum fortitudine excretiuæ, vel sensibilitate partium digestiuarum nimia vel vlcere vel humorum cõfluxu, aut ex eorum opposito, vel ex eorum medio. Ex habitudine vero quia egreditur

E cum sonitu vel ventositate aut spuma, vnctuositate, sanguine, vel sanie. Quæ autẽ cum sonitu, denotat ventositatem humido ipsius admisceri, et frigiditatem intestinorum, vel angustiam instrumẽtorum, quæ non parum ex cibis etiã causatur ventosis. cuius significatio in non verecundantibus ægrotantibus est praua. Quæ autem cum ventositate minor est prædicta, minusq; mala, quæ calido efficitur, vel motu, vel vtroq;. Spumosa quoq; monstrat calorẽ fortem eliquãtem, vt in tabidis, vel ventositatis cõmistionem. Vnctuosa siquidem adipis & pinguedinis liquefactionem, et humiditatis principalium, cum fuerit leuis viscosa. leuis vero vt supernatet aquæ ceu stercus vaccæ ventositatem demõstrant non paucam, vt in cholicis. Sanguinea vero egredit vel a toto corpore, vel a parte, vt hepate, meseraica, splene vel intestinis & huiusmodi: aut mẽbri mutilatione, quod dolore, læsioneq; actionum diuersificatur: qm̃ aut est chilosa, vel lauatiua,

F cholerica, virulenta, feculenta, subtilis, grossa, nigra, melãcholica, vel sanguis purus, aut caro hepatis nigra, grossa. tertij decimaquarta. Sanies siquidem denotat rupturam apostematis vel intestinorũ vlcera siue purgationẽ materiæ virulentæ omni ex corpore. vnde primi secunda. Sanus relinquẽs exercitium multoties egerit virus & sanguinem, quæ sibi laudabilis est purgatio, cum ab inde laxitas remoueatur. Et nosce q; egestionum alia est naturalis optima, vt mollis, continua, fm quãtitatem proportionabiliter eius assumptorum, hora subiens solita et nõmurmurans egressu. pgnosticorum. 2. vnde secunda primi. Hæc egestionum est melior, quæ iuncta similium partium in qua siccitati est aquositas vehementer admista, cuius spissitudo est vt quæ mellis, exitu facilis, non pungens: colorẽ habens ad citrinitatem attinentem: non multi fœtoris, neq; illo priuata, rugitum minime, seu gurgulationem habens, vel spumam, hora subiens cõsueta, & quantitati assumptorum proportionata. Quæ autẽ huic

G opposita innaturalis ad hanc existit, fm tñ amplius & minus valde. Quid aũt sit color. differentia visum. 64. Est aũt hic varietas diuersa in egestione colorum simul perceptio. laudabilis quoq; nunc significationẽ importat. Est aũt laudabile aliquid, aliud illaudabile, nonnullum vero medium. Laudabile quoq; multiplex, quia vel bonitatis perpaucæ. & ita signum non malum, aut amplioris. & sic bonum. vel adhuc intensioris, & id melius: & ita deinceps optimum ac optimum valde seu saluberrimum. Similiter & illaudabile, aut paucæ malitiæ erit, & etiam signum non bonum, vel grandioris, et id malum, aut deinceps: & tunc pessimum & q̃pessimum seu mortalissimum. Medium autẽ appellatur neutrum: sicut in Tecni digiti denigrati, quod & latitudinẽ habet, ceu vni extremorum amplius, q̃ alteri appropinquans. primo crisium. & decimo apparens Almansoris.

H PROPTER SECVNDVM vero sciendũ q; medicorum cœtus visus est cõiter vituperare varietatẽ coloris egestionis. vnde prognosticorum. 2. Egestiones variæ diuturniorem denotant morbum, nigris, liuidis, pinguibus & olentibus, perniciosæ aũt nihil minus. Sunt nãq; hmõi rasiuæ, cholericæ, sanguineæ, prassinæ & nigræ. aliqñ quidem simul: quandoq; vero singulariter exeuntes. Et ideo ibidem Cõmentator. variæ multas esse dispositiones ostendunt. vnde tempore indigent ad digestionẽ. multis enim entibus dispositionibus decẽter quidem esse quasdam ex ipsis longas. Si autem natura sed oino qualiter naturam quemadmodum resistẽtibus plurimis certantem consumere plurimum tempus. Et aphorismorum quarta. Quantũcunq; colores plures egestionũ fuerint magis, peius. Crisium quoq; primo. Egestio varia varijs possideri corpus dispositionibus mõstrat. & ideo diuturna & malitiosa. multæ nãq; dispositiones tẽpore egent ad digestionẽ ampliori, & periculum inferũt mul-

Concil. R iiij titudini

Margin notes: Ca. 16. in te medio. — Tra. 1. ca. 13. p. me. Doc. 3. sũ. 2. c. 13. in medio. — Te. cõ. 13. & seq. Doc. 3. sũ 2. ca. 13. & sus finem. — Lib. 2. t. c. aspenolti. Cap. 13. Ca. 11. in po. & fine. — Te. cõ. 13. — Aphor. 11 — Ca. 11. in fine.

I Cap.31. Ca.10.ante mediũ. Tra.1.ca.77. in pn. titudini æquali. Et id Almansoris ẽt theoricæ.10. Cuius quidem contrarium quarto secunda feriatur ita. Diuersitas coloris eius quod egreditur de egestione est laudabilis in duabus horis nõ alibi. Quarum vna est diuersitas cretica post digestionem in die cretico, & signo cretico. Altera vero post solutiuam potionem pertranseuntem forte. signat nãq; in his duabus dispositionibus mũdificationem expectatam. Sed in aliis adustionem, liquefactionẽ Tra.4.ca.1.post me. & multitudinẽ humorum corruptorũ. vnde tertio quartadecima. Est qñq; in expulsionibus colorum diuersorũ leuitas. Quid autem de hoc, consequenter apparebit.

PROPTER TERTIVM quidem ex his sciendũ q̃ diuersitas coloris egestionis aut egredit̃ ab arte p pharmacum, vel spõte. Siquidem primum, aut pharmacum effrenitat vel non. Si vero effrenitat malũ: prauam enim dispositionem causat in corpore. Si autem nõ effrenitat, tunc aut pharmacũ habet euacuarẽ plurimos humores: K & per consequens colores vna: & id est bonũ supposito tali vt opus euacuare. Si vero solũ vnum educere & plures euacuet, non bonũ, vt prius saltẽ significatiue: cũ multos humores denotet in corpore quos natura nõ potens gubernare sponte emittit fere. Si aũt sponte fluant hmõi cum humoribus colores, aut sunt oĩno praui corrupti, vel non sunt tales, sed vtcunq; adhuc attinẽt ad naturalitatẽ. Et tunc aut expellunt̃ in principio nondum apparẽtibus quę digestionis signis, vel in statu, vt qñ iam apparuerint ea. Siquidẽ prius aut virtus est fortis, uel debilis. si qdẽ debilis vel prauũ & necem denotãs magis. si vero robusta, plixitatem morbi. Interdum nãq; virtus est fortis, sensibilis, intolerans, indigestũ expellẽs in principio, aut cũ eo digestũ in augmento, cũ indicatiua semp sint signa præcedentia quæ digestionis. Si aũt secundo, tunc vel crisis erit pfecta, & ita tanta põt in varietate coloris egestionis fieri digestio cum substantia, vt non solum ipsa, ve℞ L color vnitentur. & id optimum demõstratur. Siquidem diminuta, tunc mutantur colores in melius, sed varietatem non pdunt omnino. Et id laudabile fit respectu euacuationis in principio factæ: non aũt quę in vltimo crisi pfecta. vnde & habebunt mediocriter significare per pri Capi.13. In medio. Cõ.apho.22.p'me. mum crisium, & aphorismorũ, cum ibi dictũ sit digestionis signa semper de se fore laudabilia, & breuitatẽ morbi denotantia. Indicatiua vero nõ semper nisi cum quæ digestionis præcesserint signa. Dixi autẽ per se, quia potest esse materia digesta. non tñ subsequitur salus: eo q̃ virtus non poterit ipsam educere excretiua, velut sanie cõtenta Com.17. In medio. Ca.8. post prin. Aphor.4. Apho.22. in pectore quãdoq; prognosticoℛ.2. & interiorum.4. et merito cum altera sit virtus naturalis quæ digerit, & expellens amplius aialis. Si autem existant hmõi humores colorũ innaturalium penitus: tunc non solum plures: verum vnus iudicat̃ a vetere pessimus. vnde subdit. Aegritudinibus quibuscunq; incipientibus a cholera nigra sur M sum vel deorsum subiecit, mortale: cum oẽm euacuationem laudabilẽ digestionem oporteat pręcedere. sequi vero discretionẽ materiæ a partibus, videlicet, & deinceps euacuationẽ. Cõmẽtator ibidem. Si vero egrediatur in statu præeuntibus iam digestionis significationibus: cum virtutis ẽt constantia, potest in laudabile conuerti: quãuis non amittant uarietatem coloris omnifariã: cum natura non possit eos vnitare propter ipsorum maliciã, permutatur tñ in melius, vt in colores minus naturæ op Cõ.aphorismo.11. positos. vnde ibidem Cõmentator. Quia multum tales egestiones vidimus fm pestilentem ægritudinem lõgam periculose habentibus & saluandis. non tñ apparebant principiantibus ægritudinibus, aut augmentãtibus colliquationes flauæ colore existentes cum egrediebantur: quarum colores postea nigri: queãdmodum fex sangui Ca.15.versus finem. nis apparebant. Quare theoricæ.1. Vidi nonnullos egerentes hãc spẽm melancholiæ, vt nigram, qui cito pereunt. vidi quoq; quosdam eoℛ hanc egerentes, & post duos dies citrina facta est egestio paulatim, & a morbo li N berati sunt. Vidi equidem in cuius cute color violaceus apparuit & liberatus est post parum: qm̃ variata est melancholia, & post pusillum flauus factus est color in eorum egestione. Ipseq; ego aspexi egestionem nigram melancholicam inolentem, coruscantem, vt cassia fistula in iuuene quinq; diebus, aut inde manentẽ et redeuntem ad naturalẽ deinceps. Et in eo iam vestigia leprę monstrabãtur in facie. Et ista quidem est pessima, cum nõ fm viam fuerit purgationis. vñ primi secunda. Humor ad vltimũ melancholicus purus pernecans est fm plurimum cum Doc.3.fã.1.cap.13. post med. egreditur, scilicet est mortis significatio. Chimi aũt nigri exitus ceu sanguis niger multoties cõfert. Generatur autẽ huiusmodi cholera vere nigra ex humore nigro, siue ex non certe nigro, quę fex est sanguinis per modũ adustionis vel putrefactionis. Cum enim splen debilitet̃ non potens prætactum humorẽ nigrum, seu melancholiam naturalẽ attrahere, remanet in hepate, & vasis cum sangui O ne, & corruptione in hmõi tam prauum permutatur, vt & lepras deteriores inducat, cancros, herpetes & huiusmodi. & proprie quãdo ex melancholia generatur naturali minus grossa. differẽtia.32. Humor quippe niger tripliciter differt ab egestione nigra. quia coagulatur quando fit exterius, non est lucidus, coruscans, neq; terrã ebulliens fermentat, velut acetum: ita vt aut muscę & vniuersaliter aialia fugiant ab eo: quorũ opposita penitus reperiuntur in egestione melancholica prædicta. Sic itaq; varietas coloris egestionis omnina, & maxime prassina est pessima in principio per viam causę & signi. Causat enĩ prauam in corpore dispositionem ac ostendit. Varietas quoq; immutata per digestionẽ aliqualem in melius extat laudabilis, nõ simpliciter, sed relatiue, & per modum cãæ, quia ipsa euacuata denotat meliorẽ dispositionem P in corpore causari, tñ vt quidã dicũt, illaudabilis est per viam signi, eo q̃ grandem ostendit egestionis maliciã, & a naturalitate ipsius elongatam. Quorum quidem oĩum est euidens confirmatio ex rei quæsitę natura, cum oporteat in omni bona euacuatione digestionem præcedere, sequi vero expulsionem, vt etiam ars ostendit.

PROPTER QVARTVM quidem. ad primum q̃d dicẽdum, visum est. Egestio enim diuersorum colorũ etiam in statu non est omnino bona: cum de ratione maturationis sit vnitare quęcunq;. Est tamẽ bona fm quid, vt illius quæ fit in principio relatione: ita & quæ fm artẽ facta in principio vtcunq; laudabilis est respectu istius quæ accidit sponte: dummodo ars euacuet per aliquod tempus antequam natura. Si enim vna die euacuet, & natura eadem die vel sequenti coacta euacuasset, egestio huius varia non esset minus mala ea quæ sponte facta, immo deterior foret cum virtus fuisset pharmaco fatigata. Ad aliud dicendum, quòd mutatio egestionis con Q fert: dummodo colores ordinate ipsius egrediãtur semel vicissim, vt quòd natura primitus disponat vnum ad exitum, et deinceps alium, licet non sit omnino bonum, eo quòd eius corpus lapsum monstrat in sano nãq; minime habet reperiri. Cum igitur alicubi inueniatur, melius est vt paulatine vnus alteratus post aliũ emittatur q̃ si omnes inalterati vel etiam alterati: dummodo non fiat transmutatio ad humiditatem radicalem principalium, quæ ab eius semota parte & natura corrumpitur de facili. Et ad confirmationem dicendum similiter.

Ad aliud dicendum q̃ non valet: quoniam hic est sermo de varietate egestionis innaturali. Obijcitur autem de vrina partim naturali & innaturali partim. Ita nãq; diceret̃ de egestione, q̃ si esset partim naturalis & innaturalis partim, minus malum esset q̃ si omnis innaturalis.

Ad aliud dicẽdum, q̃ neq; egestio multorum colorum laudatur simpliciter fm artem: cum laudabilius esset simplex illud vnum: sed comparatione ad eam quæ sponte

diuersorum

A diuerſorum fit color. Adhuc aliqua poſſunt fieri per artem quæ non per naturam. & econtrario, licet vniuerſalius ars naturam imitetur: non tñ ipſam attingit. vnde A. 4. meta. Ars eſt debilior ꝙ natura: nec conſequitur eã licet multum laboret. Ars enim ſemp ſequitur naturam recte operantem. Si aũt non oppoſite ſed potius corrigit illam. Ad aliud dicendum, ꝙ varietas colorꝫ egeſtionũ non ſimpliciter oſtendit naturæ vigorem: verum potius vt oſtenſum eſt econuerſo. Nunꝙ enim natura bonam euacuationem conficit: niſi prius ꝑparatio ꝓcedat: quantumcũꝙ ipſa fuerit fortis. Non enim ẜm ꝙ quis fulcitur: vt inimicum ſuum vincat coniunctus illi oĩno: ſed opus ſit vt diſtans ẜm quid fulciatur extra illum. Ad alia etiã quæ alterius partis vt ad primũ iam quid dicendum apparuit vſquequaꝗ. Ad aliud dicendum ꝙ illud verificatur in criſi: oĩbus conditionibus ipſis laudabilibus ſuppoſitis primo criticorum tactis & aphoriſmorũ. Ad aliud dicendum, cũ ſputum ſit ſuperfluitas homogenior aut vomitus ꝙ egeſtio: ſitꝗ ẽt in locis principaliorib⁹ & calidioribus, nõ eſt oĩno ſimile de his vſquequaꝗ ac egeſtione. Ad aliud dicẽdum, ꝙ color egeſtionis naturalis ad citrinitatem vt inductum eſt, declinat. hmõi autẽ varietas coloris in caſu laudabilis nõ ſimpliciter naturalis: ſed ẜm quid, ſicut oſtenſum eſt & imperfecte.

Alia Ariſt. 4. meteororũ coꝫ. tẽ. 27. de quo ſupra diffe. 81. in fi.

B Ca. 1. poſt medium. Cõ. apho. 20.

DIFFERENTIA LXXXV.

QVOD COLOR prius detur vrinæ ꝙ ſubſtantia: oſtenditur teſtimoniis Iſaac & Theophili. Adhuc natura ꝓcedit paulatine de diminutis ad perfectiora: & de facilioribus peruenit ad difficiliora: de aĩalib⁹ apparẽs. Sed color eſt quid diminutum & facilius ſuſceptibile reſpectu ſubſtantiæ ut ſapiunt ꝓprius prædicti. Amplius quod datur a fortiori agẽte, leuius & prius daĩ: ſed hmõi eſt color ſuſtantiæ relatione. Ipſe nãꝗ a qualitatibus ẜm Iſaac cauſatur actiuis magis: ſubſtantia vero a paſſiuis. Rurſus, prius eſt quod ſequitur: & non conuertitur in ꝑdicamẽtis. vnde ſi duo ſunt, vnum eſt: & nõ cõtra. Sed ſi ſubſtantia eſt, ſtatim eſt color, cum ſubſtantia talis ſemper accidentibus qualificetur. Sed ſi color eſt: non ꝓpter hoc ſubſtantia erit. quia quædã vrinæ ẜm Aui. ſubſtãtiã non habent: & tñ coloribus participant. Adhuc ſicut ſe habet hypoſtaſis ad ſubſtantiam: ita ſubſtantia ad colorem vt digeſtionis oſtendit ordo. ſed poſterius datur hypoſtaſis ſubſtantia, poſteriuſꝗ dabiĩ & color. Amplius proble. prima. propter quid oportet intueri quę circa vrinam ſigna: Soluitur autẽ quia ſignum eſt digeſtiuã eſſe ſi fuerit ruffa. Tranſtulit nanꝗ ſe Ariſto. ad colorem non autem ad ſubſtantiam tanꝙ primum & magis digeſtionis oſtenſiuum. Itaꝗ ſubſtantia colorem præſtabit per prius digeſtiua.

Colle. pti. 7. rub. de colore vi. ultimo & ci trico & citriniſſimo circa ꝑn. Ca. de re. mi. palli. da & ſub. pallida vri na. 8. hiſt. c. 1. de. ꝑo.

C Colle. pti. 5. rub. de diuerſitate vrinę ẜm diſpoſitionem in medio. ꝑt. 1. pec. 3. in prin. 2. ꝑmi do. 3. ſũ. 1. c. 11 proble. 52 Doc. 3. ſũ. 2. c. 3. ante medium. T. c. 4

D OPPOSITVM cuius vr̃ ſentiri primi ſecunda. Sic prima nanꝗ digeſtionis operatio eſt ſubſtãtiam efficere. deinde ipſam tingere. Palin. ſubſtãtia prior eſt accidẽte diffinitione, notitia, & tẽpe. metaphyſi. 7. Color vero eſt accidens: liquor eſt ſubſtãtia. Rurſus illud prius datur: ſine quo reliquũ non poteſt exiſtere. Talis vero eſt color reſpectu ſubſtãtię: cum ſit accidens, & accidẽtis ſit ineſſe. Eti. prius dabitur quod magis intẽditur a natura: cum in perfectum conetur limite ſemp deuenire breuiori. id autem ſubſtantia: vehementiorem nanꝗ perfectionem digeſtionis & bonitatem oſtendit in ſubſtantia digeſtio ꝙ in colore. Aui. Itidem. in eodem numero pri⁹ eſt aliqd in potentia ꝙ ſit in actu: nono metaphy. Sed ſubſtantia datur a qualitatibus paſſiuis: quæ ſunt potentiales cum materiales exiſtant magis. Color vero ab actiuis actualibus & formalibus amplius. Igitur prius colore dabitur ſubſtantia. Amplius monſtraĩ ꝙ ſimul: quia eadem generatio exiſtit hoĩs, & hoĩs albi: hoc eſt ſubſtantiæ & accidentis. 4. metaphy. ſed liquor vrinæ ſubſtantia eſt: color vero accidens. Adhuc aphor. 4. Si morb⁹ fuerit peracutus, ſola mutatio coloris, vel liquoris ad futuram criſim ſufficit in ſeptima. Indifferenter igitur videtur apparere. Rurſus accidẽs ſimul producitur cum ſubiecto, & effectus ſimul eſt cum ſua cauſa. phyſicorum ſecundo. Sed ſubſtantia ſubiectum videtur coloris & cauſa: color vero accidens & effectus. Propter quę conuincitur ſimul dari vtraꝗ digeſtione.

vbi ſupra imediate. T. c. 13

E Cõ. apho. 71.

Tc. 37

PROPTER PRIMVM quidem ſciendum antea quid ſit vrina: ſecundo vbi formeĩ & qũo: tertio quot attendanĩ in ea. Et tandem quid noĩe prioris & ſimul eidẽ relati importeĩ. Propter vero huius primum ſciendum ꝙ vrina eſt colamentum ſanguinis ex hepate veniẽs ad veſicam. aphoriſmorꝫ. 4. Per ſanguinem aũt maſſa ſanguinea intelligiĩ oẽs deferens humores: ſanguis enim pro ea ſuſcipitur dña. 30. Et ſic accipiĩ ab Iſaac dicente vrinã fore colamentum ſanguinis & cæterorum humorꝫ actionibus naturæ natũ. Dicitur ẽt ſimpliciter ipſa ſanguinis colamentũ, aut ipſi⁹ ſuperfluitas aquoſa, vel ſero ſimilis. Vt enim ſerũ in generatione caſei ex lacte elicit: ita vrina ex maſſa ſequeſtraĩ humorum. Propter ẜm vero hmõi ſciendum ꝙ vbi & qũo vrina generatur: dña oſtẽdit. 29. Ipſa nãꝗ generationẽ & eſſe cõpletum ſuſcipit in hepate ſicut humores ẜm medicos cæteri. vnde Aui. Vrina matura venarum ſignat ſanitatem: qñ renũ ægritudines maturationem non ꝓhibent vrinæ: quia ipſa ſup eos exiſtit: puta in hepate generata: quod & quarta indicatur aphoriſmorꝫ. Quod oppoſite notat vrina indigeſta oifariam vt quæ diabetis & hmõi ſymptoma deſperatæ digeſtionis uenoſi protendens generis. criſium primo. Rurſus vbi & a quo datur forma iuuatiuo & ſuperfluenti: cum eadem ꝓductione ac digeſtione ꝓducatur iuuatiuum ac ſuperfluum. Sed humores vt ponunt: quorꝫ vrina extat ſuperfluitas gignuntur in hepate. Adhuc cum actio in formæ producat cognitionem: & ſignificare ſit quoddã agere: ab eo quidem formã ſuſcipiet, ſuper quod aliquid maxime ſignat. Tale quidẽ eſt hepar. Nã vrinę ẜm Aui. & vt innuit Damaſcenus ſignificatio eſt illa q̃ de hepate exiſtit, & proprie de gibboſitate et diſpoſitione ipſius, et ideo fallax, niſi morbus extiterit intra uenas. Itaꝗ vrina formatur eſſentialiter in hepate. Q. aũt non in hepate: ſed potius in renibus vrina genereĩ, oſtenditur. 7. theori. ita vrina eſt ſanguinis aquoſitas, quam renes ſeparant et ab eo purgant: cum igiĩ renes cadant in notificationem vrinę, de eius rõne videntur fore. Adhuc. Egidius dicit vrinam fieri in renibus: quia in eis formã acquirit. Eti. 7. meta. Actus ſeparat & diſtinguit. In renibus quoꝗ fit diſcretio & ſeparatio. Erat nãꝗ vrina prius cũ ſanguine permiſta in chili, uena & emulgente: quo nutriebantur renes. Igiĩ actus vrinę & forma ꝓſtatur in renibus. Dicendum ꝙ duplex forma extat vrinæ: vna quidẽ eſſentialis & vera, & altera accidentalis apparens. prima quidem ſuſcipitur in hepate: vt inductũ eſt per A. ſecũda vero in renibus. Vnde Egidius ſui fact⁹ expoſitor. Q̃uis vrina ſubſtantiã & colorem ẜm habitum recipiat in hepate, in renibus tñ ipſam ẜm ſenſum aſſumit. Quare cũ medicus ſit artifex euidentiæ, poterit dicere formam vrinæ in renibus dari accidentalẽ: puta & manifeſtã: ceu fœtui ꝓſtatur forma manifeſtationis qñ vterum egreditur: & ſic actus hmõi ſeparat & diſtinguit. Propter tertium hmõi ſciendum ꝙ in vrina ẜm Haly. duo primitus conſiderantur: aquoſitas ſcilicet & id quod in ipſa deductũ eſt. Primum autẽ diuiditur ẜm ipſum & Auer. in duo ſcilicet in liquorem & colorem. Cõiter tñ quantitas apponiĩ pro tertio: quæ ẽt in eo quod in vrinã deductum eſt conſideratur: et altera his, ẽt odorem adiunxit. Aui. vero primitus ex ſeptem docuit generibus ab eo vocatis vrinã cognoſcere: his tñ minora ſeu plura. Cõmunius tñ ad quatuor reducuntur, quæ ſunt ſubſtantia ſiue liquor, color, quãtitas & contentum

Vrina qd ſit. Cõ. apho. 69. in ꝑn. ſu vrinis pti. prima in prin.

F

2. ꝑmi do. 3. ſũ. 2. c. 6

Colle. cõ. apho. 77

Ca. 11. p⁹ principiũ.

G 2. ꝑmi do. 3. ſũ. 1. c. 6 apho. 19.

Ca. 11. in principio.

T. c. 49

H

7. theo. ca. 13. in ꝑn. Colli. 4 colliget. c. 21. in ꝑn. 2. ꝑmi do. 3. ſũ. 2. c. 6 verſus fi.

I contentum:quod noie cōiꝰ hypostasis appellatur. Vt horum aūt appareat interpretatio sciendum ꝙ substātia suscipitur dupliciter. Vno quidem modo prout p̄mum scilicet est genus entium,quę in simplicem sequestratur ut in materiam:formam & compositum circa principium

T.c.8 secundi de aïa. quam quidem medicus substantiam nō considerat:sed magis diuinus aut naturalis:cum nō percipiatur sensu sed itellectu:est enim hoc vniuersale quod-

Coll'r tex cō.60 dam quod intellectus extat obiectum.2.de aia.Substātia vero quę a medico in vrina perspicitur,sensu percipitur, cum vrinā consideret vt signum.Oē aūt signum est sensibile.Est autem hmōi substantia quæ absq̄ nois ambiguitate liquor dicitur melius natura seu qualitas quædam dicta:quam visus in vrina conspicit:ſm subtilitatem:grossitiem,aut ipsius mediū variata:& hinc est ꝙ triplex ponitur vrinæ substantia,scilicet subtilis: grossa:& media. Cuius quædam in medio consistit oino:alia declinat ad

K subtilitatis latus:nonnulla vero ad spissitudinis. Et silr quædam est vltime tenuis:alia vero simplex: sicq̄ dupliciter grossa.Est aūt tenuis per quam visus acies potest liberius pertransire:grossa quoq̄ per quam impedite. In media quoq̄ medium reperit.Est & color in vrina obseruandus qui dupliciter suscipitur:p̄prie videlicet prout dicit de sensu & sensato.Color est vltimitas seu extremitas

Post prin. corporis terminati:vnde dr̄ia.64.Color est qualitas quę perficitur ex luce.Et solet ponere corpus prohibens affectionem lucentis ab eo inter quod & lucens ipsum est medium:quales sunt oēs vrinę colores p̄ter album aqueum. Cōiter vero suscipitur color pro quocūq̄ quod visu potest modo quoquo discerni.iuxta illud secūdi de anima.

T.c.67 &.73 Color est motus visus ſm actum diaphani a luce scilicet irradiati.Est nāq̄ lumen actus diaphani & perfectio.Et sic color qui est diaphanitas & trāslucentia quædam,ac oīum pro certo colorum priuatio,color vocaī. Accidit

L enim si q̄ videatur ſm ꝙ modo suscipit colorem aliquo. Diaphanum enim nō est per se visibile:vt simpliciter est

T.c.68 dicere:sed p̄p extraneū colorem susceptum.2.de aia. Oē enim quod videtur aliqualiter ſm rōnem colorati videī: cum proprium obiectū visus color existat:itaq̄ cum medicus colorem aqueum ponat,constat colorem sic cōiter

Coll'r.1.p. do.3.sum. 2.cap.2 4.colliget cō.21 7.theo.cō. 13 Coll'r.1.8 criū.c.12 suscipere de quo appēdit ꝯs.64. Vrinæ aūt colores vniuersaliter inspecti ponuntur quinq̄ ſm A.& Auer. gradu videlicet albedinis,citrinitatis,rubedinis,viriditatis, & nigredinis.Haly.vero sex induxit,album, citrinum, igneum,rubeum clarum:rubeum spissum, et nigrum.Hi siquidem in colores demū descendūt particulares q̄ plures.Et ideo ex his moderni & Gal'.cum Isaac colores viginti collegerunt:nigrum bis pronūtiantes ſm ꝙ a mortificatione vel ab adustione causatur.Sunt aūt niger,liuidus,albus,lacteus, karopus,glaucus,subpallidus,pallidus,subcitrinus,citrinus,subruffus,ruffus,subrubeus, ru

M beus,subrubicundus,rubicundus,inops,kianos viridis & niger.Quibus aūt representententur paradigmatibus nō est p̄sentis speculationis. Hoꝝ vero quidam significant frigiditatem & digestionis imperfectionē:vt vsq̄ ad pallidum tendentes. Alij temperati calidi actionem cum latitudine quadam:sicut vsq̄ ad ruffum eleuati. Deinde significant vehemētem caliditatem vt vsq̄ ad subrubicundum protensi.Et inde inflammationem & demum adustionem intensam. Hoꝝ itidem quidam sunt simplices, & quidam compositi:primi quidem ut albus & niger:hi nāq̄ colores sunt primi:ex quibus sicut in armonijs consonantiæ aliæ cōstituuntur omnes:color enim albus ſm Isaac alioꝝ basis existit & materia:ita vt oēs tandem re-

In vrinis pti.7.circa principiū. soluantur in ipsum & incipiant ab eodem. Compositi vero duplices existunt:quidam enim vere & ſm intellectum compositi sunt:ita ꝙ sensu medium nō percipiatur inter extrema:quales sunt cæteri inter album entes & nigrum:ex extremis nāq̄ conficitur medium. Alteri vero

sunt compositione sensibili cōcreti vt vtrūq̄ componentium discernatur sensu,qui sunt loturæ sanguinis similes, oleaginus,carminus siue cineritius & ex rubeo & nigro

N commistus. Vrinæ aūt quantitas triplex existit: pauca: multa & mediocris:hoc aūt ad quantitatem refertur immissorum maxime:aut ad humores q̄ñq̄ euātos in eandem. Odor quoq̄ vrinæ grauis seu fœtor corruptionē grandem denotat,sicut calorem multa humiditate detentum extranea:vt quæ sanguineoꝝ.Sunt enim eis fœtidæ vrinæ & egestiones ſm Gal'.& A.priuatio vero odoris aut humoꝝ cruditatem:uel calidi mortificationem significat. Id aūt quod p̄ter prædicta in vrinam cōcidit contentum vocatur. Quod licet a quibusdam multiplicius q̄ ab alijs ponatur:moderni tñ ipsum in decēnouem diuiserunt iuxta illud.Circulus ampula granum &c. Ipsi nāq̄ fere tria videntur antiquioribus addūxisse. Horum quoq̄ per quæ iudicium extat vrinę ſm magis & minus id p̄fertur.Per hypostasim enim seu cōtentum perfectius

O habetur iudicium:deinde per substantiam,consequenter per odorem & colorem:& demum per quantitatē: vnde & quidam ipsam videntur neglexisse. Illud enim quod denotat digestionem magis vel indigestionē:aut eius cōtrarium magis in urina est significatiuum:tale quidem ut dicunt est hypostasis:deinde substantia &c.Et ideo Hippo.significationem ipsius prætulit:alijs in vrina obseruatis prognosticorum secundo. Propter vltimum uero huiusmodi sciendum:ꝙ licet prius dicatur multipliciter in prædicamentis:& quinto metaphysi.& simul hæc dicuntur ad p̄sens aut tempore:quorum generatio vnius præcedit alterius productionem,vel simul existit aut natura: vt quorum essentia perfectior & causa alijs, vel æque perfecta.

8.de ingen. 7.cir.pri. vsq̄ ad 2.lib.1.c.4 circa pri.

A.t.c.16 vsq̄ ad te. c.38.pti.1 parte 15 tex.cō.16.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum: ꝙ quidam modernoꝝ concluserunt vrinæ naturali substantiam dari primitus q̄ colorem : de qua Phylosophi loquuntur vrina. Medici aūt de innaturali:cui per prius

P datur color q̄ substantia, Id aūt multipliciter ostēditur stare non posse:q̄m medicus vrinam separat in naturalē & in innaturalem.Naturalem aūt dicit cuius substantia fuerit mediocris ad citrinitatem declinantem. Est nanq̄ ſm Gal'. subignea simul & subflaua & magis subignea q̄ subflaua quantitatis mediocris.Et hypostasis cū illic fuerit alba,continua,æqualis,pineata,in fundo residens odoris media inter fœtore & odore priuatam. Innaturalis vero ab hac multipliciter separaī. Quod ostenditur. quia cum scientia oppositoꝝ eadem existat & vt concedunt:medici considerant vrinam innaturalem: & naturalem igitur intendere habebunt. Sed fortassis per naturalem substantiam:& quod quid est ipsius volunt denotare vt p̄tactum vrinæ:per innaturalem vero substantiā liquorem proprius dictam: quæ potius qualitas quędā

Q est secūda:puta subtilitas:grossities,& mediocritas. Q̄ si hoc intendunt voces ab eoꝝ deponunt significatis: vt tales reddantur illis similes cum quibus rōcinandum minime.4.metaphy. Adhuc vt apparebit delirant: q̄m & in vrina naturali prout ipsa substantiam dicit & quidditatem rei non prius tpe datur substantia & color:licet natura prius:quod sermo non tolerat ipsoꝝ:nam simul tpe substantia in his materialibus transmutabilibus cum accidente infertur:cum vnum ab altero nō possit separari. Sequuntur enim accidentia ex necessitate principia componentium intrinseca:ceu sunt qualitates secundæ a primis causatæ: & tertiæ a secundis in virtute primarum.

1.p̄gno.8. c.16.1.me. & p̄mo de crisi ca.11 circa prin.

Coll'r tex. com.10

Rursus.vt ostendetur color interdum vrinæ consequiī substantiam:aliqñ vero hanc præcedit. Fuerunt & alij priores contrarietatem colligētes in eoꝝ sermonibus apparentem. Theophilus enim voluit colorem substantiā præire inquiens,substātiam quasi difficiliorem naturalis calor non potuit condensare.Colorem vero tanq̄ faciliorem

Ca. de te. nui:pallid a & subpalli da vrina.

A liorem in principio digestionis mutauit. Subdit et vrina tenuis, ruffa, et subruffa, laudabilior extat tenui, pallida, & subpallida: denotat nanq; hmoi naturalem cõualuisse calorem: eo q plurimum vrinæ colorem concessit. Sed quia non potuit materiam condensare: vocamus & hãc rõne. v3. substantiæ indigestã. Huic aũt consonat Isaac vtcunq; ita. Si natura incepit decoquere & præualere in decoctione, inde color est vrinæ, tñ pigritiem mõstrat naturæ in complenda actione cum hypostasim nõ fecerit, quia agere leuius naturæ colores q hypostasim, hypostasis enim nõ completur nisi virtute coctionis in totum corpus. Sed color tantũ cum virtute caloris naturalis in hepate ac venis i loco coctiõis. Subdit et denuo q humorum colores signãt naturam incepisse facere hypostasim non tñ compleuisse, & ,ppter hoc claritatem dimisisse & subtiliationem intrasse. Sic itaq; sapit q color velut quid leuius a natura suscipitur q hypostasis in vrina. Cũ igit

B substantia vt dicunt sit medium rõne digestionis in significando, per prius adhuc color dabitur q substantia, & demum finaliter hypostasis constituetur, vnde crisium primo. Vrina subignea & subflaua: adhuc autẽ subtilis, fm hoc quidem subtilis idigesta fm id quod colore talis iã digesta, & demum subignea & hyposanta, adhuc aũt subtilis fm quidem q subtilis indigesta: prout autem colore talis iam digesta: subtile vero liquoris est dña. Itaq; actio ad colorem actionem præcedit ad substantiam.

Huius quoq; oppositũ vr A. sentire. Inquit enim. Cũ tenui vrina in qua multa existit tinctura noscit tincturã non esse ,ppter digestionem: alioquin digestio in primis non magis operaretur substantiam q coloris permistionem. prima nanq; digestionis operatio est substantiam efficere: deinde ipsam tingere. Et digestio quidem in substantia melior est q in colore. Sed quia cõis series est sine

C nõ particula negatiua, æstimo ipsam esse vt apposui: vel debere subiungi: aut seriem cum quadam transmutatiõe vt dicatur: alioquin digestio in primis coloris permistionem operaretur magis q substãtiam. Huic siquidẽ translationi series consequentis adaptatur manifeste. Et forte error subscribentis qui substantiã pmisit. Natura enim principaliter laborat circa digestionem substantiæ: cum digestio in superfluis sit habilitatio quædam virtuti expulsiuæ: vt liberius expellãtur. dña. 159. Inhabilitata. n. propelli non poterant. Quod autem hic coadiuuat coexpelli erit substantiæ vrinæ mediocritas inter tenuitatẽ & & spissitudinem. Impedientes vero hę: non sic aũt color cum sit quid simplex spirituale. Et ideo priuatio digestionis in substantia nocibilior est q in colore: per substantiã enim præparatur materia in facilitatem & difficultatem expulsionis materiæ. 4. secunda. Quid autem de hoc, videbitur consequenter.

D PROPTER TERTIVM quidem sciendũ vt tantorum cõcilientur discoliæ: veritasq; difficilioris habeat quæsiti: q illud cui color inhęret fm Aui. duplex existit. Aut enim simplex est aquositas in qua nullã natura facit operationem: vt in diabete aut vrinæ diaria, quæ velut lienteria extat vetris. primo de crisi. in qua ceu nulla præcedente actione a natura assumpta cibaria in eadem qualitate ac quantitate penitus emittãtur inalterata apho. 6. ita & hic potus susceptus. Et confirmatur. quia A. concedit vrinas quasdam vt ouium & capreolorum cũ colore substantias non habere. Vel substantia dicitur idest liquor: & est illud in quo iã operata est natura: quod dupliciter euenit. Aut enim operatur perfecte: & sic est substantia mediocris naturalis digesta. vel diminute: & ita substãtia tenuis est aut grossa, in qua icepit natura agere. Quod innuit qñ ait, Color vrinæ in ægritudinib9 acutis incẽdentibus trahit ad colorem zaffarani & igneitatem. Q. si tenuitas illic fuerit aliquam maturationis signat dispositionem: & q iam incepit: sed nõ apparet in substantia. Sic igitur vult q in tenui vrina sit iam quædam naturæ in substantia operatio: & si non ostendatur: vt apparebit velut in colore. Vt aũt id manifestetur in amplius videndum: vnde & qũo color vniuersaliter consurgat. E

Fit aũt ex diaphano illuminato in corpe non perspicuo seu terminato fm q magis fuerit, ac min9 dispositum idẽ suscipere, vnde colores consurgunt differentes. Secũdum nãq; intẽsionem & remissionem lucis: multitudinem & paucitatem diaphanitatis variant colores. Color nanq; albus causatur ex commistione ignis clari cum elemẽto diaphano summe vt aere. Niger uero ex igne turbido ad misto cum elemento diaphanitatis minime vt terra. Colores aũt medij consurgunt ex his fm diuersitatem diaphani luce perfecti. dña. 64. Vrinæ siquidẽ color: vt ex his sit particularius dicere aliqñ causatur a qualitatibus actiuis: quodam tñ semper recipiẽte: vt aquositate fm q calor intensius vel remissius agit in ipsam. In quo verificatur sermo dicentium colorẽ causari a qualitatibus acti-

F uis. Aut color ,pducitur a virtute digestiua principalius in substantia digestionẽ operante. Cuius digestio ad qualitates consequitur maxime passiuas & materiales: vnde 2. de gen. & cor. Subtile quidem humidi: grossum autem sicci, & hoc est q inquiunt humores indigesti præcipue: aut quia grossi vel subtiles, seu viscosi digesti aut mediocres: quia igitur digestio in his est: & in substantia quæ ex his consurgit principaliter inerit: indeq; demũ color consurgit. Nam tres modi ponuntur qualitatis fm ordinẽ se habẽtium: primæ scilicet quatuor vniuersales: & secundæ q plures: puta grossum & subtile: durum & molle: tenerum & tenax: asperum & lene: & reliqua: quę quidem cõsequuntur passiuas maxime de gene. & corru. 11. Deinceps vero sunt tertiæ ab his in uirtute primarum causatę: vt sapor, odor, sonus, & color. Siquidem igitur color ita

G ,pductus naturalis existit & virtutem digestiuæ ostendit: prior aũt accidentalis est, & virtute fit qualitatum primarum, & humorum tingentium misturam: qui vi symptomatis potius, & non digestionis coniunguntur aquositati, & ideo cum ipsa color interdum reperitur intensus. Q. aũt color possit sic dupliciter generari conceditur aïalium generationis. 5. continente colorem album in aïalibus generari aut fm naturã: ceu a caliditate naturali, vel ab aliena, ut a diaphano illuminato subintrãte. Aer nãq; vaporosus exhibet iclusus in oibus albedinem: & ,ppriẽ color digestiõis significatiuus in infirmis dat hoc mõ. In sanis vero plus ex choleræ permistione: nam in ægris digestio ois humoris tingit ipsam suo modo. Itaq; his auditis apparet quid dicendũ intelligenti: quia si loquamur de colore prout causatur a qualitatib9 actiuis: & humorũ tingentium colore. ac fm q aquositati adhæret & nõ liquori. sic color tpe substantiam antecedit: quod euenit eo

H q is facilius suscipitur q substantia. Cum enim sit quid spiritualius, & velut quædam rei epiphania & a pluribus ac quibuscunq; causis datus: celerius, priusq tpe introducetur substantia. Si aũt attendatur color prout a naturali consequitur calore digerente: simulq; oia vnitante & assimilante: sic substantia præcedit natura colorem, tanq causa quælibet suum effectum q q simul fuerit tpe. Tpe nanq; non pcedit substantia colorẽ oino. Dispositiones tñ inducentes substantiam: colorem volo tpe præcedere. Cum autem sufficiẽter habilitauerint ad substantiæ susceptionem, vrinæ substantia & color quæ sunt accidentia simul suscipiuntur in instanti in natura substantia prius distincta. Nam synodus materiæ cum forma est causa oium accidentium mox ẽt. physicorum primo. cum ea compositum derelinquant hmõi: & contra in talibus. Adhuc illa simul dantur: quæ simul & vnica generãtur generatione: talia vero sunt substantia vrinæ: liquor & color: quod & uoluit A. d. primam digestionis operationem substantiã efficere, deinde ipsam tingere. Prius enim natura

I natura, vel tpe rõne dispositionũ præcedentium substan tia vrinę datur ꝙ color. Prioritatem tñ tpis quidam nescientes, id subtilius videre ponunt intẽtionis & non operis: quod ridiculum est dicere, cum causa pręcedat tẽpore effectum, aut simul extet saltem: & proprie in non operantibus a proposito. Et hanc quidem veritatem crisiũ primo olfecit Galenus. nõ proprius tñ qñ dixit vrinam pallidam vel subigneam digestam esse iã coloris gratia. Sed oportet eã grossitudinem intm̃ segregari ab aquosa, si futura est digestam esse bene inquantum & color. Subiungit ẽt, expleta digestione intenduntur ea quæ coloris: minus vero substat et si tpe ampliori custodieris hominẽ ieiunum uidebis igniorem semper magis ipsam fientem: sic igitur quodam modo color liquorem præcedit altero vero subsequitur. Est autem obseruandum ꝙ color vr̃ plurimum substantiã præcedere: ideo quia verius & perfectius substantia perficitur ipsa, cum sit proprius visus

Ca.11. dr ca mediũ.

K obiectum: substantia vero per accidens vt per colorem quem suscipit: aut sub sensibili potius cõit quod aũt sic suscipitur prius ab organo iudicatur susceptum. Et id fere voluit A. qñ dixit colorem trahentem ad zaffrani colorem & igneitatem in ægritudinibus acutis incẽdentibus: vbi si fuerit tenuitas, aliquam signat maturationis dispositionem: & ꝙ iam incepit: sed non apparuit in substantia, licet fiat in veritate: qm̃ nõ proprie hæc vt color visu percipitur & maxime color visus disgregatiuꝰ. Ad vnũ tñ Isaac & Theophilus Gal. fulciti colorem indicãt substantia prius dari. Modum autem prætactum subtilem ex substantia rei. & A. suscepi.

2.§.doc.3. fẽ.1. ca.1. post pn.

PROPTER QVARTVM quidẽ. ad auctoritates Theophili Isaac Gal. & Hipp. iam apparuit quid dicendum: quia vel color ille ſm A. non permiscetur substantiæ: sed cum aquositate quadam. Vel talis color a qualitatibus fit actiuis & humorum coloratione & non digestionis opere. Ad aliud dicendum: ꝙ natura ordinate

L procedit de diminutis & facilioribꝰ ad perfecta & ardua in quibus fit possibile. In quibusdam enim non est possibile: qm̃ oportet substantiam prius supponere accidente & causam effectu. Sermo ẽt veritatẽ habet in acquisitiõe formæ substantialis in comparatione vnius ad aliã: non aũt formæ verę & accidentis: aut quantum ratio conuincit ostensum prius. Ad aliud dicendum: ꝙ color vrinæ naturalis digestiuam denotans potentẽ, non datur a qualitatibus actiuis: sed a passiuis amplius & a calore digerẽte naturæ. Ad aliud dicendum: ꝙ iam concessum est ꝙ color inhærẽs aquositati & a qualitatibus, pductus agentibus substantiam præcedit. Ad aliud dicendum: ꝙ nõ est simile, cum inhærentius se color & substãtia cõsequantur ꝙ hypostasis & substantia: color enim per totam diffunditur permistus vrinæ substantiam: hypostasis vero minime. Ad aliud dicendum: ꝙ Arist. ideo nominauit

M ruffum colorem & non substantiam: quia per ipsum tanquam per notius & quod certius percipitur significauit digestionẽ: nihilominus tñ oportet vt dictum est suo mõ sub tali colore subiectum præesse. Quæ autem alterius partis arguta iam apparent: & auctoritas est A. audita.

Ad aliud dicendum: ꝙ Ari. loquitur de substantia quæ est ꝙ quid est rei, & non de substantia ente potius qualitate, et proprie qñ seorsum substantia & accidens adinuicem operanẽ, nam materia prima, & vltima forma priores sunt tpe & albor non aũt quæ vniformiter accipiunẽ: quoꝝ vnum consequitur productionẽ alterius oiquaq;. Q, si instetur & ꝙ qualitates mediæ dictę substantia pręcedunt adhuc colorem cum ipsum inducant. Dicendũ ꝙ non: licet enim causa oĩs vt apparuit natura effectum antecedat: non tñ tpe nisi dispositiue. Ad aliud dicendum: ꝙ prius datur intentum magis si dari conuenienter potest: sed interdũ debili adhuc natura et non egenti: licet amplius intendatur non datur. Et ideo natura tpe prius

N dentes producit debiles demũq; fortes. Ad aliud dicendum: ꝙ qualitates passiuæ non dicuntur potentionales: eo ꝙ tpe præcedãt: sed ideo quia sunt actiuis imperfectiores materiæ magis appropinquãtes primæ. Ad ea uero quæ ostendunt substantiam simul cum colore dari dicendum, iam visum fore qũo contineant veritatem. Ad primum eorum tñ dicendum: ꝙ arguit de substantia nõ hic quæsita: puta ꝙ quid est rei. Ad aliud dicendũ: ꝙ color prius expetitur & maxime in vrinis acutorum morboꝝ in quibus præcipue natura ita percipitur substãtiæ vt coloris digestio & si extat simul. Ad aliud dicendum iam visum fore in quibus accidẽs simul producitur cum subiecto. Et ꝙ quædam causę simul extant cum eius effectu: aliæ vero minime. Aut dicendnm ꝙ ille sermo Ari. veritatem habet in omnibus causis, qñ causa actu simul refertur ad causatum & non in potentia: vt domificator in actu factionis domus simul est cum ipsa domo: & cõtra:

O non autem quando separatim suscipiuntur.

DIFFERENTIA. LXXXVI.

QVOD AD RVPTVRAM venarũ quæ circa renes, sanguinis non consequatur mictio ostenditur: qm̃ sequi videtur tm̃ vlcerationem renum, vel vesicæ. vnde apho. 4. Si sanguinem aut pus mingant: renum, vel vesicæ vlcerationem signat. Ampliꝰ. si mingitur sanguis aut est a venis emulgentibus, aut a vena chili, seu cõcaua dicta: sed non ab his: quia sanguis inde lapsus decideret in concauitatem quæ inferius in qua continẽtur intestina syphac circunuallata distãte ab hepate, ac renibus, ita vt non possit ad eos denuo mictio reuerti. Rursus. rupta vena fluxus erit continuus: maxime cum eius consolidatio, eo ꝙ est membrum spermaticum, difficilior existat. Ad fluxum vero continuum sequiẽ debilitas attractiuæ. Cuius virtute ad membra attraheretur vrinæ: nã qñ vna virtus intenditur, debilitatur reliqua: quod ostendunt fluxus uentris ac pollutio in his a qbus sanguis effluxit multimode. Adhuc cum venæ emulgẽtes dictæ sint apertę ad renes: si ante rupturã non effluebat, multominus post eius effluet aduentum: cum sanguis in quæ seorsum deriuetur, quod riuorum a flumine denotat effluxus. Eti. Et qũo sanguis extra propria loca transductus illorũq; frigiditate condensatus in vesicam ingredietur solidam exterminatam? Itaq; ruptura uenarum quæ circa renes mictionem sanguinis minime poterit causare.

Apho.75

P

IN OPPOSITVM quicunq; sanguinem sponte mingunt: his de renibus rupturã venæ significaẽ: aphor. 4. Isaac quoq; in urinis: si quis sanguinem mingat multũ & subitum: venam in renibus habet incisam vel hepate, vel emulgentibus. Amp. si ad vlcerationem venæ in renibus sequitur sanguinis mictus vt inductum est prius, multo amplius ad ipsius venæ rupturam: cum in venis & corde tm̃ repertus sit sanguis: itaq; ad rupturam venæ circa renes sanguinis sequetur mictus.

Apho.78 Parte de ci. rubrica de vrina rubea in 6.

Q

PROPTER PRIMVM vero sciēdum q; hectica quid habituatū importat hecticon enim græce habituatum latine. vnde. 8. de inge. Dispositiōes facile solubiles vocant habitudinales idest quasi dispositionales: quæ autem non tales, habituales. habitus enim s̄m Boethium in prædicamentis est dispositio firma, velut dispositio habitus infirmus. Hectica quoq; habitum importat: aut quia cum difficultate, vel impossibilitate separatur quando habituata permanserit: vel quia subiecto solido, puta membro aduenit. A quo facta cum difficultate remouet impressio. Est autem hectica in pluribus dispositionibus similis phthisi & etiam differens ab eadem, habent enim se velut excedentia & excessa. Isaac febrium secundo. Nam phtisis vno quidem modo communi sumitur pro omni consumptione ex quacunq; emergente causa: siue præter naturam, siue naturalem: qualis est dispositio quæ accidit decrepitis quando morti appropinquant, vnde Almansoris quarto. Qui tali custodiuntur regimine, possibile fit vt ad decrepitam longo deueniant tempore, atq; phtisim. Et hectica hæc proportionatur senectuti: quæ quidem euenit non parum ex ægritudine quadam consumptiua. sumitur etiam pro illis qui ad ipsam sunt dispositi apho. 3. puta qui collum habent longum, & epiglotim foris prominentem, & pectus strictum, carne nudum, cum humeris eleuatis, & tortis cruribus & huiusmodi, phthisis in plus q; hectica febris se protendit Est etiam phthisis quæ consumptionem importat: consumptio omnis corporis cum vlceratione pulmonis. Et hoc quidem modo hectica phthisim superat. Nam omnis sic phthisicus hecticus factus est, & non conuertitur: cum multi hecticam patiantur sine pulmonis vlcere. Talis quoq; hectica velut accidens consequitur ad phthisin Quando enim pulmonis aut pectoris sanies non expurgatur libere: et fumans in cor ipsum inflammans febrem inducit hecticam. Hectica quoq; vt innuebatur per prius duplex existit. Quędam quidem est cum febre: quę est calor extraneus fixus in substantia membrorum, ipsorum prohibēs operationem, eorumq; naturalem consumens humiditatem. colliget. 3. Huius quoq; hecticæ febris multiplex assignatur modus distinguēdi. Quidam enim ipsam penes corporis humiditates distinguūt. Humiditates autem corporis sunt quatuor: vt innuitur. 7. de inge. per quatuor siccitates distinctæ illis oppositas. Eas quoq;. Serapio exprimit. 6. & Isaac febrium tertio. Et quarto prima. & .12. ipsius animalium &c: Quarum esse & numerus dr̄ia innotuit. 33. Secundum has quoq; quatuor humiditates vr̄ Isaac interdum sp̄es quatuor hecticę distinguere cuilibet suam sp̄em hecticæ adaptando. non nunq; vero tres solum magis pronuntiat. Cōiter tamen tres ipsius sp̄es distinguuntur, ita vt in primis duabus humiditatibus prima concidat hecticæ sp̄es, theoricæ. 6. Serapio tamen & Isaac ponunt magis putridam ex ipsa fieri. Et veritas est fortassis, quia huic putridæ tandem associatur hectica. In tertia quoq; secunda. In quarta vero, tertia. Has autem humiditates. A. quarto prima: cū febriū primo, nititur ostendere & per consequens hecticā illis occurrentē per humiditatē triplicem in lucerna existētem. Est nāq; in corpore lucernæ oleū effusum: qd' duab' (F Ca.1.post medium. Ca.31.i fi. G Cō.apho. 14.t.fi. Cap.11 H Cap.6.in principio. Breuiarij c.11.circa principiū. Ca.1.t.fi. Tra.3.c.1 Ca.5. post principiū. Ca.7.post principiū. Cap.1.in medio. & c.8.in fin.)

I proportionaṫ humiditatibus primis. Est et humidum in corpore licinij iam imbibitum: quod tertiæ redditum est humiditati. tertium quoq; humidum ipsius lycinij radicale: quod partes cõiungit & retinet in adinuicem: quod quartæ proportionatur humiditati: vt etiam dñia inducitur. 112. Et hic hecticæ modus cum nominibus eius terribilibus incurabilis: nisi manu sanari pronuntiatur diuina. Et ista quidem sufficientior visa est modorum hecticę distinctio. Quidam vero distinxerunt hecticæ spẽs dicentes: q̃m aut est in humiditatibus, ꝓpinqui temporis coagulationi: & sic prima consurgit species, aut in eis quæ sunt velut caro: & hæc secunda. vel in membris radicalibus duris: qualia sunt ossa et nerui: & ipsa tertia. 10. apparens de inge. Et iste quidem sermo verificatur ab. A. q̃n ad priorem fuerit reductus antedictũ: q̃m si denotetur ipso ꝙ primum quod finit hectica est humiditas ꝓpinqui temporis cum coagulatione: non erit sermo verus, cum ex hac, secunda efficiatur hecticæ species, & non prima, vel præter hoc sit in cordis substãtia. Hoc autem dicitur febrium primo. vt ꝙ q̃n complexio corporis naturalis inflammatur: & non adhuc humiditas consumitur existens in ipso: sed velut ebullitio ostenditur: prima consurgit hecticæ spẽs. Q̃n autem hæc ebullitio ad consumptionem ꝓcedit secũda efficitur spẽs. Q̃n vero membra similium partiũ læduntur, vt venæ nerui & hmõi, tunc erit & tertia. Et hi quidẽ oẽs modi sane intellecti idem satis videntur ꝓtendere. Est quoq; & modus distinctionis hecticæ satis famosus: vt ꝙ quædam ipsius est difficilis cognitionis, & facilis curationis: vt prima eius spẽs. Quædam quoq; facilis omnino cognitionis, & impossibilis curationis: sicut tertius est modus. Secũda quoq; species medium obtinet cognitionis & curationis. Et ista quidẽ distinctio magis ostendit modum q̃ rem: propter quod prædictæ hac magis faciunt scire. Et scias ꝙ Gal. febriũ primo et alibi nominat simpliciter hecticam primam: et ſm maiorem partem secũdam ipsius speciem: puta cum nondum desiccatur humiditas cordis: nam quando desiccatur vt in fine secundæ speciei, & in tertia, dicitur tabes: ſm vero. A. adubul. Est & alia senectutis dicta vel senij. quoniam aduenit ex ea in hora senij: quod accidit in fine marasmi: & ipsa est siccitatis dominium sup totũ corpus absq; febre. Cuius quidem causa vtplurimum est frigus cum virtutis imbecillitate: vnde mẽbra nutrimento carent. causatur etiam ex potu aquæ frigidæ quando dispositio non affuerit. Eam quandoq; causat medicus faciens febrem hecticam marasmodem per potum aquę frigidæ & in ipsius proiectionem in hanc quidem minus deterrentem transire. vnde. 10. de inge. Melius est frigidã discrasiam translatum hominem: cum spe benigna efficientes quid et periclitari: q̃ sine spe perire certissime: propter quod infrigidamus omnino hecticas febres confestim anteq; deuenientes in tabem moriantur. Non enim qui certissime tabefactus est tentabimus sanare: & si calorem eius extinxerimus. Sed siccitas derelicta senectutis hominem promittit tanto victurũ tempore, quanto, resistant solidæ particulæ ad vltimam senectutem. Fieri aũt incipiendo intelligo hecticam: cum nulla aliarum febriũ antecesserit ipsam, neq; ephemera: neq; putrida: vt alia quæcunq; causarum: immo prima caliditas in corpore accendatur cordis ex causa quadam forti: & si omnes febres fundantur in corde: ista quàm maxime in eius figitur substantia.

Colli. c. 11 post mé. Et ma. 4 tra. 3. c. 1

K

Cap. 9. ad medium.

L

Ca. 10. p⁹ medium.

M

PROPTER SECVNDVM autem sciendum, ꝙ aliqui rudium audientes superficietenus sermonem prædictum Gal. & antemissa motiua dixerunt hecticam incipiendo minime fieri. vnde febrium primo. Quare quidam æstimant neq; aliter posse fieri hanc passionem talem: nisi ab ægritudinibus præeuntibus mox dicendis. Decipiuntur etiam aliqui illic ex serie Gal. tali. Hecticæ

Ca. 9. ã. ã.

Cap. 7. ad medium.

N cum sine causis ꝓcatharticis generentur: nunq; ab initio inuadunt: sed transcendunt ex his quę fiũt ex putredine. Dicendum ꝙ his sermo nõ est simplex: sed magis conditionalis & consequentis destructio: vt apparebit diligenter intuenti eundem & consequentem post plurima. Quorum quidem & aliorum amplius defectus videbitur consequenter aperte.

PROPTER TERTIVM quidem sciẽdum, ꝙ febris hectica vt plurimum non occurrit incipiendo: verũ alias consequitur febres & ægritudines. Raroq; incipiendo aduenit cum eius causa raro occurrat. unde feb. pmo. Hecticę febres ſm duplicem fiunt modũ, q̃nq; enim propter causones q̃ multum prolongatos: vt & humiditatẽ corporis consumant cordis. Interdum vero adhuc manente cordis humiditate febres accenduntur velut lucernarum flamma ex lycinio. Fit etiam hectica non parum ex emitriteo: vnde quarto prima. Emitriteus q̃nq; est de febribus magis interficiẽtibus q̃m perducit ad hecticam, & ægritudines chronicas & difficiles. Consurgit etiam ipsa vt apparuit ex phthisi antecedente: nonnunq; vero ex empyimate, & vniuersaliter ex apate intus maxime saniato: & propter subtiliationem regiminis & prohibitionem infrigidatiõis: vt potus aquæ: & propter modicam obseruationem lateris cordis cum rebus infrigidantibus deforis aut de intus. Multotiens etiam in ipsam cadere facit medici necessitas propter causam virtutis & frequẽtiam syncopis dantis in potu uinum & aquam carnium & medicinas calidas: vt de musco. Fit etiam (vt tactum) interdum incipiens hectica. vnde Gal. ibidem. Vna quidem hecticarum generatio dicta est mihi. reliqua vero est quando a principio inuadunt confestim primam generationem similem facientes ephemeris vt tristitia, ira, & labore ampliori simul cum æstu facto. Decimo vero de inge. Rursus ex causonidibus in tabem aut a principio ipsius confestim hectica contingit febrem præsiliens causonidem. Isaac quoq; hanc distinguens ait ꝙ hectica quędam est cuius causa est alius morbus: alia vero cuius causa non est alius morbus: quæ cõsurgit ex inflammatione humoris existentis in concauitate venarum & arteriarũ cordis. vnde recolligens ait. Quia compleuimus causam hecticæ: quæ est propter alium morbum, & causam eius quæ non est propter alium morbum: sed per se &c. A. vero positis causis quibus febris euenit hectica consequenter subdit. Longissimum est vt accidat hectica incipiendo: quasi sint membra radicalia iam inflammata & non inflãmetur humor siue spiritus ante illud: immo oportet ut calefiant illa in primis: deinde ſm processionem dierũ calefiant ista: nisi accidat causa fortis valde. Sermonem quoq; de hoc assumpsit Zoar ita. Vna fit species febriũ hectica dicta, quæ vt in pluribus non arripit per se principaliter: sed sequitur aliquam febrium chronicarum corpus exiccantium, ipsumq; dissipantium. quandoq; etiã fit propter febres diei. Colliget quidem. 4. Raro accidit febris hectica: nisi post alias febres, sicut post ephemerã in corporibus ad hanc paratis, aut post aliquam ex putridis. Præuenit autẽ per se in his causa qui natura sicciores & calidiores viuentes in laboribus: vigilijs, dieta subtiliori: & amplius si cum huius aeris dispositiõe & regionis in iram vel tristitiam peruenerint: febrium primo. Hi vtiq; sunt sermones quos de principiatione istius febris per se aut post alias illustres induxere. Qui etiam secundum vtranq; eorum partem possunt rationibus decorari. Quòd enim in pluribus hectica morbos concomitetur alios, ostenditur. Cum vnumquodq; agens (vt tactum) in materiam formam inducat sibi dispositã pluribus causis caliditatem inducentibus in corpus materia amplius disposita est spiritus: qui est subiectũ febris ephemeræ, aut humor qui putridæ, q̃ mẽbrum in quo & hectica figitur: eo ꝙ rarius causa adeo uehementer ipressiua occurrit

Ca. 8. in principio.

Tra. 4. c. 13 in fine.

O

1. febriũ. c. 8. circa pn.

Cap. 5. ad medium.

P

Feb. 3. c. 1. iuxta fin.

f. 4. tra. 3 ca. 1. circa medium.

Colli. 3 theisir tra. 1. ca. 13. in principio. Ca. 33. p⁹ medium.

Q

Ca. 9. ã. ã.

A occurrit corpori:sicut etiam in vniuerso cõspicimus. In eo enim effectus grãdes mirandi rarius occurrunt. Amplius.natura tueť inquantum potest solidam partẽ:puta membrum spermaticum:qđ est subiectum & sustentaculum cor⁊ oium quę sunt in aiali:& maxime cor:qđ hecticæ ꝓprium subiectũ:non solum ſm cõtenta in eo:vt alijs plus febrium:verum ẽt ſm ipsius substantiã ꝓpriam: qđ vero tale fuerit,conseruať maxime a natura cum sapiẽtia & intentione oi. Fit igiť vt ad multum nõ incipiendo qđ indicat Almelileťu febres ut plurimum antecedens. Q. aũt fiat initiando qñq; ostendiť: quia agens agit:non in quodcunq;,sed in patiens sibi dispositũ. Q. aũt patiens non sit dispositũ dupliciter potest cõtingere:aut quia sit nimis durũ & compactũ resistẽs oifariam:velut ferrũ: lapides ꝑtiosi,& maxime adamas,vel ꝙ sit subtile:molle: cessibile,vt aer aut vapor,qui actionem agentis non sustinere potest,sed magis fit transitus in solidius, durius, B ceu ostendiť in percussionibus quib⁹ corpora percutiunť solida non resistente aere,velut ẽt videre contingit in fulgure qđ non oẽ patiens reddit sibi dispositũ vt in ipsum agat:sed illud quod est durum,compactum,& resistens. vnde Algazel. Fulgur qđ est ignis subtilis penetrat herbas & res molles:sed qñ res duras offendit: sicut ferrũ & aurum,dissoluit ea:ita ꝙ eliquat aurum in marsupio & marsupium non adurit: & dissoluit ferrum in manibus & homines non adurit:quod euenit:ex eo ꝙ illa resistũt, hæc autem minime. Sic itaq; in proposito sępius factum est ꝙ spiritus aut humor (vt ostensum) materia patiens, redditus est conueniens febribus:non autem membrum, ꝓpter quod frequentius contingit hectica post alios morborum. Interdum vero spiritus, aut humor non est conueniens subiectum, propter eorum subtilitatem & mollitiem,sed membrum durum solidum: & hoc qñ causa fuerit qñq; fortis fulguri proportionata. Et quia talis rarius C accidit,tardius euenit,vt fiat hectica incipiendo. Impressio enim modica ita in humoribus & minor in spiritib⁹ induciť:propter quod in membris calor infigitur in calefacto esse:non autem in calefieri tantum: velut in spiritibus & hu. Amplius,quando fuerit materia summe disposita:nõ forte agens ẽt in ipsam poterit imprimere:sed disposita reperitur qñ vltime:vt cum tam naturalia ꝙ̃ in naturalia in calidum tendant & siccum. Nullus enim ab initio confestim captus est hectica habentium humidum corporis habitum. febrium primo:sed & frigidum multominus. Q. autẽ agens occurrat forti aliqñ,iam visum. Quare sic hectica fit primitus,& non alia.

Ca.9. versus finem.

PROPTER QVARTVM quidem dicẽdum. ad primum ꝙ ipsi loquuntur quantum ad id quod accidit vt in pluribus in quibus maxime ars consistit. Hectica vero incipiens aduenit in his quę rarius: vt ostẽsum. Volens enim.2.crisium excusare se Gal.a datione signorum hecticę:ait ipsam fore omittendam,tum qm̃ in alijs locis D de his erat tractaturus: vt primo febrium. tum qm̃ signa huius febris habebantur per signa illarum febrium præcedentium,cum ipsa sic rarius contingat. Aliquis autẽ dubitabit si hectica incipiens raro occurrit:cũ de his quę sunt raro non sit scientia:verum de his quæ sunt semper aut vt in pluribus.phy.2.quomodo erit scientia de ipsa posita superius dicẽdo ꝙ raro potest euenire: & tunc per se sine alijs febribus præcedentibus fit. Dicendum vt apparet in prędicto.&.6.etiam meta.ꝙ scientia non tollitur ab aliquo ex eo ꝙ sit de eis quæ sunt raro: dũmodo illud raro causas habeat determinatas:sicut coniunctio. Saturni & Iouis in primo arietis minuto raro contingit, quia circa finem mille annorum. Corpus etiam temperatissimum de bona habitudine in longorum occurrit temporum periodis,& tamen de ipso est scientia: vt de eius causis & signis habet enim causas sufficiẽtes essentiæ suę, per quas potest aliquando poni in esse & significationes

T.c.55 Coll. te. c.50.&.58 Coll.1.c.5

quibus discernitur fore. sic itaq; & si aliquid raro eueniat E dummodo causas habeat per se determinatas ad aliud, raro de ipso poterit esse scientia. Ad aliud dicendum ꝙ spiritus,& humor pluribus agentibus & febrem causantibus sunt materiæ dispositæ,quibusdam autem paucis non,vt declaratum prius. Ad confirmationem dicendum,ꝙ vt apparet per Gal. non solum ex aere calefacto calefit aqua balnei,& inde parietes eius,verum aliquando primitus potest calefieri paries: deinde aqua & tandem aer. & interdum primo calefiunt humores qui spũs calefaciãt,& tandem membra. Aut membra prius spiritibus inflammabuntur. secundum enim ꝙ fuerint causa agens materiam sibi coaptat: cum quodlibet non agat in quodlibet:sed in sibi determinatum. Ad aliud dicẽdum,ꝙ calor primitus potest in cor infigi ex aliqua grãdi causa,quę quasi immediatius vsq; in cor penetrat, & ita erit febris,& tunc ille calor deportabitur mediante F spiritu & sanguine per totum corpus, non tamen calor erit in eis in calefacto esse quod est febris,cum sit morbus & hic mutationem dicat stabilem in hoc differens ab accidente. differentia.73.sed non in calefieri quod motum denominat ad calefactum esse. Febrium enim principio cum sit aliqua febris:puta ephemera seu pu. vel hectica, vna istarum causatur in esse per suum subiectum in calefacto esse,subiecta vero alia non sunt in calefacto esse:sed in calefieri solum,licet nanq; in qualibet febrium totum corpus inflammetur,quia tamen non est in calefacto esse verum in calefieri magis:ideo non sunt aliæ necessariæ febres vna existẽte. Et hanc quidem rationem dissoluere nesciuerunt ponentes spiritum aut humorem minime inflammari,cum hectica aduenit incipiendo dicentes caliditatem nullo modo in spiritibus aut humoribus esse,occultetur tamen propter caliditatem grandem membrorũ cum hecticæ calor sit intensior calore tertianæ. primo secunda:& quarto de aia. Caliditas enim maior ad se minorem contrahit & extinguit. Motus enim maior minorem depellit & occultat. differentia.90. Ad aliud dicendum,ꝙ per alium modum fit febris quartana,et per aliũ hecticam,nã quartana fit ex materiæ frigidæ & siccæ putrefactiõe,quæ omnibus ineptior est ad putrefactionem, cum putredo per calidum fiat & humidum. vnde & quidam ob hoc negauerunt quartanam fieri a melancolia naturali. quarto prima. Hectica vero febris fit ex inflammatione simplici, humiditates vero & maxime primæ cum sint vnctuosæ:aptiores sunt ad inflammationem, ꝙ̃ melancolia ad putrefactionem. Et ideo nõ minus potest accidere hectica incipiendo ꝙ̃ quartana. Adhuc grossior fortassis est melancholia,ꝙ̃ primę humiditates.

Coll. c.1. in medio. Doc.2.sū. 2.c.19 G Cap.5.in medio. Cap.3.in medio. Tra.1.c.59 circa prin.

Ad aliud dicendum,ꝙ hectica magis videtur hoc nomen sibi acquisiuisse ex suo ꝓcessu & fine:ꝙ̃ ex eius principio:tũc enim est in sua dispositione cum ipsa sit facilis curationis. Aut dicitur hectica(vt tactum) ratione compactionis subiecti:cui quidẽ infigitur vt humiditatis vel H membri. Ad argumentum etiam quoddam alterius partis dicendum ꝙ licet aliquid vt accidens sequať alios morbos:dum tamen stat & figitur essentialiter operationes lædens:ipsum idem morbus efficitur: vt hectica ex phthisi causata. Et dolor etiam capitis quando fuerit permansiuus. differentia.74.ostensum &c.

DIFFERENTIA. XCIIII.

QVOD FEBRIS pestilentialis sub ephemera reponatur ostenditur: quia aer corruptus perueniens ad cor spiritus cõplexionẽ corrumpit. quarto prima. sed ephemera fit in spiritibus. Adhuc febris est passio cordis propria. Erit itaque principalioris partis eius. Sed hoc est spiritus,quia ipse est radix. Corpus autem cordis est ramus. tertio. 11. Hephemera vero dicta est in spiritu fieri: igitur hæc ad ephemeram reducitur.

Tra.4.c.in medio. Tra.1.ca.7

I Amplius videt hectica magis: quia statim. A. post hectica de ipsa negociat: quorum aűt fit determinatio vni post aliud immediatius, vident ad eãdem rem pertinere, vt ordo seruetur rei & disciplinæ. Itidem illæ febres videntur esse sub eodem genere: quæ eadem curant cura: cũ ad essentiam morbi: causarum & accidentium ordinetur illa. Sed cũra eadem videt curari hæc febris cum hectica vnde Almansoris. 10. Regendi sunt febriẽtes ex pestilentia ex oibus, quæ in capitulo de hectica diximus. Rursus in hectica non iniungit abstinentia: neq; in ista: imo magis incitant laborantes vt comedant: cum plures eoꝝ nihil sumere gliscant. Almansor vnde. A. Necesse est vt restaures ipsos supra cibum. Cumq; appetitus ipsorum cadit restaurentur ad comestionem. nam plurimi eorum qui viriliter agunt sup illud & comedunt violenter absoluuntur & viuunt. Palin: ipsa ẽt fit in humiditatibus: sed febris pestilentialis putrefacit quod de humiditate circundat cor. A. Itaq; febres pestilentiales sub hecticarũ genere collocant. Rursus videt putrida: qm̃ ex putrefactione accidit. aer enim putrefact⁹ humores putrefacit aptiores cæteris quæ sunt corporis putrefactioni. quia calidi sunt magis & humidi. Eti. dicunt ipsam aduenire corporibus humores habentibus paratos putrefactioni, vnusquisq; enim incurrit ægritudinẽ cui extat expositus magis, cum potissima particula generationis ægritudinum sit passuri corporis præparatio. febrium primo. Erit igit sub genere putridæ locanda.

Ca. 16. p⁹ mediom. *Tra. 10. ca. 16* *p̃. 4. tra. 4 ca. 3. i me.* *p̃. 4. tra. 4. ca. 1. i me⁹* K

OPPOSITVM vero huius monstratur: qm̃ febris putrida est humoralis. hæc vero nõ est humoralis. vnde Isaac febrium. 5. Plurimi patiunt pessimos morbos de genere pestilentiali, & febres nõ de genere humorum. Palin: in febre putrida pulsus & vrina alterantur vehemẽti alteratione: sed in hac minime. Quare quarto prima. Nõ alteratur pulsus & aqua magna alteratione. Et qñq; est vrina in febribus pestilẽtialibus bona & naturalis in sui substantia & colore & sedimine: & ille cuius est tendit ad mortem: quarti secunda. Eti. A. alium ei construit tractatum & reliquis febrium discretum. Nõ igitur ipsa erit putrida: sed nec ephemera vel hectica.

Ca. 4. post principiũ. *Cap. 4. in principio.* *Tra. 4. c. 1. in fine.* L *Tra. 1. c. 18*

PROPTER PRIMVM quidẽ primitus sciẽdum quot & quæ sunt genera febrium. 2. quot & quæ sint causæ pestilentiæ: quidq; ipsa & morbus ipsius ostendatur. Primum autem huius oẽ dñia innotuit. 87. Propter ẽm huius sciendum, q cum febris pestilẽtialis plurimi sit nocumenti perniciei q; illatiua: et hoc actione quadam existat: causæ ipsius erũt tres, aut quatuor, quæ in cuiuslibet naturali expetunt actione: fortitudo. v3. agentis, dispositio patientis: contactus & mora. Oportet enim in tali actione corruptiua hmõi febrem patiẽs ẽt fore dispositũ vt in alijs euenit actionibus: cum agẽtium actus in materiam cõcidant dispositam. 2. de aia. vnde primo febriũ. Nulla causarum sine patiẽtis aptitudine agere apta nata est. Propter quod. 4. prima. Agens solum cum peruenit & non fit patienti p̃paratio: non accidit actio & passio. Et ideo prima proble. ait hanc febrem oibus pestilẽtiam inferre. Quicunq; praue habentes p̃existente. Qui enim bonos habuerunt humores, resistunt eoꝝ temperie & vigore aeris corruptioni: quare in pble. ẽt Ari. quibusdam ascriptis. Quibuscũq; fortiti sunt ẽm ipsam generationẽ ab astroꝝ impressione q sint breuis vitæ, velocius redarguent, & consument pestilentia cõcitati. Vt enim dom⁹ antiqua & imbecillis celerius vento concidit vehementi, q fortis & noua: sic & hi pestilentia. vnde Haly. Non infirmant oẽs homines apud mutationem substantiæ aeris: nam corpus cuius chimus non est præparatus euitat aerem, & resoluit eum anteq; alteret ab eo. quare Alexander in pble. Propter quid in pestilentiali constitutione hi quidem moriuntur: hi vero minime. Causam quidem assignat ex complexionis p̃paratione. Si enim fuerit quis plenus chochimia: manifestum q inspirat⁹ putrescibilis aer hunc corrumpit, si vero euchimus nihil aut parũ ipsum pestilentialis aer lædit. Voluit ẽt Zoar epidemiã accidere: qñ Deus illã mandat quoq; p̃sentis non est speculationis. Corpa vero huic febri ppie maxime disposita sunt quæ plurimo coitu vsa, latoꝝ pororum, humida, multę balneationis, & vniuersaliter illa quæ qualitati putrefactionis aeris sunt homogenea. Cõtraria vero nõ lædunt, sed potius contemperant. Occurrit & hoc agẽs secundo forte. Qñ enim tale fuerit & in materiam agit in dispositam primitus illam disponendo: & demum formam inducendo: vt est guttam lapidem conterere. 8. phy. & 2. apho. complexionum tertio cum interiorum primo: aer aűt agens est forte putrefactus: tum pp ipsius ad nos immediationem, & ineuitabilem ipsius necessitatem. 9. de inge. tum ẽt propter eius putrescibilem pessimã qualitatem cum substantia. plurima enim huius aeris impressio ab agente: vt declarabit amplius videt q a materiæ dispositione dependere. Etiam tertio cõtactus scilicet aeris vndiq; intus imediatius & exterius occurrentis qui in oi expetitur actione naturali: de gene. & cor. primo cũ quo interuenit & tps necessario. Quis enim sic potest velociter manum ab igne actiuissimo separare, vt & caliditatem ipsius non percipiat? Neq; ẽt ignis sine p̃dictis causis poterit vllatenus operari, quod tempus in hmõi aeris impressione inerit ppie: cum talis ipsius simul putrescibilis impressio non de facili possit separari ab eodem. Et hæc quidem cum primis. secundo de causa. & primo secunda in oi quęrit physica operatione. Agentes quoq; causæ cum patientibus his duobus fulcitis medijs duplices sunt, vniuersales & remotę: & particulares, ppinquę. Primæ quidem sunt dispositiones p̃cedentes ex formis cœli siue imaginibus facientibus esse, necesse illud cuius aduentus ignorat a medico, scilicet inquantum tales putrescere facientes aerem & aquam. Fiunt & putredines in terræ visceribus pp causas a medico ignoratas quod ex luminarium ppie contingit eclypsibus & coniunctiõe planetarum & maxime Saturni & Martis cum stellis fixis aut ipsoꝝ adunatione in aliquo signoꝝ humanorũ, & ppie qñ p̃ualuerint in domo vitæ in aliqua coniunctione maioꝝ vel aspectu aut reuolutione anni mũdani inducentibus prauas tempoꝝ constitutiones permutatorum essentijs & naturis. Causæ vero particulares & ppinquæ sunt corruptiões hic sensibiles in aere de prope existentes vel ventis & maxime australibus ex longinqs partibus adductæ, sicut euenit in apertione cauernarũ, et puteoꝝ diutius conclusoꝝ. Aut pp ineuentationem & constrictionem aeris inter parietes & tecta cum immobilis reddat: vel pp lacunas putridas & stagna: & res vt linum in illa imissas: vel pp vegetabilia: sicut caules, eruca lacticinia acuta & viscosa. Aut pp baratra venenosam aurã expirãtia, sicut circa Sardos & Ierapolim: aut riuũ magnam ciuitatem expurgãtem vel exercitu multorum perturbatum. Et pp arbores malarũ complexionum, vt sohac & taxum: nuces: ficus: odores putridos & priuationem ventoꝝ laudabilium. aut pp stercora, & aialium cadauera, vel hoium corpa occisoꝝ in p̃lio intumulata, siue incombusta. Nam forsitan ex ethiopia ẽm continuitatem influxerunt quædam putrida inquinamẽta Atheniensibus habentibus apta corpora lædi ab ipsis futura causa febris: febrium primo. Est ẽt & modus quis pestilentiæ quasi mediatus. mortalitas enim corrũpit arbores & vegetabilia, & hæc corrumpunt aialia quæ ea comedunt: & propterea hoies qui eis vescunt, corrumpuntur. primo secunda. Fit quoq; ẽm Democritum qñ famem sequit abũdantia. Et pp languida tritica: herbas & varios cibos qñ fame hos sumpserint coacti: vt ẽt Zoar de pestilentia recitat marochiana. Qñ autem pestilentia ex inferioribus fuerit: iubent medici superiora & lata quærere aeris.

M *T. c. 14* *Cap. 4.* *Tra. 4. c. 1. in medio.* *probl. 7* *1. techni com. 16*

N *T. c. 25 Cõ. aphe. 12* *Cap. 4. in medio.* *C. a. 1. 4. 5. Cas. 14.* O *Coll. tra. com. 78* *Sũ. 1. do. 2 ca. 1. post medium.* P Q *Ca. 4. post principiũ.* *Do. 1. sũ. 1 ca. 7. in f.* *3. theisir tra. 3. ca. 4 ante me.*

A aeris. Qñ vero ex superioribus, inferiora conclusa. Neq; mirandum est aerem putrefieri, cum ipse fumis terrestrib' vaporibus permisceat aquosis, radijs et superiorum permiscentibus ista: neq; enim permanet in sui simplicitate, tunc enim non putrefieret cum nullum nudorum simpliciũ possit putrefieri, & ideo cũ ignis inter caetera elementorum simplicior existens permaneat, putrescit, minime. vnde
T.c.5 meteo.4. Oia alia putrescunt excepto igne, etenim terra, aqua, & aer putrescunt. Deinceps quidem considerandum quid sit pestilentia. Et quia est mutatio quaedam facta in aere: primitus sciendũ, q mutatio dupex est ipsius. Vna quidem in eius qualitatib': & altera in eius substantia magis. Mutatio tñ in substantia nunq; potest sine mutatione in qualitatibus perfici, cũ qualitate ois fiat actio, non tñ econtra. Mutatio quidem ẽm qualitatem est qñ aer ẽm caliditatem et frigiditatẽ maxime ad dispositionẽ peruenit intolerabilem, adeo vt inde messes & generatio
B corrumpantur & vita, quod dupliciter euenit: qm̃ aut est symbola mutatio: sicut rabiositas aestatis in calore, & hyemis in frigore: vel econtra conuersio: ut malitia frigoris in aestate: & caliditas hyeme. Et siĩr quoquo modo in alijs qualitatibus. Qñ enim aer permutaẽ intantũ, & corpora siĩr peruertunẽ. disponunẽ enim similiter tpe, pble.
proble. 9 prima. Mutatio quidem aeris ipsius in substantia est: vt haec ad malitiam conuertaẽ, non q aliqua suarum qualitatũ valde fortior fuerit facta augmento aut diminutiõe:
Ca.11. in principio. 2.p.fum.1 do.1.c.9.i principio. licet non sine earum mutatione contingat, et haec dicitur pestilentia. 5. theori. quae est mutatio aeris in corruptionẽ & putredinem: pp egressionem a temperamento in eius substantia & qualitate. Secundum uero. A. pestilentia est putrefactio quae accidit aeri: siĩis putrefactioni aquae remollitiõis foetidę. Ingrossaẽ enim & remolliẽ velut aqua qñ quis immiserit linum aut canapum vel talia in illam.
Morb' quo duplex ẽ fa Vt aũt appareat consequenter quid sit morbus pestilentialis sciendum, q morbus est duplex. Quidam nãq;
C particularis idest particulariter & diuisim sparsus: sicut qui in eodem tpe & ciuitate differenter hominibus contingit, vt alijs quartana vel tertiana: nõnullis vero phrenitis &c. Est & alius cõis: qui ẽt duplex: quia quidam est consuetus & cognitus: & diciẽ endimicus, seu endimialis quasi ab intus eueniens: & est contingens rõne loci: puta pp aquam vel ventum vel terrae fundum: ceu in quibusdam ciuitatibus nephritis abũdat, in alijs botium: quod
Ca.1. post principiũ. apud arabes nunq; vel raro est repertum: in quibusdam vena medent vel ciuilis saepe: quam Gal. nunq; vidit interio. 6. & de tali morbo agiẽ in libro de aere & aqua. Est & alter epidemialis, idest sup vel extra eueniẽs ad dñiam illius qui consurgit ex loco. Solet ẽt epidemia idest superueniens pro pestilentia sumi: & si generalior & existat ip-
5.theo.ca. 11.in prin. sa. Est aũt ẽm Halyab. morbus pestilentialis multiplex & subditus: vno eodemq; tpe hoium multitudini cõis. Multiplicem quoq; dixi: vt ostenderẽ varietatem huius
D morbi, pestilentialis enim sola aegritudinũ cõis est oibus
proble. 7 pble. prima. Qñ quaedam est pestilẽtia ex qua febres adueniunt continue: interdum carbunculi, & aliqñ dissenteria, variolę: morbilli aliquotiens: & talia sicut in libris epidemiae ostendiẽ. Diciẽ autem subitus ad dñiam morbi endimialis: qui paulatine euenit ex impressione illorũ quae in loco existunt illo. Reliquum autẽ quod in descriptione subiungiẽ ad dñiam dictum est morbi ꝓprij. Non enim euenit eodem tpe idem plurimis morbus: sed differens magis: cum ex indebita sex rerum administratione
p.4.c. 15 in prin. 2.p fum.1 do.1.ca.9 proble.19 contingat in qua differẽtes diuersimode peccãt. Contingit autem pestilẽtia & aeris putrefactio ẽm plurimum in postremo ęstatis, & in autumno. Almansor & A. Sed circa pfata haesitaẽ: quia dictum est pestilentiam fieri ex putrefactione aeris maxime, quod non uidetur: quia. 25. pble. quaeritur: quare aqua & terra putrefit. Cuius causa assignaẽ quia oẽ calidissimũ fit imputridum. Infrigidari enim oportet primum. Ignis autem calidus semp. Auer. vero igne plenus. In cõtrarium dictum est oia putrefieri excepto igne. Etenim terra & aqua & aer putrefiunt qđ & medici testantur cuncti. Dicendum q aer purus non putrefit: neq; ipse prout igni commistus. Vehementer enim calidum a putrefactione praeseruat: putrefit autem altus vt impermistus & infrigidatus. E

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum quosdam voluisse hãc febrem ad genus ephemerae reducere. Quorum motiuum cum antedictis fuit: qm̃ quaedã pestilentia aeris euenit pp simplicem qualitatem sine putrefactione ipsius. Quae quidem quia cum spiritibus conuenit, qui siĩr calidi sunt & sicci, & aegritudo promptius contingat in genere ꝓportionali; concludunt huiusmdi febrem de genere febris diei. Sed ista positio stare nõ potest. Extraneum enim est multum vt haec febris ponatur ephemera, cum nullam aut modicam valde conuenientiam secum habeat: quod ostendiẽ, quia febris ephemera in vno saepe aut plus & rarius in quatuor terminaẽ dieb' F haec aũt ad plures extendiẽ dies, ẽm dispositionẽ patientis, & fortitudinem agẽtis. Adhuc ephemera salubris est Feb. 5.c.4. in prin. de se: pestilẽtialis vero febris plurimum mortifera. Vnde Isaac ex hac ait febre saluari rarissimos. Et. A. ẽm pluri- p.4.tra.4 ca.1. i me. mum perdens quod innuiẽ apho. 2. plures crises sunt ad Cõ. apho. 13. in fine. salutem q ad mortem, nisi morbus pestilentialis fuerit. Sic igitur pp haec & alia plurima: vt ẽt ostendeẽ: quibus haec febris oĩno discrepat ab ephemeris, non est dicendũ sub illa ipsam locari. Motiuum ẽt non valet illorum: imo dupliciter deficit. primo quia vt ostensum est, mutatio aeris in qualitate ẽt existente pestilentialis non reputatur ꝓprie: nisi conuersionem causet in substantia. Secundo quia dispositio aeris calida vehementer & sicca: non sic inducit ephemerã: sed potius putridam uel hecticã. vnde quarti prima. Febres accidẽtes causa aeris sicci fiunt cau- Tra.4.c.1. post prin. sa vt febres veniant cholericae: multo igiẽ magis fieret qñ G est caliditas aut cum ipsa in aere siccitas cõiuncta hecticę & non ephemerae. q aũt non ephemerae sed hecticae: teuenit quia spũs subiectum subtile leuiter tm̃ motũ aeris non potest sustinere: vnde fit transitus ad humores: qui subiecta compactiora & tolerabilia existent. dñia praecedẽte.

Alij vero voluerũt ipsam ad genus hecticarum reducere moti antedictis pargutis. Et hoc quia sicut in hectica inueniunẽ dispositiones laborantibus quasi insensibiles tepidae: sic & in ista. Adhuc videẽ & haec in occultis intimis ꝓfundari: vt hectica: pp quae voluerunt ad illam reducere. Sed hoc ẽt satis est longae q ad hecticam adducatur: quod ex grandi inter eas ostenditur diuersitate, qm̃ in hac praecipitur eũatio & purgatio: in hectica vero minime. Eti. terminaẽ crisi: non aũt hectica: pp quod remotius reduciẽ ad ipsam. Neq; ẽt motiua ipsorum valẽt: quia dispositiones in eis non sunt aequales vt in hectica: sed permutãtur diuersis mutationibus. Percipiẽ enim aliqñ H ex ipsa caliditas & inflammatio fortis: et qñq; frigiditas & proprie i extremis & exterius. Et ad summum calent interius, & infrigidantur exterius: quod hecticis non fit.

Amplius posito q fundetur interius vt hectica, non tamen expanditur exterius vt ipsa: neq; in membris est: sed in humoribus vt ostendetur.

PROPTER TERTIVM vero sciendum, q ipsa simplicius ad febrem reduciẽ putridam. Modum autem reductionis ipsius. A. cum Ari. pble. prima tetigit dicẽs: p.4.tra.4 c.1.a fi me. aer putrefit pp expulsionem & sparsionem fumorum in ip- Colli. proble.7. so: qui quidem putrefact' ad cor peruenit: quare corrumpit complexionem spũs qui est in ipso: & putrefit quod circundat ipsum de humiditate & accidit caliditas a natura egressa: & spargiẽ in corpore: & sic inde consurgit febris pestilentialis: quod ostendiẽ febrium primo. quia ve Cap. 5. in principio. ro pestilẽtiosarum meminimus febrium a putredine omnium fientium &c. sic ergo vult eas a putredine fieri. Qđ et

I & monstratur rone sumpta quidẽ a priori, qm̃ febris putrida dicit, eo q ex putredine consurgit: sed talis est pestilentialis, quod ostenditur per plurima consideranti: quae Gal. testat de ipsa cum alijs. vnde primo febrium. Febris pestilẽtialis fit pp humores aptos ad putredinem existentes, qñ occasionem quandam breuem a continente acceperit aial. q multum autem ex respiratiõe incipit, eo qui in circuitu est aere a putrida euaporatione cõterminato. Principium autem putredinis &c. Subdit ẽt q corpora copulata aeri in quo pestilentiae consistunt semina superfluitatibus plena, prǽparata sunt iam & per se putrefieri.

Ca. 4. circa principiũ.

Adhuc tertia aphorismorum. & primo febrium, recitat dispositio quaedam pestilẽtialis in principio principiãte secundi epidemiarum posita ita. Carbunculi in cranone & reliqua. Quorum quidem causa erat vt ibi ostendit putredo. Dictum est ẽt per A. hanc febrem putrefacere humiditatem cordis. In hanc ẽt concidit Isaac sententiam. Rursus febris putrida euenit ex re magis calida & humida, cum haec sit putredinis causa. Quaecũq enim calida sunt & humida putrescunt prõpte, tales sunt humores & aer, sunt enim calidi & humidi aliorum corporis respectu, non autem sic spũs & membra. Amplius, cuius significationes sunt febris putridae: ipsaq putrida nominat, qm̃ significationes in cognitionẽ essentiae nos deducunt morbi, & pprie cũ a substantialiter inhaerentibus fuerint sumptae. hmõi autem significatiões sunt in ipsa positae. In ea nanq adest caliditas inordinata, siccitas linguae, sitis vehemens, anhelit⁹ angustia, eiusq foetor, inquietudo, nausea, dolor oris stomachi: casus virtutis: syncopis, rõnis permistio, pulsus diuersus, frequens, paruus, & qñq vehemens, sudor frigidus, frigus extremitatum, spasmus, alchuçeç, vomitus cholerae, solutiones, ventositates, & talia. Quae quidem alijs non adsunt sic febrium aliarum generib⁹, nisi putridis. Itidem illa est febris putrida, seu ad illam conducit: cui pcuratio extat vt putridae. Talis aũt est haec. praecipit nanq in ipsa phlebotomia & purgatio putredinis: alteratio & ipsius exiccatio & eductio: & talia quae in febribus obseruãda sunt putridis. Ex quibus concludit hãc febrem pprijssime sub putridis locari, si igit quis assimilatione quadam conat ipsam febrem ad hecticã reducere: & pprie ad ephemeram: haec erit extranea & improportionata valde. Nõ autem locatur in tractatu cum alijs putridis, quia nõ ex determinata, vt aliae cõtingit, materia, verum potius ex oi. Q si quis opponat hanc pertractationem simpliciter fore impertinentẽ: cum haec febris ex formis tandem cõtingit, vt dictum est superiorum: quibus cum sint necessariae. Aliquis hic nõ poterit resistere. Quae ergo necessitas hęc in medicina pertractari. Rursus hoc supposito q ex superis eueniat aspectibus. v3. eclypsibus, ac cõiunctione stellarum & diuersitate in his circuli signorum, non poterit quis nisi astrologus intelligere & obseruare. Quid igit ad medicum? Ad primum quidem dicẽdum, q licet motus, & esse superiorum nõ possit impediri: cum sit necessarius: neq enim infortunas possumus ex coelo depellere, valemus tñ ipsorum impressiones auertere materiam indispositam reddendo cum dictum sit. Actus actiuorum fore in suscipiente dispo sito receptibiles. Et ideo in cẽtiloquio astrologus optim⁹ multum malum phibere poterit: quod fm stellas est venturum: pmuniendo taliter suscepturum: vt cum illud aduenit, modicum aut nihil ipsum afficiat: si nanq astra cum orbe mortiferam adducant hyeme quandam frigiditatem, illam praescientia muniti valemus euitare. Ad aliud multipliciter, dicendũ: quia licet non agnoscamus materiam & dispositionẽ superum: scimus tñ vt medici corpora disposita aegritudinibus pestilentialibus: quae rectificare possumus: vt & indisposita reddantur illis, quo acto, non accidit superum impressio. Vel licet nõ cognoscamus per causas superiores pestilentiam futuram, nos scim⁹ tñ per causas medias, & signa, puta per dispositionem aeris nos cõtinentis, quam Gal. pgnosticorum pmo, per coeleste quoddam, seu diuinum signum intelligit. In qua signa pestilentię declarant satis aduentu ipsius. pmo quarti. Aut q medicus habet hoc pscire scia astronomię quam in se debet habere, cum astronomia nõ modicum quid cõferat medicinae. Vnde de aere & aqua. Qui vero ea quae de re altissima tractauimus rata tenent, & credũt, nouerint astronomiam medicinae non minimam partẽ esse. Quod asserit Albumasar introductorij pmo: vt differentia ostensum prima.

K (left margin, beside "Rursus febris putrida")

L (left margin, beside "Talis aũt est haec")

M (left margin, beside "primum quidem dicẽdum")

C 6. apho. 12
Cap. 4. In medio.
Vt supra argu. 1

N (right margin, beside "scim⁹ tñ per causas medias")
Ca. 7. 1. Tra. 4. c. 1
In medio.
Ar. 1. post medium.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum q licet aer putridus perueniens ad cor corrumpat cordis complexionem: non tñ spiritum putrefacit. Spũs enim non pprie putrescit: cum sit calidus & siccus, subtilis & in motu plurimo: sed inflammat & resoluitur magis. Aut talis spũs complexionis corruptio nõ est in facto esse: sed in fieri potius. Febris autem dicit esse per id quod est in facto esse non in fieri: vt in calefacto fore, nõ in calefieri. dña priori. Ad aliud dicendum, q febris quae est in spũ, est in influenti: non aũt in innato cõplantato: qui pars est cordis principalior, radix, & velut forma, & factor. In vigore nanq ipsius virtus informatiua cor pduxit: cum sperma virile quasi totaliter in spiritus dissoluat, dña. 36. Sic igit spũs fere hincinde suscipit. Ad aliud dicendum, q non est hectica, & si determinet post eam ab A. quia ipsam pertractat Gal. post ephemeras & ante hecticas. Et Almansor post febres apatum. Isaac aũt magis locat ipsam cum putridis: vnde non arguit. Causa quoq hui⁹ diuersitatis potuit esse, quia haec febris non est adeo vere putrida: vt cholerica vel phlegmatica. Quod apparet ex accidentium ipsius ẽt ad putridas difformitate quadam. sitr videt in causa fore diuersitas: eo q aliae febres putridae magis fiunt ex dispositione humorum ad putredinem aptorum, q ex fortitudine agẽtis: haec vero contra. Quod innuit Isaac intelligens perfecte qñ dixit febrẽ fieri de pestilentiali genere, & non de humorum genere: non q in hu. putrefactis nõ fiat. Sed q maior causa inexistit in aeris putrefactione, ipsos prius ad hanc habilitatẽ q ex vitio humoris pprio: vt in alijs putridarũ. Adhuc cum caeterae febrium sint essentialiter cordis passiones, haec quidem magis concomitat ipsum & affligit. Aer enim putrefact⁹ immediatius ad cor perueniẽs, quę sunt in ipso corrumpit, & putrefacit humida: vt fere velut in alijs causa antecedens non reducat sub coniuncta, vnde quasi causa primitiua imediate se transferat in coniunctam, quod tñ non audeo simpliciter explicare. Et fortassis haec est causa quare nõ expresserunt medici sub quo genere febrium locaretur pestilentia simpliciter praecise. Ad aliud dicẽdum, q licet per eadem curet: non tñ sunt illa plura eadem: sed pauciora magis (vt ostensum) & minora. Mox ẽt Almansor excipit balneum: aquam calidam & lac, ois quoq feb. in eo q febris cum sit mala complexio calida & sicca eadem participat cura. Fuit ẽt Almansor breuis sermone: vt vno nõ solum eodem vel simili det alterũ intelligere: immo more Hippo. suo contrario. Ad aliud dicendum q ista est vna similitudo lata. Et ẽt q in febre hac non phibetur abstinentia in quantum est putrida: sed pp casum appetit⁹ qui eis associatur frequenter & sitr, vt bonitate ciborum & potuum resistatur aeris malignitati: sed in hectica non iniungit abstinentia pp nimiam corporis, & febrilis caloris exiccationem, cũ eius caliditas sit tertianę fm A. caliditate acutior. Sic igit non prohibetur eadem minime abstinere de causa. Ad aliud dicẽdum, q per humiditatem. A. intellexit humorem primum, & non fm. sunt enim duplices humores primi. v3. & secundi noti: vt sanguis, phlegma, cholera & melancolia. Et secundi dicti humiditates, vt quę est in extremitatibus paruarum venarum: ros cambium & gluten:

O (right margin, beside "in calefieri. dña priori")

P (right margin, beside "vero contra. Quod innuit Isaac")

Q (right margin, beside "calidam & lac")

1. febrium. Tex. co. 19 & 4. 6 dia c. 10. me.

A gluten: dña.33. Concedendum itaq; q propriissime aliarum sit putrida. Ad ea et quæ alterius partis iam apparet. Expositus est enim sermo Isaac. Ad aliud dicẽdum q hoc est quasi proprium præ aliis ægritudinibus huic passioni, vt ipsa vehementius vt ostensum q aliæ febres inhæreat cordi: vt & nocumentum suscipiatur in corde & nõ sic in hepate & aliis cæteris suo modo. Propter qd vrina naturalis videt existere similiter & pulsus cũ fuerit: ita natura perterrita & succumbens: vt & nullo attentet insurgere contra morbum modo: sed conuertet se vt corpus gubernet velut i sanitate. Quo circa & vrina in morbo etiam diurno sic permanens iudicatur in aphorismis mortalis a Damasceno. Apho.43

DIFFERENTIA. XCV.

QVOD APOSTEMA intrinsecũ causet febrem continuam oino, monstrat per Gal. apho. quarta ita. Febres continuæ & periculosæ accidunt, aut propter prauam morigerationem putrefactionis, vel pp intrinsecum apa. Amplius, si aliqua apata intrinseca febrem causarent interpolatam: hæc splenis essent & renum: cũ hmõi membra minus sint sensitiua: minoremq; colligationem cum corde habentia. Propter quod plures medicorũ asserunt hæc, febres interpolatas causare: sed apata membrorum hmõi febres inducunt continuas, quod mõstratur, qm splen est mẽbrũ carnosum: arteriosum: ex sanguine nanq; arteriali subtili nutrit. quarto de vtilitate particularium. Est et rarum multæ materiæ comprehensiuum: quod autem hmõi, quarto prima ad febres præparatum continuas. Renes silr membra existunt carnosa, calida, arteriis & venis patentibus non parum coniuncta: quæ febrium continuarum videntur denotare aduentum ibidem. Rursus cuius causa est continua, & effectus ab eadem cõtinuitatem suscipit: qm causa & effectus sunt proportionales. Sed apate existente, sanies inducitur continua, quæ febris causa per se & coniuncta ponitur cũ suo effectu conuersiuo. Itidem in apate morborum tria genera (vt videbitur) continentur. Quæ quidem tum propter se, tum propter accidentia ipsos concomitantia, naturam humanam febri appropriatã tanq; in ægritudinẽ sibi propriam deducunt. Apostema itaq; intrinsecum febrem causabit continuam.

Cõ. apho. 3. in fine. B

Ca.15. in medio. Collr tra. 4.ca.10

C

CONTRARIAM quoq; huius ostenditur aphor. prima ita. Quia splene male se habẽte paroxismi: & vniuersaliter melancolici per quartum febricitãt. Amplius in diuisionibus, apa in renibus sequũtur in principio sui febres permistæ habentes paroxismum cum horripilatione: tales autem sunt interpolatæ. Adhuc quinto practicæ. Diuersificatur lethargus siue sirsen frigidum pp febrem adesse & non adesse. Itidem tertio prima ponitur melancolia fieri, pp ter apa meseraicarum: in quo sm plurimum non est caliditas, febris, aut sitis. Quarto et pma. Membra quæ sunt longinqua a corde debilem cõitatem cum eo habẽtia velut renes: non semper pp apata febres inducunt, & continuas: immo multotiens interpolatas de genere commistarum existẽtes: & febrium tertianarũ, quartanarum: quintanarum: & sextanarum. Rursus dña febris interpolatæ est ad cõtinuam: qm interpolata causatur ex materia extra vasa contenta, continua vero ex intra. Materia vero apatis extra vasa continet vt innuit Gal. de ge. apatis in quã plurimis. Adhuc motus est de extremo i extremũ per medium. physicorũ quinto & quinto de iuuamentis. Sed quædam apata intrinseca qualia diaphragmatis, & stomachi, & vniuersaliter substantiæ pãniculosæ: velut apparet primo prognosticorũ febres inducunt continuas. Quædam vero febres nõ adducunt. vnde tertio. 14. In apatibus hepatis frigidis non est febris, neq; sitis, neq; calor. Similiter & i duris splenis Cum igitur fiat motus de non habere febrem cõtinuam,

Cõ. apho. 12. aã me. Ca.70. in medio.

Cap.15 Tra.4.ca. 12. aã me.

D Tra.4.c.11 In medio.

Vtlib. de differẽtia inequali. Do.1.c.1. in princi. li. de. ma. li cõpl. di. c.4. in fin. Collr. t.c. 3.7.19.26 & 51 Ca.5. circa principiũ. Collr. 2 tr. ca.18. vsq; ad t.c.39 Tra.3.c.7 & 5.3 tra.2 c.5. i me.

in habere, aut econuerso motus per medium cõstituetur. hoc autem medium non videtur nisi febris interpolata. Quare febris interpolata interdum ab intrinsecis apostematum causabitur. E

PROPTER PRIMVM quidem sciẽdum, q apa. est tumor siue grossities pter naturam permutans membrum a sua naturali dispositione in eam quæ extra naturam ex materiei cõgestione vel reumate generat quarto de accidenti. & 13, de inge. Hęc autem non est vera ratio apatis: sed potius quædam eius notificatio cõis: nam tumor pter naturam est accidens cõsequens apa calidum. Ioannitius. Vera siquidem ratio ipsius est morbus compositus ex triplici genere morbi. dña. 75. In ipso nanq; concurrunt tria morborum genera: vt mala complexio: praua cõpositio, & imparis solutio, vt declaratum pmo secunda. Cuius quidem causæ vniuersaliores sunt sex. Vis membri uidelicet expulsiua superfluitatum ex superfluo alimenti in eodem accreta. Imbecillitas membri recipientis quod ad ipsum impellitur, materiei superflua quantitas. Debilitas nutrientis virtutis mẽbri. Qñ enim suum non valet alimentum elaborare: in superfluitates conuerti illi nocentes. Meatuum largitas, quibus superfluitates prompte decurrunt. Et situs ipsius corporis inferior theori. 6. Ipsius quoq; superflua quantitas est illius materia: vt humor quadruplex, aquositas & ventositas.

Ca.2. post principiũ. Ca.1 In isagogis collr tra. de rebus contra naturã c. de modis apa.13 Ca.5 A patis causæ vniuersales.

F

Ca.5. in fi.

Et adhuc hmõi quoddam a causa primitiua nota. Reliquum vero ab opposita. Cuius quidẽ generationis modus dña tangetur subsequenti. Est et quoddam apatum extrinsecum: quod sensib subiacet: vt tactui & visui manifeste. hi enim circunscriptionem ipsius apprehendunt immediate. Intrinsecum autem aliud oppositum, ad qd non sic ex significationibus peruenit a sensu acceptis deducto. Et ipsum quidem generat aut in membris interioribus vbicũq;: velut in gutture: pulmone: capsula cordis: ventre cum mery, hepate, splene, intestinis, renibus, matrice & vesica: aut in panniculis ea circundantibus vel tegentibus: siue per longum, latum, vel profundum. Quid autem febris, & acuta visum differentia. 87.

G

PROPTER SECVNDVM vero sciẽdum q aliqui indistincte posuerunt apostema intrinsecum febrem continuam causare simpliciter: aliqui vero interpositam non raro vt monstrarunt arguta, sed quid de hoc, tertio videbitur dicendorum.

B Itidē. dictū est crisim fieri vehemētiori paroxismo: sed in septima is vehemētior interuenit, q̃ in decimaquarta: qa ipares fortiores sunt parib⁹ dña priori. vñ. 4. re. acu. Collig. t. c6. in fine. Cap. 1 Oportet maxime numerū imparē vereri, quia hi dies repentes faciunt laborantes: quare tertio criticorꝫ. Crisis fit plurimū in acutis ægritudinibus in imparibus: in chronicis aūt in paribus. Amplius crisis accidit maxime de cursu lunæ p signa. Cuius actio grandis est in crisi. In septima vero cõtrarietas interuenit oĩmoda: cum luna (vt dictū) perueniat ad principium sequentis quadræ vbi in duabus qualitatibus reperit oppositio: sicut si ea fuerit in principio arietis calidi & sicci qñ morbus initiauit. Qñ quidem ad finem perueniet septimæ diei, ad cācri frigidi & hu. concurrit exordiū. In termino autem quartæ perueniet ad libram calidam & hu. concordantem cū ariete in qualitate actiua vt caliditate. Septim⁹ igitur fortior in criticando decimoquarto.

C PROPTER PRIMVM vero sciendū: q quid sit crisis quidq; dies, et quid dies critica differentijs ostēsum immediate præcedentibus.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, quosdam dixisse crisim septimæ fore fortiorem: eo q in ipsa terminatur tertiana: quæ fortem recipit criticationē propter motum ipsius vehementem. Et quia in septima fit fortior paroxismus. Aliæ vero materiæ simplices & cõmistæ fortiores faciunt crisim in decimaquarta. Sed suspectus & inarticulat⁹ redditur hic sermo: qm̃ tertiana apho. 59 interpolata vt illa quæ vera nuncupatur tertiana crisim facit in decimaquarta & non in septima. vnde Hippo: Tertiana vera in septem periodis iudicatur longissima: septem autem periodi. 14. inducunt dies, eo q q̃tum continua agit in vna die, tantū interpolata in vno periodo. Adhuc febres sanguineæ quarum crisis est vehemens: in septima terminantur non parum. Rursus. auctores simpliciter proferunt. septimā esse fortiorem in crisi decimaquarta.

D Quidam vero protulerunt decimamquartam fortiorem: eo q luna aspectu conspicitur opposito loco initij morbi: sed quid de hoc apparebit ex dicendis.

PROPTER TERTIVM vero sciendum primo q crisis septimæ fortior est illa quæ decimæquartæ. Et deinceps varietas attēdatur dierum criticorum. Propter primum huius sciēdum: q per fortiorem crisim duo possumus intelligere: vel crisim sæpius emergentē in tali die, vt illud dicatur fortius quod in plura potest: & sic fortassis crisis decimæquartæ fortior existit crisi septimæ, cum pluries occurrat in ea: & maxime in regionibus frigidioribus temperata, & in corporibus ociosis fruentibus copiose alimento: qualia sunt hodie corpora plurima. Naturalia enim cum arte pulmentaria delectationem machinante tēpore non sufficiunt præsenti. Eti. Decimaquarta est tempus vtcūq; medium in quo concidunt materiæ calidæ cum frigidis. Hunc tamen intellectum accepto nō multum. Sed proprius crisis dicetur fortior eo

E q cõditiones sex prædictæ perfectæ crisis verius & completius reperiantur in ipsa q̃ in reliqua aliarum: vnde criticorum primo. Vidimus in septima fieri crisim multotiens: & fuit cum hoc completa, certa, salua, manifesta, indicata: & ad benignum mutata. Et post quædam subdit. Ca. 2. in medio. Ideo dixi q p̄cedens oēs dies est septimus: & non significo quia ipse sit dies antecedens in numero: neq; in consecutiõe ordinis dierū: verū significo quia ipse est antecedens in virtute & nobilitate: qm̃ in ipso consumunt ægritudines consumptione pfecta, certa: laudabili, salua: manifesta: indicata. Et ēt in sexta cõsumunt ægritudines, sed nō sicut in septima, qm̃ hic assimilatur regi indultori eis quos vincis: sexta vero tyranno gratulanti in effusione sanguinis Huius ēt prælatiõis septimæ recordat in secundo ita. Fortior dierum crisis est septima, & ipsius indicatiua est quarta. Amp. Almā. 10. Septimus dies oibus diebus criticis sua malitia & bonitate superior existit: qui fere dici sexto cõtrarius est, decimusquartus autem dies criticus est, & est a septimo secundus: vnde theo. 10. Oibus p̄ferendus est dies septimus, & post ipsum decimusquartus. Adhuc Isaac quarto febrium. Laudabiliores ac criticiores dierum dicimus esse septimum & decimumquartum. A. vero. Dies septimus est dies fortis valde: & indicat ipsum quartus. Et licet ut septimus ponatur in primo ordine superiori. Rursus post illustrium medicorū auctoritates monstratur rõne: quia crisis illa fortior, in qua perfectius reperiūtur ea quæ ad fortitudinem crisis expetuntur. Hæc autem est septima: quod ostenditur, qm̃ in ipsa est fortior, vt est cõiter dicere virtus, cum non morbi mora sic vt in decimaqrta iaceat fatigata. Materia ēt quę in septima mouetur est maior, calidior, acutior & mobilior: & dies septimus propinquior exordio ægritudinis q̃ decimusquartus. Quanto enim plus crises protenduntur a principio ęgritudinis q̃ decimusquartus debilitant amplius, vt in longa: ceu ostensum vt fiant crises protensione. vnde. 4. scđa. Q̃to magis ptendit tanto debilitat iudiciū. Est & impressio lunæ tunc fortior: quia in signis duabus fit qualitatibus, vt tactū multotiens, sibi oppositis. Aut si vnis solum est semp in actiuis fortioribus existentibus passiuis oppositio vt aeris cancro opponit in duabus qualitatibus. Thaurus leoni in actiuis. Gemini virgini in vtrisq;. Qñ autem luna est in principio quadræ tertiæ, sicut in fine diei decimæquartæ non est oppositio signorꝫ nisi in vnis qualitatibus puta in passiuis, vt aries libræ tm̃ in sicco contrariatur & humido, cum sint ambo calidi. Thaurus silr scorpioni oppoit in passiuis conueniēs in actiuis: vterq; enim frigidus, & similiter gemini cum sagittario. Et in reliquis eodem modo. Est ēt in septima aspectus quaternus qui mediæ inimicitiæ & contrarietatis existit. Sed decimaquarta est aspect⁹ oppõnis fortior reputatus quarto, cū sit perfectę inimicitiæ & oppugnatiõis: vnde vt sic fortior esset crisis decimæquartæ illa quæ septimæ. Sed signorꝫ cõtrarietas quæ inuenitur in septima: non aūt sic in decimaquarta coniuncta cum aspectu. 4. fortassis vincit aspectū oppositionis p̄ter alia ex parte naturæ particularis & materiæ considerata, hęc aūt sunt quæ crisim fortificāt in qua cõcidunt die. Rursus. illa est fortior crisis: quæ uehementius & plurium materierum terminat, & concitat ægritudines: apparēs iam ex dictis: hmõi autem est septimus: nam febres tertianæ, continuę ac causones in ipso terminantur, cum tunc exacuatur motus: non aūt in decimaquarta. Silr plurimæ interpolatarum sæpius quiescunt in quatuor paroxismis qui in diē concurrūt septimam. Febris ēt sanguinea cuius subtile conuertit in cholerā, & grossum in melsiam: dña: 59. mouebit in tertio. cum per tertium exagitet cholera. Quartana ēt exagitat in septimo: nō aūt in. 14. sed in. 13. Miscentur ēt materiæ frigidæ cum calidis terminaturis ante septimam quæ frigido hebetante criticantur in septimo:

Cap. 4. in principio.

F Ca. 5. in principio. Ca. 19. p' principiū. Ca. 8. in medio.

Ca. 6. circa principiū. 2. 4. tra. 2 cap. 3. post principiū.

G Tra. 2. ca. 7 in fine.

H

ptimo: itaq; licet concludere & ꝓprie in climatibus tēperatis & calidis & regimine corpoꝝ condecenti crisim septimæ fore fortiorem crisi decimæquartæ. Propter secundum huius sciendum: q dies critici videnẜ quadrupliciter variari. primo quidem rōne frequētis ac raræ contingentiæ ipsoꝝ, secundo futuri quod in ipsis ꝓtendiẜ. 3. ex parte bonitatis crisis & malitiæ. 4. debilitatis & virtutis illoꝝ. Primo quidem qm̄ dies sunt in quib⁹ frequēter fit crisis: & quidā in ordine sunt primo, ceu septimus & quartusdecimus: quidā in secūdo, sicut vndecimus & vigesimus: alij in tertio vt quartus & decimusseptim⁹ & vigesimusprimus. In quarto vero tertius: quintusdecimus

Ca.1. post principiū. & decimusoctauus. Nonnulli vero sunt in quibus fere nunq̄ fit crisis. vn̄ criticoꝝ primo. In die duodecimo & sexto nō vidi aliquē vnq̄ cui aduenerit crisis: i quibusdā

40. theo. Ca.8. post principiū. vero fit: sed raro. Et hoc silr quadrupliciter diciẜ: quia in primo quidē ordine est duodecimus & sextus. In secūdo

K octauus. In tertio. decimussextus. In quarto decimusnon⁹. Halyabbas. Aliter vero Gal. ordinaret. ꝑmitteret. n. duodecimum & decimūsextū. & non sextū, neq; octauum. Hoꝝ vero oium medij in frequentia & raritate est

Tra.1.ca.4 in prin. tredecimus & decimusquintus: vigesimusquartus & vigesimusseptimus, vnde quarto secunda. Dierū criticorū quidā superiorē obtinent ordinē: ceu septimus: uigesimus primus: decimusquartus: decimusseptimus & vigesim⁹. Quidā sunt intercadentes in medio: sicut octauus: quintus: sextus, tredecimus. Tertius quidē & quintus continēt quartum. In tertio. n. & quinto non fit crisis rōne motus lunæ, sed magis pp quartum. vnde tertij criticoꝝ, & cri

Ca.8. in medio. Colli.c.4. in medio. sium. Non fit crisis pp reuolutionē lunę in tertio & q̄nto sed accidit: aut quia crisis præparata vt fiat in die quarto antecedit & fit in tertio pp prauitatē paroxismi: aut propterea q natura lassaẜ & non stimulat ipsam aliquid in .4. quare pausat, deinde moueẜ in die. 5. Sunt & minime

L critici: vt neq; intentione prima: neq; secunda, primus, secundus, decimus, duodecimus, decimusnonus, & sedecimus. Ex parte quidē futuri qđ in ipsis ꝓtenditur: qm̄ quartus est indicatiuus primus salutem denuntians in septimo. Si laudabilia ꝑcesserunt signa. Si aūt oppositum, mortē, septimus aūt indicat crisim in vndecima: vndecimus in decimaquarta: decimusseptimus in vigesima: iux

2. aphor. apho.24 ta illud. Septimā quarta manifestat. Rōne quidē bonitatis & malitię crisis: qm̄ hi cæteros ꝑcellunt in bonitate, vt septimus q cunctis. ut dictū extat plat⁹: post quē decimusquartus, post quos poniẜ vndecim⁹ & vigesimus sub his locaẜ: post quē decimusseptimus, deinde quindecim⁹: deinde vigesimusprimus: post quos oēs poniẜ trigesimus.

Dies vero in q̄bus crisis euenit mala sunt sext⁹: octau⁹, duodecimus: decim⁹: sedecimus: & decimusoctauus. vn̄

2.4.tra.2. Cap 7. A. Meliores sunt septimus & decimusquartus: post quos est vndecimus: decimusseptimus & vigesimus, deinde

M quint⁹, postea quartus: deinde nonus: postea tredecim⁹.

Ex parte quidē fortitudinis & debilitatis eoꝝ: quidam náq; supputanẜ diebus quaternis: vt septimus: quartus, vndecimus, decimusquartus: decimusseptimus, & vigesimus, sicq; ꝓtendiẜ donec ad quadragesimum peruenit: quaterni tn̄ viles sunt vltra vigesimū: post vigesimū vero fit fortitudo in septenis: vt vigesimusseptim⁹ & trigesimusquartus, deinde quadragesimus: deinde currit in vicenos, vt sexagesima: postea octuagesima, deinde trāsit p duos vicenos in centesimū vigesimū. Et deinceps computatio non currit p dies, sed p menses & annos criticoꝝ

Ca.13.p⁹ principiū. Trac.1.c.1 post me. .2. quarto tn̄ scđa centesimus annumeraẜ. Nosce quoq; q sunt aliqui dierū infra vigesimū, in quibus mox soluiẜ ægritudo, & alij in q̄bus tardius. Primi siquidē vt tertius quartus, quintus: sextus: septimus, nonus, vndecim⁹: decimusquartus: decimusoctauus, vigesimus. Secundi autē octauus, decimus: duodecimus: sedecimus: & decimusnonus. Tredecimus vero ad extremos secundos prioꝝ vt

cunq; attinet criticoꝝ primo. Relicti sunt aūt primus & secundus tanq̄ improprie critici. Sed in errore subscribentis mirādū. quare quindecimus omittiẜ cū sit criticus aut hoꝝ medius audiẜ oino. Si autem ꝑdicta debeant verificari opus est nullū errorē laborantē incurrere. Circa ꝑdicta contingit de quarta die dubitare, quia posita est inter dies in quibus sæpe erit crisis. vnde tertio crisium. et quarto prima. poniẜ synocha multotiēs facere crisim in quarta. Cuius oppositum tertio crisium exprimitur cum quarto secunda. q Archigenes bis factam se per totā vitā suam vidisse crisim, ꝓfitetur in quarta: ego vero vsq; nūc semel. Dicendum q ægritudines sunt duplices, quędā nanq; sunt continuæ conclusæ, vt synochæ dictæ. Ac quia tales exacerbatione non exacuuntur, sed totæ sunt vnus paroxismus, & in quarta recipiunt beneficium a luna: in ipsa criticantur q̄plurimæ. Sunt & aliæ continuę: ceu interpolatim per tertiam diem incitatæ: & hæ non faciunt nisi rarissime crisim in quarta: cum tunc non paroxismenẜ, aut non excitētur in amplius. Nam crisis (vt dictum) oportet in paroxismo concurrere vehementiori. Cap.1 in medio. Cap. 4. p⁹ medium. Tra.1.c.43 in fine. Cap.4 Tra.1.c.3 circa prin.

O

Notādum etiam q in die sexta fit crisis q̄n q; plurimū praua: cum hic dies apud Gal. tyranno assimileẜ ceu septim⁹ regi. Accidit aūt vel quia luna cursu velox pertingit ad finem quadræ sex dierū spatio. Aut quia ęgritudo motu ꝓcedit pari: taliter vt nequior hora periodi i sexta concidat die magis: non quidem ita in secūda & quarta. quia virtus adhuc fortis. Aut fit participādo virtute diei septimæ q̄n paroxismus fuerit sæuus anticipans irritata natura vel extrinsecus ipsam stimulante errore. Est tn̄ ad salutem q̄n q; sicut septimus ad mortem: licet rarius eam consequatur consecutione perfecta. primo de diebus cri. Cap.4 in medio.

PROPTER QVARTVM quidē ad primum dicendum, q Isaac opponendo id ꝓtulit. vnde ait soluens q impares licet sint conuenientes naturaliter diei criticę,

P

pares tn̄ sunt ei accidentaliter, quia si crisis incipiat in tredecima die, natura suam complebit actionem in decima quarta. vnde & crisis in ea computabiẜ, quia actionis cōplementū in ipsa ostendiẜ. Silr in tertio natura ei⁹ incipit operationē. & in quarto finit illā. Et confirmaẜ quia motus sumit nomen & spēm a termino ad quē. phy. 5. & .2. de aia. Iustum fit vnūquodq; a fine appellari. Nam exitus acta ꝓbat, cum sit causarū causa. Sic igiẜ decimæquartæ non est tantus vigor iudicij per se: verum per aliud, puta per tredecimam. vnde subdit. proinde bene ordinauerunt criticos dies: quia cum viderēt parem non esse criticū ex actione naturæ, sed accidentaliter ex apparitione operationis eius in eo completæ, conuersi sunt ad imparem, & dixerunt ipsum pari esse digniorem. Vult itaq; Isaac q impares sint critici per se: pares aūt per accidens, quod ex Hipp. sumpsit, quam ꝑmisit, auctoritate, q impares fortiores sunt paribus: sensit enim imparem fortio T.c.4 T.c.49

Q

rem pari: eo q impar imparem in se contineat & parem: q dicit Hippocratem in auctoritate ꝑdicta monstrasse. Aut Pythagoricis acquieuit volentibus imparem naturam obtinere masculi & formæ cuius est actio: parē vero fœmellæ ac materiæ cuius est passio. Sed calumniam nō paruam videẜ dictum Isaac pati: quia vt apparuit in crisi cōcurrit & natura hmōi inferior regitiua cū materia & ambitus superior, & ꝓprie luna. Iā vero dictū q virt⁹ fortior fortiorē causat crisim, hoc quidē euenit in q̄rta. & decimaquarta, pōt sæpius cōtingere regimine applicato cōuenieti Materia et vt pſm est multa agitabilis calida et ꝓprie in quarta. Sunt & ægritudines cōtinuæ conclusæ, quarū materiæ vniformiter sine exacuitione moueni: vt nō magis pari, q̄ ipari exacerbenẜ die: ceu febris sanguinea, qđ luna in decimoq̄rto in oppōnis facta est aspectu in criticatiōe fortiori. In quarta vero sup medietatē q̄dræ fmq; signifer fuerit p angulos almuthemon partitus. Cū autem talia occurrant in quarta & in decimaquarta ma gis

A gis ꝙ in quinta, vel sexta, uel terdecima: in his amplius p se erit crisis: ꝙ in illis. Et neq; sermo Hippocratis vt vniuersaliter est accipiendus verum contingens: vt in pluribus: neq; ẽt per numeros arithmeticos naturalia habent pbari, cum ipsi non causent illa: sicut in plerisq; Ari. condemnat Pythagoram ponentẽ numerum substãtiarum & aliorũ fore causam: eoq; ignorauit distinguere iter unũ quod conuertit cũ ente: & vnũ quod numerũ principiat. Æstimauit. n. vnum quod numeri extat principiũ, fore causam entiũ putans ex ipso res fieri: sicut ex vnitate constituitur numerus. vnde tertio criticorũ. Ego multotiẽs rememoror Pythagoræ & miror de eo quia fuit vir sapiẽs & placuit ei vt diceret in numeris. quia cõsequunt ex virtute sua. Sed nõ est hic locus disputandi cũ eo qui desipit. Vnde aliter vt p interẽptionẽ dicẽdum qm̃ sophistæ in sui quæstione falsum supponunt, cũ ostensum sit septimã fore fortiorem decimaquarta. Ad aliud dicendum ꝙ

Vi. 13. metaph. circa medium.

Ca. 2. in medio.

B A. comparat diẽ decimumquartũ ad reliquos dies alios extra septimã & maxime ad subsequentes ipsam: quod apparet: quia iã locutus fuerat de septima. Vel quia intellexit decimamquartã fortiorẽ eo ꝙ plures in ea cõtingãt crises: & ꝑprie in locis & corporibus ꝑtactis. Aut fortassis habuit respectum ad oppositionis aspectũ in decima quarta concidentẽ fortiorem quarto cadentẽ in septima.

Ad aliud dicendum, ꝙ paroxismus septimæ non declinat a paroxismo decimęquartę simpl'r, immo extollit sup ipsum. Sed ẛm quid: ceu in ęgritudine cõclusa in qua non percipit exacerbatio vlla. Ad aliud dicendum, ꝙ materia non est magis disposita in decimaquarta, ꝙ in septima habita consideratione ad materiã diei septimæ q̃ disponibilis est leuiter & ad materiã decimęquartæ difficile coaptabilẽ & plurimũ illa resistentẽ. Et ad virtutem quæ fortior cõiter reperit in septima ꝙ in decimaquarta: ac ad alia declarata. Forte nanq; agens in breui tpe aget qđ debile in lõgo: de simplici quarto. Ad aliud dicendum: ꝙ dierũ quidã sunt iudicatiui ꝑprie ut fines septimanarum: puta septima, decimaquarta, & vigesima: seu vigesimaprima: quidam uero indicatiui sicut quarta: vndecima: decimaseptima, vel decimaoctaua apparens criticorũ tertio & in centilogo: nihilominus q sunt iudicatiui ẛm quid p̃nt esse indicatiui. Et indicatiui iudicatiui: unde septima nõ est simpl'r & ꝑprie indicatiua decimęquartę, sed ẛm qđ magis. Et ideo ait Isaac. Si materia fuerit grossior & grauior: significatio erit expectanda in septima et crisis in decimaquarta. Qñ enim materia talis existit: significationes eius, plongant vsq; in septimam: ita vt nequeat natura suam complere actionẽ nisi in alia septima quæ erit decimaquarta dies cum illa. Q; si dicatur debere indicatiuam mediare tp̃s morbi, quod de quartadecima facit septima. Dicendum hoc intelligẽdum de fere & simpliciter indicatiuis, qualis est. 4. &. 7. &. 11. ad. 2.

C Diff. 3. c. 5 versus fi.

Coll'. ca. 8

Feb. 4. c. 2 lecta 6. & Cap. 3. in in fine.

D Dicendum ẽt ꝙ luna ẛm fines quartarum non habet ꝑprie indicare, sed magis iudicare, uerũ indicare inest sibi ẛm quartarum media. Ad aliud quid dicendum iam apparuit. Ad aliud sil'r quid dicendum monstratum, nam oppositio signorũ maior est in fine diei septimæ ꝙ decimęquartę. Et aspectus quartus excellit aspectũ oppositionis in decimaquarta vehemẽtiore illic ente in signis diuersitate. Sunt & alia ꝑostensa hic crisim septimę vigorare. Ad aliud dicendum, ꝙ secus est vsq; ad vigesimã ꝙ vltra vsq; ad quadragesimã: cum vsq; ad vigesimam fiat cõputatio per quaternos, vltra vero ipsam per septenos & reliquos ꝑostensos. Adhuc instabis quia vigesima fortior decimaseptima: & decimaqrta vndecima, nisi motus occurrat materiæ triduanæ. Propter quod dicendum: ꝙ septima est fortior: quia vt declaratũ omnes causæ fortiores crisis in ipsa completius cõcurrunt: ꝙ in alijs: nec sufficit diuisim ex vna causarum inferre: immo committit cõsequens magis, Quid ẽt ad alteram partem quæsiti dicendum apparuit. Ad secũdum tñ dicendũ ẛm Gal. ꝙ ille apho. falsus est: neq; Hippocraticus, cum in ꝑgnosticis & epidemia oppositũ scripserit vnde Cornelius celsus. Antiqui cibabant in die pari leuioribus q̃si accessionibus instantibus: adeo vt Hip. si septima die febris desijsset recidiuam timere sit solitus: id autem Asclepiades iure vt vanum repudiauit. Aut dicendum sermonẽ verificari in die pariter pari ꝙ magis. Cui⁹ diuisio per mediata vsq; ad vnitates peruenit duas. Et ad vnum quicquid dicat est sermonẽ Hippo. verificari vt ad multum. In epidemijs enim dictũ impares paribus fortiores existere. Sic igit Hippo. hos comparat dies adinuicẽ ponens laudabiliorem crisim minusue laudatam.

E

Dffa. 104. in arg. ad oppositũ.

DIFFERENTIA. CVI.

QVOD COMPVTATIO cretica facienda sit non a die partus sed a principio febris in pariente monstrat: quia si non computat ex febre & non nisi ex partu illud est error, quarto secunda. Amplius principium cõputationis suscipiendum est a principio morbi ꝑp quem crisis expectat: qualis est febris. Sed in die partus nõdum est ægritudo aut febris: cum causa antecedens non adhuc transiuerit in coniunctam. Rursus ab eo quod naturale existit non est sumẽdum computationis initium, verum ab eo quod non naturale: cum iam quid morbiferũ existat. Partus uero est naturalis: quod ostendit ex fine ipsius naturali, velut est fœtũ generatũ esse. Illud ẽ enim naturale, cuius finis & terminus est naturalis. Adhuc in partu non vr esse ægritudo: cũ parientiũ non lędant operationes sensibilius quemadmodum apud tartaros reperitur ꝑcipue. Eti. Ita partus vr se habere ad ægritudinẽ post tp̃s sibi superueniẽtem sicut dispositio. quarto p̃ma. almesiletu antecedens febrẽ: & primo criticorũ, hæc autẽ est in qua sunt lassitudo, dolor capitis, alices, oscitatiões, nausea & hmõi: sed ab hmõi dispõne ꝑcedente non ponunt cõputationẽ principij ægritudinis fieri: sed a febre.

F Tra. 2. ca. 1 in fine.

Tra. 2. c. 2. circa prin. Ca. 6. in principio.

G

Et confirmat per Gal. secũdo ꝑgnosticorũ: scribentẽ inceptionẽ saniositatis non esse suscipiendã a die in quo febrit infirmus: verũ a die in quo accidit cum rigore febris vz. in quo ipsa fortior efficit manifestius ꝙ prius, & grauitas sil'r pro dolore accidit infirmo. Si igit in saniatione ita multo deniq; amplius cum hæc magis sint sibi conuenientia febris & eius cum rigore exacuitio. Principium itaq; non computabitur a die partus: sed a febre tantum.

Com. 18

CONTRARIVM QVOQVE hmõi videt sentiri, prognosticorũ tertio. 10. theoricæ: & colliget quarto.

Adhuc principium ægritudinis sumendum est a tpe quo occurrit ægritudo: hoc aũt in partu: ꝑter nanq; alias passiones dicendas solutio continuitatis aut iuncturarũ separatio grandis superuenit unde tertio uigesimaprima Qñ separatur fœtus: aperitur magis matrix apertiõe tali cuius similem efficere non valet in suo simili. Necessariũ est enim vt separentur iuncturæ quædam & sustententur adiutorio dei excelsi. Amplius, principiũ ægritudinis accipitur criticorum primo: tempore quo morb⁹ incipit inceptione manifesta: & quando cogitur infirmus iacere: hoc autem euenit in partu: quare ab ipso & nõ a febre computatio incipienda erit.

T. c. 1 Ca. 8 circa principiũ. Ca. 40. in medio. Tra. 1. c. 1 iuxta fi.

H

Ca. 6. in medio.

PROPTER PRIMVM quidẽ sciendũ, ꝙ partus est fœtus a matrice cũ eius mundificatione emissio. Tempus vero ipsi⁹ diuersum est a masculis & fœmellis: tertio vigesimaprima. Partus enim non extenditur in masculis vltra triginta: i fœmellis vero vltra quadraginta dies: & plus parum. Tempus autem purgationis fœmellæ. 40. ponitur diebus de generatione embrionis: in tanto ẽt tpe marẽ aiunt & fœmellã in formari. Ex quo quidẽ apparet partũ non solum fore fœtus egressionem: verum ẽt matricis mundificationẽ. Et ideo plures legũ ꝑceperunt mulierẽ post partum cum sit immunda tẽplum nõ ingre-

Tra. 1. c. 1. an medium. & tra. 2. c. 38. in prin.

I di ne maculentur sacra nisi mundificatiõe facta. Et quia immundior redditur ex partu fœmineo ꝙ masculino, sicut etiã sapit A. ꝑcepit Moyses iudeorũ legifer in pentatheuco parientẽ fœmellam nõ nisi post. 80. dies tẽplum subingredi: masculum vero post. 40. solũ non aũt in. 30. quia naturaliter, vel propter menstruationis stimulationem redditur immunda: & ideo transit ad. 40. in quibus oĩno mundificata efficit. Est & partus duplex: vnus quidem naturalis: quẽ faciliora accñtia in ipso actu cõcomitantur parturitionis, in quo etiã sufficiens redditur purgatio: & vniuersaliter pariens in pristinã sui deducitur naturam. Alter vero huic oppositus: quẽ et opposita sequũtur accñtia, velut prẽter alia fluxus san. quẽ sequitur debilitas: & eius retẽtio, quem apata & febres cõcomitãtur praux: & multotiens inde consurgit exitura: ventris inflatio & mors quandoq;. Et de tali quidẽ partu proponit dubitatio.

Collr. 11. 3. tra. 1. ca 11. in fine.

K Principium aũt vt colligitur ex libris crisis et creticorum duplex existit: quoddã. n. est velut punctũ indiuisibile dictũ nunc vel instans a philosophis: quod sub medicorum non cadit cõsideratione abhorrentiũ corpora sempiternæ passionis irrepere dogma: quod etiã principium non nisi cogitatione seu ẽstimatione percipit. Est & aliud principiũ, spatiũ: seu particulam tpis importãs: quod et duplex existit. Quoddã nanq; parui existit tpis: vt vnius horẽ tm̃ & infra: dummodo tempus sufficiens actioni & passioni includat: quod et quẽsitũ petit. Aliud vero est principiũ tempus importans latius: quod etiã est binum: alterũ quidẽ vnum est quatuor temporum morbi velut dicũt ægritudinem salutiferã in principium, statum, augmentũ & declinationem sequestrari: huiusmodi quoq; pars principiũ extat immediate dictũ. Est & principium prout importat trium dierũ spatium. Huiusmodi siquidem duo principia velut excedentia se hñt & excessa. Aliquãdo nãq; maius est principium dictũ de tpe ægritudinis ꝙ trium dierũ spatiũ: & contra.

Li. 1. c. 4. Lib. 1. ca. 6. et prima apho. c6. apho. 11 In medio.

L Deinceps quoq; notãdum in inuestigatione principij morulã tpis importãtis ꝙ ægritudines sunt duplices. Quædã. n. sunt in quibus prẽcedit dispõ almeliletu appellata: & in his est difficilius principiũ ægritudinis statuere: tum propter antecedentia symptomata verã principij inceptionem occultantia: tum etiã propter ẽgrotãtium dispões diuersas ac occupationes. Non. n. ab accubitu possumus in talibus suscipere initium. Quidam. n. & fortes exñtes aut occupationibus impediti vt itinerãtes & huiusmodi: qui etiam actualr febrientes lectum non petunt. Sunt & alij molles delicati: quibus extrinseca suppetunt ad uotũ: qui & anteꝙ febrẽ incurrant in lectum se prosternũt. Existũt & aliæ ægritudines statim ex sanitate sine dispõne almeliletica generatẽq; in quibus principiũ est facilius suscipere.

M In his tamẽ & in illis primis principiũ ægritudinis est illa hora in qua incepit febris inceptione manifesta donec coactus est infirmus iacere: creticorũ primo. Quid autem sit dies: quidq; cretica ostensum differentia. 103.

PROPTER SECVNDVM quoq; sciendũ: prognosticorũ tertio: quosdã posuisse principiũ cõputationis ab ægritudine sola: seu febre post partũ solũ: qui quidem negantur ibidẽ: simpliciter tm̃. Et sine cã. Horũ quidem defectus in partu innaturali apparebit ex dicendis. Et manifestatur: qm̃ febris huiusmodi superueniens partui eius existit accidẽs. Et ab accñti nõ debet fieri cõputatio, ac vniuersaliter a quacunq; cã non manifesta: verum ab ægritudine principaliori: quia illam id ipsum: vt vmbra corpus imitatur: differentia. 73. Dixi aũt in partu innaturali: quia si febrem post partũ contingat fieri naturalem ex malitia regiminis & vniuersalr a quacunq; cã manifesta nullo modo cõputandum a partu: sed a febre solũ cum in nullo depẽdeat ab eodẽ: si pauci etiam inter partum & febrẽ interuenerint dies. Quorũdam vero verba sapiunt superficietenus intellecta cõputationem solũ a partu fore accipiendam: vnde tertio prognosticorum. Scdm hunc modũ & mulieribus crises post partus fiunt ſm quam vtiq; diem peperit aliqua: quare decimo theoricæ. Passiones quæ in mulieribus post partus fiũt ab ea cõputabis die in qua partus celebratur quemadmodum Hip. iperat: et colliget quarto. Debes scire ꝙ crises a principio ægritudinis cõputantur, & est qñ manifeste in principio læsio apparet. excepto in muliere pariente: quia in ea ab ipso partũ incipere debemus: quãuis ægritudo post partũ post tertium diẽ sensibiliter incepisset: tantorũ aũt virorũ sermones. A. quarto secunda in meliorẽ interpretatus partẽ innuens cõputationẽ suscipiendã esse: non a partu tm̃: verum & a febre quãdo inquit: vt tactũ. Si peperit mulier: deinde accidat ei febris: tunc si non cõputetur ex febre: & non nisi a partu, est illud error. Ex quo intelligenti relinquitur & maxime virtute dictionis istius nisi: cõputandum fore a partu simul & a febre. Quã quidem sñiam verba etiam Gal. prognosticorũ tertio: arabica ꝑcipue talia pñt importare. Oportet vt sit computatio horum dierũ in hac ẽgritudine a prima die in qua mulier peperit: nõ a die supple tm̃ in qua inuasit eã febris: quia plures earum febris inuadit in die secundo &. 3. post partum. Et ab istis diebus numerant medicorũ plures & expectẽt crisim. Et istud quidẽ non est rectum ita. sed postꝙ numerantur: supple etiã dies ab ipso die partus mulieris: in quibus verbis idem innuitur in virtute istius dictionis postquã. Ex græco quoq; eius huiusmodi sermonem sic trãstuli: principiũ computatiõis sit tibi: nõ ſm ꝙ mulier inceperit febrire audi solum: quædam nãq; febrire secunda aut tertia die incipiunt post partum: a qua plures cõputant crisim futuram: hñt autẽ non ita supple ꝙ sit computandum a die febris tantum: sed a qua peperit cõputationem oportet fieri dierum.

Cap. 6. in medio. C6. 11. in pncipio.

N Tex. c. 11.

Ca 8. circa principiũ.

Ca. 40. in medio.

Tra 1. ca. 1. in fine. In arg.

O C6. 11. in pncipio.

P PROPTER TERTIVM quidem cum his sciendum ꝙ magis cõputãdum est a partu & a febre vna: dũmodo partus fuerit innaturalis: ex cuius cõmotione cõsurgit ægritudo: & nõ ex errore in regimine cõmisso, aut ex cã aliqua manifesta: quod quidem rõne monstratur. Ab illo. n. tpe sumendum cõputationis initiũ: in quo cã añs incipit sub coniuncta locari: ipsa. n. est cã immediata & conuersiua ægritudinum: sed hoc est in partu. Iã. n. ꝑcones & nuntij adsunt ægritudinis: seu febris: & si non discernantur manifeste. quod aduenit propter ereptionẽ vehementem & subitã accñtẽ in partu ex grandi separatiõe iũcturẽ, dolore, anxietate, & similibus. Motus enim maior ſm Ari. minorẽ depellit et occultat: iuxta illud veteris. Duorũ dolorũ &c. propter quæ natura cõcurrente cum humoribus & spiritibus corpus inflãmatur nõ parum: adeo ꝙ die secũda sedatis symptomatibus ꝑdictis magis febris manifestatur pamplius. Et hoc si hũores ei⁹ peccantes maxime sint phlegmatici. Phlegma. n. de die mouet in diẽ. Si vero cholerici extiterint apparebit sensibilius in tertio cũ de tertio irritetur in tertiũ cholera: quoniam nõ paucæ manifeste febrire incipiunt subaudi die secunda aut tertia ſm Gal. Si autẽ fuerint humores melãcholici manifestabit esse febris plus in quarto iuxta melãcoliæ motum.

In de sen. su. et sen. 4 sus. si. &c. 1. de ge. ani. cap. 1. 1. pti aph. aphor. 46.

Q Amplius ita se habet febris ad partũ sibi superueniens sicut febris supaccñs apati: quod apparet ex causis & symptomatibus: uidetur etiã sic se habere vt febris intermittens quatuor dies aut septem & postea superoccurrẽs qualis est: quæ decimaseptima terminantur aut vigesima: apparens secundo creticorũ. Sed in his cõputandũ non solum a febre superueniente apati, aut ab ipsa occurrente post quietationem eius apparentẽ, verum a principio apatis & inceptiõis febris: sicut sentiũt. A. & Gal. Rursus si principium ẽgritudinis: vt dictũ sit quando inuadit ægritudo respectu sanitatis aut neutralitatis almeliletice ꝑcedentis sensibilis: & in quo coactus est infirmus iacere: oportebit tunc principium ægritudinis

3. ꝑno. c6. 11 in pncipio.

Cap. 5.

A tudinis non tm̄ a febre sumere maxime cum sit accidens partui: verum & ab ipso cum talia concurrant in eo. Itidem si non computaretur a partu; sed solum a febre tunc ægritudines contingentes in partu febres causantes velut sanguinis retentio & similia computationem non reciperent. Etiam si a febre similiter computatio non fieret iam sensibilior ægritudinis euentus computationē non reciperet. Cum igitur hæc duo sint inconuenientia, ab vtrisq; rationabiliter conuincit computationem esse sumendam. A quo autem horum computatio sit magis attendenda apparebit ex consecutione propinquiori febris post partum pp vehementiora accidentia in ipso facta absq; posterius errore regiminis superueniente & elongatiōe febris ab eodem. Si enim primum aderit principium sumendum erit a partu magisq̃ a febre. Si autem secundum contra: adeo q̄ qñ multum protelatur febris post partum modicum sed sumendum initium ab ipso:

B a febre autem q̃plurimum. Quęq̃ verba Auer. superficialia sapiant computationem sumēdam fore a partu post trigesimum diem ægritudine ēt superueniente: quod fortassis dixit olfaciendo sermonem. A. volentis partum longinquiorem extendi vsq; ad .30. dies in masculis. In fœmellis autem vsq; ad .40. & vltra. Hæc igit sunt veritatis pbabilis quæ ex sermonibus medicorum volentiū dicta veteris imitari cum difficultate & hæsitatione non parua dicere potui. Ad cuius quidem ueritatis assertionē pleniorem aduertenda erit experimentalis cognitio. Regulæ etenim dierum creticorum sumptæ ab Hippo. & eius fidele interprete Gal. probabilitatem magis concludunt q̃ necessitatem: cum nō parum videamus: vt tactū prius, secus contingere.

Colli. 4. c. 10. in me.
3. 31. tra. 1. Cap. 3?. in principio.

PROPTER QVARTVM vero. ad primū quid dicendum iam apparet. Ad secundum dicendum per interemptionem: quoniā febris incepit iam vtcunq;. Et

C causa antecedens ducta fuit in coniunctam: licet non apparuerint pp grandiores febre in partu contingentes passiones. Aut dicēdum vt apparuit fm. A. q̄ licet crises a principio ægritudinis sint cōputandæ qñ in principio apparet manifeste læsio. Excipit tñ hoc in muliere parturiente cum in ipsa a partu sit computationis initium sumendum. Ad aliud qñ dicebat q̄ partus est naturalis interimendus qm̄ vt apparuit partus de quo hic sermo extat, innaturalis est. Et si dicatur finem eius vt pote fœtum genitum esse naturalem. Dicendum vt declaratum de rōne partus non solum fore embrionis egressum: verum etiam mundificationem matricis. Aut q̃q̃ sit naturalis fœtui: mulieri tñ ex passionibus ab ipso contingentibus innaturalis existit. Ad aliud dicendum hoc fortassis verificari vtcunquē in partu naturali: non autem in innaturali: cum ægritudines consequantur enarrata prius. Ad aliud dicendum non similiter se habere almelilatu ad febrem vt partum ad eandem. In

In arg. & 2.
Ar. 1. in principio.

D partu enim sensibilius læduntur operationes quàm in ipso. Et ideo potius ab eo sumendum computationis initium, & non ab almelilatu. Ad huius confirmationem mihi difficilem dicendum Gal. apparenter saltem aduersari Hippo. orationi tali enti. Superintendere ergo oportet principium exsaniationis futuræ æstimatum a die qua plurimum homo febrit: aut qñ ipsum rigor inuasit. Cum enim Hippo. primum diem febricitationis considerare pcepit & rigoris Gal. non hunc exponit verum diem vt apparuit exfortiationis febris & rigoris & apertionis sensibilioris. Sermo quoq; fortassis confirmatur Hippo. qm̄. A. tertio decima: vbi sermonem prætactum Hippo. hanc considerationem exfortiationis febris nō aduertit, immo simpliciter magis videtur asserere saniositates quasdam raro tñ terminari in septimo: pluries autem vigesimo, quadragesimo, & sexagesimo. Adhuc ex Gal. secundo recolligitur acutorum computandum fore

Tra. 4. ca. 7 post prin.

E non solum ab exfortiatione manifestiori febris et rigoris uerum etiam ab ipsius diei saniationis initio. Propter qd' forte supplendus est sermo Gal. prognosticorum tertio. cum particula tm̄ aut solum aduerbiali ita vt intendatur vtriq;. Auctoritates quoq; & rōnes partis aduersę cōcedantur prout conanī ostendere ægritudinis principiū a parte fore suscipiēdum: quæ tñ prout expositæ sunt nō negant initium esse sumēdum a febre. Ad aliud dicendum q̄ licet ægritudines contingant in partu: nihilominus manifestanī & adueniunt secunda die aut tertia præcipue post ipsum vnde ab eis principium est cōputationis assumendum. Ad aliud dicendū q̄ licet probet computationem suscipiendam fore a partu, non tamen negat quin a febre vt declaratū sumaī partui sup occurrēte.

DIFFERENTIA. CVII.

QVOD MORS in morbi declinatione contingat mōstratur per Auer. colliget tertio id dicentem. Adhuc .4. secunda. Est mors

F facta in declinatione pauca rara & plurimū eius est in declinatione particulari & nō vniuersali. Contingit itaq; interdū in vniuersali licet q̃ multum in particulari eueniat declinatione, & post quædam subdit. Et moritur multotiens aliquis ex variolis in declinatione. Eti. confirmatur rōne: sicut enim se habet in tpe particulari ita videtur in tpe contingere uniuersali: eo q̄ vniuersale eliciī & consurgit ex particulari: posterio. 2 sed in declinatiōe particulari fit mors. Amplius contingit mori vt dicunt in declinatione particulari: ergo in vniuersali: quia hæc particularis poterit contingeri & concidere simul cum vniuersali. Et fulcitur: quia somnus in declinatione paroxismi nocens est ad mortē: dr̄ia subsequenti. Sed talis declinatio concidit cum vniuersali. In quolibet enim tpe vniuersalium paroxismi sua quatuor seruant tpa. Rursus motus materiæ & per consequēs

Cap. 9. iuxta finem. Tra. 1. c. 98 post prin.
Colli. te. c. 27. post medium.

G temporum distinctio depēdet dr̄ia .104. a motu materiæ & lunæ: sed in declinatione stante: quia materia vincitur & expellitur continget lunam alicui applicari infortunę propter quam inuenta natura adhuc debilitata continget mori. Adhuc morbus & natura sunt sicut duo pugiles adinuicem duellantes .11. terapeuticæ. In his autem sic euenit quandoq; q̄ vno declinato & superato contingit alterum interire. Aliquis igitur in declinatione mori poterit etiam vniuersali.

Ca. 3. in principio.

OPPOSITVM HVIVS sentitur .3. crisium. & primo creticorum: cum omni fere medicorū cœtu. vnde Isaac febrium .4. Mors non euenit nisi in tribus morbi tēporibus: in initio videlicet, augmēto, & statu. In declinatione vero impossibile: quia declinatio non est nisi cum crisis fuerit laudabilis. Palin. Mors accidit ex morbo dissoluente naturā. In illo igitur tpe in quo dissolutio erit intēlior, mortem inducet. Hoc autem erit in cœteris temporibus p̄cedentibus declinationem & maxime in statu,

Ca. 9. post principiū. Colli. c. 12. ca. 2. ante medium.

H remissior vero in declinatione sicut nomē importat: nullus itaq; in declinatione morietur.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, quòd mors est extinctio caloris inati omnimoda libro de morte. Sed quia declinatio est vnum de quatuor tpibus morbum integrantibus: ideo videndum quid sit ipsius tps. Est autem quædam mensura motus in qua quis ad salutem perducitur vel ad mortem. Sub hoc quoq; particularia continentur morbi tpa oēm ambitum complectentia: quæ numerositate inter se differunt fm q̄ fuerint morbi salubris aut mortalis tpa. Quatuor enim sunt tpa morbi a quibus contingit euadere, principium, augmentum, status, & declinatio: ut dictum prius. Omne nanq; quod fit, principium suscipit: & per augmentum in statum veniens tendit tandem in finē: vt ex viuentium ostenditur processu. Qñ autem morbus fuerit mortalis vt plurimū habet tria tpa, qm̄ mors euenit magis in statu: interdum

vero

I vero duo:aliqñ vnum: nunc vero quatuor. Sunt & tpa duplicia, quædam nanq; vniuersalia vt morbum totum integrantia: nonnulla particularia, vt paroxismum constituentia. Quotiens autem principium dicatur ostensum antea: est siquidem principium morbi hora qua ęgritudo consurgit manifeste in actum: & calor præfocatur innatus a materia submersa in membro quo aliquod nõ apparet signum maturatiõis, vel eius oppositum: nil. n. natura in materia morbi manifeste adhuc fuit operata.

Principiũ quid. Augmẽtũ.

Sed augmentum est tempus in quo caliditas expandit innata & mouet ad residendũ morbo manifeste & signa digestionis aut eius apparent contraria. In ipso enim virtus morbi inualescit & patiens debilitas augmentatur.10 theoricæ, quod in morbis euenit maxime versutis. Status vero est tempus in quo vehemens fit pugna inter naturam & morbum. Est & fm Gal. cum labores & accidentia intenduntur. Et in ipso apparet victoria vnius super alterum & maturationis, vel eius cõtrarij completur vestigium. Et declinatio est hora qua calor innatus materię dominatur & vincit eam. Vnde Aui. Natura enim est fortificatio, et sup humorem illum uincit, et expellitur victa morbi materia. Ex his autem horarum descriptionibus innuitur earum duplicem fore digestionẽ, vnã quidem penes accidentia: alteram vero iuxta digestionẽ materiæ aut eius oppositum. Et quidem in pluribus ęgritudinum conceditur apparenter & simul hæc duplex distinctio. In quibusdã quoq; distinctio fm accidentia occultatur sicut in febribus sanguinis synochis appellatis. Hæ nanq; aut in augumẽto videntur solum, vt epagmasticus: aut in declinatiõe, vt pagmasticus, vel i statu oino sicut homotonus. Et ideo fm diuersitatem materiæ in eis distinguuntur tpa solum. Interdum uero una temporum distinctio alteram præcedit, vt in apatibus & proprie pectoris. In quibus tñ fm accidentia considerata pcedunt ipsa fm materiam sumpta: sicut apparebit etiã dria.134.

Status Ca.4. afi medium. prima pho. 16 apho.7. post prin.

K Declinatio prima.4. tra.1.c.in medio.

L

Tpa vero particularia distinguuntur penes accidẽtia, non autem digestionis vel indigestionis materiæ: cum in toto principio sit indigesta, in statu uero digesta. Sicut.n. in principio vniuersali calor cõtrahitur versus eius principium & nondũ apparet pugna manifesta: sic et in principio euenit paroxismi. Et similiter alia tempora particularia ita vniuersalibus proportionãtur. Ex his igitur apparet q; est declinatio duplex: vna quidem uniuersalis in tempore eueniens vniuersali. Altera vero particularis vt quæ paroxismi.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, q; quidam voluerunt distinguere declinationem duplicem vnam quidem veram in qua non contingit mori, & nõ veram apparentẽ in qua euenit, sed hi quod simplex magis diuidunt. Neq; ẽt in declinatione sic accidit mori nisi aut accidente vt errore, vel alterius ægritudinis superuentu. Auer. autem colliget tertio voluit in declinatione ẽt vniuersali mortem contingere posse dicẽs. Aliqñ accidit mors in principio ęgritudinis: & hoc est qñ humores dominantur multum super calorem naturalem & ipsum extinguunt, aut pp qualitatem aut quantitatem aut utrũq;. Et accidit aliqñ in augumẽto aut in statu vel declinatiõe. Et declinatio in ægritudinibus fit a debilitate virtutis, & non debilitate ægritudinis sicut est in ægritudinibus salubribus declinatio pp dominationem virtutis. Vult itaq; vt sonãt sermones ipsius q; in declinatione ẽt vniuersali mori contingat, cum ægritudinem proferat absolute: nõ autem paroxismum. Alij enim consentiunt secum in declinatione particulari non autem vt ostẽdetur in vniuersali. Sed q; hoc stare non possit ex ipsius fulcimẽtis potest destrui. Dixerat enim parum supra q; qñ natura fortificata est super humorem & illum vincit, tunc dicit esse tempus declinationis. Dictum est ẽt per. A. q; in declinatione calor naturalis dominatur materiæ & vincit eam.

M Ca.9. iuxta finem.

Ar.1. in medio.

N 10. theo. Cap.4. afi medium.

vnde Haly. declinatione sedantur accidentia & minui incipiunt: virtusq; morbum superat, & infirmus donec eius morbus finiatur, quiescit. Qñ autem tale quid euenerit non contingit mori. Amplius declinatio dicitur morbi & non virtutis: quod ostenditur quia ipsa opponitur principio: principiũ autem dicitur respectu morbi & non virtutis: igitur & declinatio. Contraria nãq; nata sunt fieri circa idẽ. In declinatione itaq; vniuersali mors non potest contingere. Q. si quis Auer. hic volentem apparente sermone potius q; veritate vellet tueri: potest dicere declinationem fore duplicem: vnam quidem realem & ppriam iam descriptam: alteram uero extraneam & nominalem quæ est qñ ægritudo phantastice vr declinare, quod sitr aduenit aut pp debilitatem naturæ, & extinctionem caloris innati. Et sic aliquis improprie tamẽ valde potest dicere declinationẽ adesse morbi, qñ virtus cum calore declinat: sic dicitur q; febris cum febricitante in morte perit: eo q; impossibile sit fieri sanitatẽ aut ægritudinem carentibus uita, de sensu & sen. Et hunc quidem videtur Auer. intellectũ habuisse qñ dixit declinationẽ fore pp debilitatem virtutis & non ægritudinis, vel contingit pp materiæ occultationem vt q; ad interiora reuertatur. Et sic potest intelligi sermo. A. præinductus q; moritur multotiens quis in variolarum declinatione: quod etiam euenit in apatibus venenosis paruis vt in antrace seu carbunculo. Et hmõi nempe reputantur ab idiotis declinationes. Quod enim febris videtur mitigari quocũq; modo, aut apa occultari putant tunc morbos minui & deficere hmõi: & est simile isti quod scribitur quarti secunda. cum homo habet febrem incentiuam, & inuenit alleuiationem & quietem caliditatis subito absq; crisi manifesta cum euacuatione aut permutatione & sine oimoda extinctione & quiescit quod est in pulsu de velocitate, & inuenit sicut tranquillitas, tunc indica q; morit uelociter.

O Circa pri.

In princi pio arg.

Tra.1.c.91 in medio.

P

PROPTER TERTIVM quidem sciendum, q; nullus per se moritur in morbi declinatione vniuersali, sed bene interdum in particulari: nam in quolibet tẽpore paroxismi cõtingit mori. Et ad huius quidem intellectũ sciendum q; mors duplici de causa contingere potest: aut per se, aut per accidens sicut in declinatione vniuersali ut dicetur ex errore. Per se quidẽ itidem duplex: qñ aut ex essentia morbi & acumine, & sic mors contingit plerũq; & maxime in statu. vel ratione materiæ. quod autẽ quantitatis euenit suffocando calidum innatum & meatus oppilando quibus euentabatur, velut qñ repente quis multam lignorum viridium struem congerit debili flammæ, vel ex parte qlitatis frigidæ aut venenosæ, & talis mors euenit in paroxismorum principijs. In augmento autem cum sit medium inter istas mors contingit medio quasi modo, fm tñ Gal. in ipso euenit per modũ quo in statu. Adhuc ægritudinum quædã sunt continuæ fm quas sensibiliter non apparet additio vlla neq; diminutio, in quibus euenit mori in statu ex morbi essentia cum illa sit tunc completa. vnde. A. Causon & quæ illi similes sunt ægritudines attrahunt mortem apud statum paroxismi, & antecedunt accidentia uersutissima. Calor enim extraneus superans innatum & ad se trahens eum extinguit, velut maior flamma minorẽ. In declinatione vero nũq; cum fuerit vniuersalis. Quædam vero sunt additionem habentes & diminutionem sensibiles siue sint continuæ siue interpolatæ, & istæ sunt mortem inducentes non parum in principio & proprie qñ materiæ earũ fuerint frigidæ. vnde secũda quarti. Phlegmatica mortem attrahit in principio paroxismi. Quæ vero ex materijs sunt calidis interficiunt psertim in statu. Quid autem dicendum de augumento iam visum. In declinatione vero particulari mors aduenit per viam debilitatis virtutis & relationis ipsius vt declarabitur peramplius. Mors itaq; cõtingit maxime in statu: cõsequenter in principio, deinde

Colli. pmo certico.ca. 11. afi me.

Q 2.4 f. tra. Ca. 9. in medio.

Tra. c.98 post me.

A in augmento:minime autem in declinatione particulari
nunq̃ autem in vniuersali nisi ex errore vel alterius ægri
tudinis occursu: quod ostendit: dicente Gal. crisium.3.
Ca.9.post principiũ. nunq̃ excogitari modum mortis posse in declinatione
vniuersali,nisi ex peccato aut errore. Rõne vero ægri
tudinis neq; est videri vnq̃ experientia fiens: neq; rõ id
ra.1.ca. &. p° pa. aduenit. vnde.4.secunda. In declinatione totali nõ mo-
ritur aliquis:nisi pp causas laboriosas deforis quæ super-
ueniunt infirmo. Et est debilis sicut motus aut eleuatio
scilicet ad sellam,vel ira,& qñq; accidit hmõi etiã primę
de cris. idest declinationi particulari:immo Gal. vr̃ has causas
Ca.9. post medium. magis attribuere declinationi particulari:& hanc mortẽ
4.tra.1 dicit Aui. antecedere sudorem cum Gal. paucum visco-
Cap.9. sum. Almansor vero libro.10. Æger nullo modo morit̃
vbi supra mediate. post statum nisi alia ei superueniat ægritudo post statum
Ca.12.p° principium. quæ necem inferat. vnde Haly. hoꝝ complectẽs sniam.
In declinatione nullus morit̃, nisi forte noua fiat passio
B aut in regimine patiat̃ peccatum. Quod et non minus
10. theo. rõnibus conuincitur:& primo quidem ex termino decli
Ca.4.post principiũ. nationis assignato:nunq̃ enim qñ natura vincit, & suũ
inimicum expellit, accidit mori. Hoc autem in declina-
3.de cris. tione cõtingit: vt rõ attestatur ipsius. Adhuc fm Gal.
Cap.9. in medio. Cum p̃terierit status ęgritudinis,natura iam dñatur,hoc
autem accidit in declinatione,non enim alter declinasset
ægritudo. Amplius si quod maxime vr̃ adesse nõ adest,
nec quod minime. Sed magis vr̃ ꝙ in augumento & pręsertim
in statu mori quis debeat,& nõ est mortuus:quare
nec in declinatione. Rursus mors non contingit nisi
aut ꝑpter debilitatem virtutis, vel morbi acumẽ,aut pro
pter accidentia. Sed nullum istoꝝ de se est in declinatiõe
cum virtus iam quiescere inceperit,& confortari a moti-
bus prioribus remissa. Morbus ẽt quietatur cum eius cau
sa expellat̃ continue,& per consequẽs accidentia sedent̃.
C vnde Hippo. circa p̃ncipia & fines omnia imbecilliora
1. pti.apho. apho.30 scilicet accidentia:circa statum vero fortiora. Palin. sa
nitas fit ex morbo tanq̃ ex suo contrario. Contrarioꝝ
enim vnũ gratia subiecti in quo sunt fit ex altero physi.
Collr tex. cõ.67 primo. Quod autem sic fit, per motum ꝓducitur contra-
Collr t.c. riũ in esse. Motus autem inter extrema partim est in ter
mino a quo,& partim in termino ad quẽ physi. quinto.
Aliqñ tñ participat magis de termino a quo, puta qñ
parum ab ipso recesserit:aliqñ æqualiter,qñ vniformiter
distat. Qñq; a termino ad quẽ qñ ipsi magis appropin-
quet,& tunc vehementior est motus cum magis suo attin
gat fini seu perfectiori. Intm̃ enim iam suum vincit con-
trariũ vt & modici sit vigoris. Hoc quoq; accidit in de-
clinatione,tũc enim motus ad sanitatem fere in termino
ad quẽ ꝓpulsa ægritudine existit:& motus naturalis oĩs
in fine fortificat̃ sue perfectioni appropinquans. Ex his
itaq; pluribus tanq̃ ex vna ꝓcedẽtibus radice magis cõ
cluditur nullum rõne morbi in declinatione mori vni-
D uersali. Moritur tñ aliqñ in ipsa per accidens. Quod
tripliciter euenit. primo quidem pp ægritudinẽ vt dicunt
quidam in superuenientem alteram. Secundo ꝑpter pecca-
tum vel ab infirmo commissum qui discolus & medico
inobediens suos irrõnales sequitur appetitus. Aut ex me
dico errante in regimine, si medicus debet dici et non cor
ruptor modi naturæ, vel ex ministris infirmũ facto vel
sermone ad iram vel simile, perducentibus:quod ex reb⁹
quatuor cõtingit extrinsecis in salutem necessarijs praue
Cõ.13.p° principiũ. administratis. apho. in principio. Tertio quoq; ꝑpter de
bilitatem expulsiuę naturalis & aialis in lacertis entis,ut
M circa idem fieri contraria. Talis vero est periodus vitæ. Quod ostēditur tum ex parte principiorum formalium superiorum, tum magis rōne inferiorum. Primo quidem & maxime fm astrologorum snias quia non videmus semp corpora cœlestia quasdam magnitudines tpe in eodem pertransire: verum aliqñ velocius & interdum tardius, licet vltimo totū fortassis reddatur vniforme: sicut motus denotat octauæ sphæræ inuentus velociter ab eo quod tpe fuit Abrachis & Ptolomei: dřia. 9. quare deprehendi non solum arte, verum ēt cum aliis sensu in his climatibus: dies ꝓlongatos & noctes minoratas in solstitio hyemali, æstiuali vero cōtra ꝑp depressionē poli octauæ sphæræ, & eleuationē ꝗodiaci, de quo tractatū cōstruxi. Sol ēt in secādo spatium quod est a minuto primo arietis ad primum libræ minutum, septem plus ponit dies ꝙ ab hinc ad prędictum arietis minutum. 3. Almagesti. Luna quoq qñ fuerit cursu velox. 15. pluries perambulat gradus ꝗodiaci in die, qñ autem tarda. 12. media vero circa. 13. 105. dřia. Sūt & plures tales in cœlis causantibus similes diuersitates perceptæ. Q. autem terminum non sit statuere ꝑcisum ex parte principiorū materialiū: id Ari. testať de ge. & cor. 2. Postq enim dixerat generationē & cor. inęquali fieri tpe subdit. Sed contingit multotiens in minori corrumpi: ꝑp adinuicem confusionem. Inęquali enim ente materia & non vbiq eadem, necesse est generationes inæquales esse, & has quidem citiores, has autem tardiores. 4. ēt de ge. animalium: cum posuisset uniformitatem ex parte periodi cœlestis, subiunxit. Vult igiť natura horū verius. i. certius numerare generationes & consumationes, non certitudinaliter autem ꝑp materiæ indeterminationem. Adhuc cum actus agentium materiam requirant dispositam: ita ꝙ ꝙto fuerit materia disposita magis, tāto sit facilior actio: sic vt agens ēt debile in ipsa poterit agere, cum potissima causa sit actionis materialis ꝑparatio: febrium primo. Medicus quidē valet (vt ostensum est) materiam ꝑparare. Ac astrologus silr & formā reddere perfectiorem. Itidem quædam climata sunt in quibus homines longiori viuunt tpe, vt quod Indorum vt dictum prius: quædam in quib⁹ breuiori vt quod Nigrorum. Eis nanq euenit senium in. 30. annis. primo secunda. Permutetur itaq quis ex terra Nigrorū in indiā: vitæ hic reddetuř longioris: nisi virtus specifica & affectio in aere impressa sibi fuerit contraria distantia longiori improportione adducta, ceu si Indus assumeret complexionem climatis sclaui, aut moreref aut infirmaretur fm A. ꝙ autem permutatus in clima vegetabilius longioris sit vitę, apparet, qm̄ uniuersale distrahit & perturbat particulare. Habraam Euenare. Contingit nanq. 40. millia hominum aut plures simul qñq bello interire, quos non est omnes dare ꝓprie astralitatis morte decedere, sed ꝑp natiuitatem superioris prauam hos in bella trahētis contingere. Rursus eadem rō est toti⁹ & partis. Vita vero totius & vniuersalis non est determinata: qm̄ olim longior, nunc autem breuior ut dřia tactum est. 9. Adhuc si vnum contrariorum est in natura, & reliquum. 2. cœ. & mun. Sed vita potest vt videtur abbreuiari. Similiter & contraria nata sunt fieri circa idem. Vitæ nanq breuitas & prolixitas sunt contraria, vita vero potest vt oēs cōcedunt abbreuiari. Has vero duas rōnes impugnāt oppositum huius sententes praue. Dicunt enim primā concludere de morte accidentali & non naturali morte. Quod manifeste falsum cum sermo Ari. sit cōis ēt in contrariis non veris: vt apparet inducens in igne & terra. Multo igiť amplius in vita naturali & sua verificabitur morte. Propter quod nihil respondent nedum ꝙ soluāt. In secunda uero rōne subiungunt nisi alterum insuerit natura, supponentes natura inesse vt mors nequeat naturalis retardari. Cuius falsitas manifestať per plura petētes quod habent confirmare. Itidem anima huius corporis forma affinior est ipsi, ampliusq in ipsum impressiua ꝙ forma uniuersalis exterior cœlestis. Sed animę multotiēs motus impressus corpori non obedit. 3. de anima: notū & de causa motus animalium, ceu signant irati, venerei, apoplexia ex corde, in quib⁹ tñ percipitur motus eūari. Eti. etiam naturales non sunt pręfixi omnino, & auis armetricii: vt arborum populationes indicāt, & vermiū ex putredine generatiōes, nā interdum prius, aliqñ vero posterius euenit fm ꝙ sol in ariete seu piscibus. Marti potest autem Saturno copulari. Similiter et gestationes non sunt matrum pares. Quædam nanq. 7. mensibus ferunt aliæ quidem. 9. nonnullæ, 8. quædā. 10. & deinceps aliæ: adhuc ætates non vno terminanť periodo, cum quidam sint longæui, alii breuiæui, vt dřia. 21. apparuit, neq ad actus venereos mouenť & barbescunt simul: neq idem seipso fm circunstantiarum diuersitatem. Amplius uidemus morientes etiam temperatos per electuarii exhibitionem & vini aromatici vitalium mox confortari &

N

T.c.57.
T.c.58

Ca.10.li.

Ca.4.post principiū.

O

arg.1.post principiū.
Do.2.sū.1 ca.11. post principiū.
ꝑma ꝑmi
Do.3.c.1. circa me.

P

T.c.18

Vbi supra immediate.

Q

T.c.46

mortem

A mortem retardari taliter. Quod & manifestius operatur crocus: macis & castoreum ana. cum vino trita exhibita confortatiua velut muscatello. Sic & in de pomo dicitur libro de Arist. in manibus ipsum tenēte. Cuius reficiebat odore dicente diu expirasse: ni pomi sustentaretur illius odore, statimq; manus eius inceperunt contremescere, sicq; pomum cecidit & expirauit: quod non eueniret si terminus foret omnino pfixus: & eius velut illuminātis ad illuminatum aduentus, & maxime cum nobis cœlestia necessitatem non impingant: materiam dispositam ex potentia. Et aduertētibus proprie q rōnalis anima est dignior stellis. Isaac febriū. 5. Videmus ēt aliquas coniunctiones quid magnum ostendentes prius longo pcedere tpe, anteq ipsarum monstretur effectus, cum materiam tpe disponant, & formam tandem inducant, sicut coniunctio diluuium portēdens per. 287. pcessit annos. Albumasar coniunctionum primo. Illa vero quæ Mahumet futurum denotauit per. 52. Alchabitius. Sic igitur ex his omnibus intellectum perspicacem habentibus & sciam quibus scribitur diligentibus, sufficienter ostensum sit, mortem posse naturalem & medici beneficio & astrologi retardari. Sed vt magis capiant antemissa sciendum q mors potest dici naturalis dupliciter. Aut qa cōcidat priuatione illius quod ex parte principiorum materialium & formalium existit, & talis ppriе dicitur naturalis, sicut qn quis perfecta habuerit pncipia materialia, bono ēt gubernetur regimine, ac formalia his consona et beneficio astrologi coadiuuatus decedit tandem. Et alia quidem naturalis improprius ista dicit cū ex principijs solis contingat formalibus virtute inexistētibus, qtitatē vitæ quādam cōfusam vt ostensum pstantibus, quę sine gladijs aut morsibus seu putrefactione contingat potest naturalis appellari: cum principium auferat formale virtutis, & natura proprius dicat de forma q de materia. 2. physi. Sed circa pdicta euenit dubitare; quia cōcessum mortem quandam naturalem existere. Quod non uidet, qm senium & omnis defectus ac corruptio est contra naturam. 2. coe. & mun. Cuius cōtrarium est: quia senescere & corruptio est fm naturam. 5. physi. & de tabe. Dicendum q mors est duplex. Vna quidē vniuersalis quæ motu superiorum in elementa euenit agētium: natura. n. huius non solum intendit generationem: verum ēt corruptionem: cum corruptio vnius sit generatio alterius, & hæc mors dicitur naturalis. Est & altera natura particularis vniuscuiusq; indiuidui: & quia vnumqdq; appetit sui semp salutem & conseruationem: mortem perniciēq; deuitat: mors hmōi dicitur accidens contra naturam & maxime formę quid diuinum et appetibile entis: non. n. ab hoc intenditur particulari nisi forte per accidēs: vt in deprauatum habentibus appetitum aut volentibus vita diuini coniungi futura. Et fm hanc intentionem dictum est. primo de gene. animalium: fœmellam fore marē occasionatum siue agonum. Potest & ea naturalis dici: si quis attendat q a principijs procedit intrinsecis, & si nō intenta. Quidam quoq; dixerūt mortem naturalem esse ratione materiæ talem maximeq; propter priuationem illi coniunctam maleficium procedentē ac destructionē, non autē ex parte formæ: quod in idem potest positione quod dictum concidere.

Ca. 4. iuxta finem.

B

T. c. 37. T. c. 56. Tra. 1. c. 1. circa prin.

C

D

Ca. 10. circa principiū.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum q Iob non simpliciter loquitur sed respectiue ut de termino cōi lato & non anguste pciso. Non enim hominis vita quinquagesimo solum extenditur anno: neq; hodie ducētesimo: sed inter hos latos terminos reperitur diuersimode terminata. vnde ait. Breues dies hominis sunt. Numerus mensium eius apud te, constituisti terminos: & reliqua. Apparet igit non de termino particulari pręciso concionari. Ad secundum & tertium dicendum q Ari. loquit de periodo cōi indeterminato, & non particulari præciso. Aut de periodo ex motu superum magis vniformiter causato. Hic autē sicut consequenter subiungit, ppter diuersitatem materiæ ac inæqualitatem variatur non parum ita vt hoc intellectum cōcludat oppositum et non intentum. Et mirandum est q multi grauiū sup hoc fuerunt fundati: ac si periodus ita foret pręcisa & causam eius consequēs in instanti vt illuminatio lucem.

E

Ad aliud dicendum fm Ari. & Commentatorem, q Deus nihil potest in hæc operari absq; medio: cum eius omnis actio hic mediante motu & transmutatione perficiatur, ita vt periodus a supernis corporibus in hac inferiori materia inducta nō habeat permutare, cum ad id sequat quædam inordinatio ac defect[9] & mutabilitas in primo, tanq non sapienter primitus omnia producenti denotetur inesse, Quæ enim perfecta rōne firmata sunt, permutari non possunt: iuxta Timæum. Sed quia hi de primo ceu de agente quodam natura sunt. q. locuti, propterea dicendum cum sit agens volūtarium per suum intellectum omnia vt ei placet disponens est & immutans, quod tn contra veritatem non est determinatam cum ea per naturalia & medicinalia & non per supernaturalia fuerunt perscrutata. Ad confirmationem vero dicendum, q licet Dei scia sit rerū causa, & fm q pręuidit ab æterno ita eueniat. Non tn eius pscia seu puisio rebus necessitatem condonat. 5. de consolatione: quia. n. ipse oia pduxit & cō prehendit sine motu & tpe indiuisibili, nos vero percipimus motu & tpe, anima nanq; nostra non intelligit sine continuo tpe ac phantasmate, de memoria & reminiscētia: &. 3. de anima: nō possumus ad illa quæ ipsi[9] intime pertingere, sicut nycticoracis oculus rotam non valet solis inspicere. At quia hic sermo alterius & altioris est speculationis: suspēdatur ad psens. Ad aliud quid dicendum apparuit: qm fm q mensura est lata & indeterminata, sic & mensuratum: cum hæc ei fuerit applicata. Ad aliud dicēdum, q verum est primum: sed q p sub ipso assumit est falsum. Ostensum. n. est, q forma beneficio artis potest longiori tpe in materia permanere.

Com. phy. t. c. 16. & 2. de ge. & cor. t. c. 59 12. meta. t. c. 12. iuxta finem.

F

post prin. T. c. 30

G

Ad aliud iam apparuit quid dicendum. Virtus nāq; viuifica est finita finitate lata non angusta. Ad aliud simr dicendum q principium vitæ ac status vt ostensum non sunt determinati. Quædā. n. corpoꝝ citius incipiūt quædam vero tardius & ad statum eodem perueniunt mō vt apparet ex plis diuerso termino gestatione ac terminatione iuuentutis varia. Nam quorūdam iuuentus ponitur in. 30. anno terminari; alioꝝ vero in. 35. fm complexionis diuersitatem & talium. Ad aliud dicendū q & astrologia nō est mēdax neq; ociosa: qm sicut astrologus percipit circa natum accidentia emergentia, ita & eoꝝ subsidia in prolongatione vite per artem ordinate percipit: vel veritatem dicit in q plurimis. Et raro deficit valde a pgnosticatione recta: exceptis quibusdam particularibus valde; perpauci autem sunt pdicto vtentes regimine vitæ pductiuo: cū plures vita viuant brutali, aut occupationibus ciuilibus & familiarib[9] occupati. Ad aliud dicendum vt monstratum q vita non potest perpetuari. & q dictum Ari. in causis ucrificat vniuocis immediatis per se ad effectum ordinatis: quales non sunt superiores ad ista; ppter enim ab illis distare hæc reddūtur transmutabilia & corruptibilia omniquaq;. Vnde in libro de mundo. Deus fm poetam residet in supremo vertice vniuersi: cuius virtute pręcipue fouetur corpus quod prope est, & deinceps q post illud consequenter: vsq; ad loca nostra prope terram. Et quæ super terra videntur nimium distantia a commodo diuino, infirma esse & plena multi turbinis. Non enim effectus virtutem suæ causæ continet & repræsentat perfecte, propter quod & varietas paulatim occurrit, vt & in toto apparet ordine vniuersi a primo per media in infima descendendo, primus etenim simplex & immobilis manens ac incorruptibilis

H

I ptibilis omnino. Reliquis autem adsunt compositio mobilitas & corruptio.

DIFFERENTIA. CXIIII.

QVOD CIBVS & potus magis aere nos immutet monstrat. Quia quod simpliciter non immutat, nos magis nõ immutat, sed aer ac et aqua absolute non immutant. vñ Commentator. 2. de anima. animal quod natum est esse in aqua vel in aere, non sentit aliquam qualitatem calidam aut frigidam in eis: si has itaq; nõ sentit perceptibiliores & magis permutantes, neq; sentiet reliquas. Amplius Isaac in dictis uniuersalibus simplicia non faciunt in compositis, quod composita in compositis: sed potus & cibus sunt composita: simplex uero aer secundo phy. & primo prima. & firmat: quia agentium & patientium oportet symbolum & proportionem existere. Rursus agentia & patientia cõicant in materia. primo de ge. & cor. hæc autem non cõicant: cum aer sit simplex: potus & cibus compositi: huius vero materiæ sunt oppositæ. Adhuc loc⁹ virtutem habet saluatiuã. 4. physi. mirabilis enim natura est loci. Sed aer noster est locus. Nos itaq; saluabit impermutatos. Palin. quod habet drias & virtutes minime sensibiles, immutat minime: cum his perficiat immutatio: hmõi quidem est aer. vnde primo physi. Aer nequaq; drias habet sensibiles.

Cõ. 115. in medio. Lec. 12. ad medium. T. c. 1 Do. 2. in medio. T. c. 53 K T. c. 4. & 7 T. c. 54.

Eti. Quod diutius immorat & grossioris est molis minime cessibile, magis immutat eius opposito. Tales vero sunt cibi maxime & potus: non autem aer: cum sit post ignem subtilissimum corpoꝝ. Itidem cuius qualitas et subiectum illius sunt debiliter immutatiue, minime permutant. Sicut enim res habet esse, & agit, ita quidem est aer: cũ sit subtilis substãtiæ plurimæ passionis receptiuæ. Qualitas etiam illius propria est humiditas vt ostensum est dria. 12. & 14. hæc autem est qualitatum debilissima & minime impressiua. Et ideo ægritudines siccæ curatæ cum fuerint vltimari non possunt. Caret enim curatiuo æquipotente contrario. Itaq; aer potibus & cibis nos immutat q̃ minus.

L

HVIVS VERO cõtrarium turba sapit omnis medicoꝝ cum phylosophis. Adhuc illud magis immutat qđ qualitates obtinet in somno: qualia sunt elemẽta: gradualibus enim non mensurant mẽsuris: vt primo innuitur prima: q̃ id quod habet eas in excessu, ceu potus & cibi. Rursus id magis permutat, quod semper permutat, & non permutat saltem in eius substãtia, hmõi est aer: cum sit corpus simplex. Cibi autem & potus quidẽ permutant tandem, & corpori similes reddunt & vniformes: quod & notatur signo. Carcerati enim malo aere assueti bonum primitus repetunt: demum abstinentia perplexi potum, & vltimo cibum. Similiter & animalia quędam cauernas: & aues nidos cum ouis aut pullis dimittentes fugiunt pestilentiæ tẽpore, quę ex aeris corruptiõe contingit: quarto prima. Itaq; aer plus potibus nos permutat & cibis.

Do. 2 M Tra. 4. c. 2. in fine.

PROPTER PRIMVM vero sciendũ q; aer tripliciter videt accipi. Aut pro re naturali ſm q; nostroꝝ corpoꝝ & aliorum ingredit cum cæteris elementis constitutionem: quid aũt sit dria dictum. 14. accipitur & put vna sex rerum non naturalium necessariarum ſm q; est emanatio quædam nřis adueniens spiritibus: qui sicut temperans & conseruans causa meliorationis existit ipsoꝝ primo secunda, hic aũt iuxta quintum theo. & Ioannitium modis variat quinq;. Tempoꝝ mutatiõe, ortu stellarum & occasu: ventoꝝ impetu: terrarum situ: ac fumositatibus vaporosis. Et hic aer mutationes adhuc obseruat naturales. Accipit & aer tertio, put res factus est cõtra naturam, qñ eius substantia in putredinem permutatur pestilentiæ inductiuam, vel in qualitatum pessimã. dria. 94. De secũdo siquidem maxime aere ac et tertio quæsiti comparatio importat. Quid autem sit cibus & potus notum est quæsitis non paucis. Qui extensione sicut quadam res possunt dici naturales: vt cum in corporis substantiam conuertant, si non sint alteratiui adhuc oĩno, immo tales vere dicuntur cibi: quia caret penitus excessu omni vt acredine: ponticitate, acuitate & vniuersaliter vniuersa qualitate superflua. 4. apho. Magis tñ cõsuetis ipsos res non naturales appellari, cum necessarium sit illos nobis approximare non raro vt substantiam nostri reparent corporis. Prout vero ipsam corrũpunt, res pter naturam possunt dici. Nam idem ſm eius diuersam approximationem potest esse sanatiuum ac eius oppositi causa. vnde in arte parua quæ techni dicit libro. 3. Singulum si indigenti corpori adducat in competenti q̃titate & qualitate salubre fit, nihil vero indigenti oĩno oblatũ aut non in competenti mensura ægrum constituit. Est autem hæc immutatio a pexistenti quadam dispositione alteratio. Quod autẽ maxime immutatur cor existit: licet resistat potissime. Ab ipso enim motus procedunt & ad id reuertuntur. Est autem in corpore tanq; intelligentiarũ prima in orbe.

Do. 2. c. 2. in prin. Cap. 2. i si. in isagogis tra. rerum non natu. ꝗ aliũ prin.

N Cõ. 4. apho. 14 T. c. 111 O

PROPTER SECVNDVM quidem sciẽdum q; Arist. prima pble. proble. 13. videt sentire aquam quę potus est verus magis nos aere immutare, & adhuc q̃ cibus cum aquam plurimum consumamus ciboꝝ respectu: in cibis. n. existit & pulmẽtis & in potu plurima. vnde inquit pp quid aquas permutare morbidum aiunt esse aerẽ vero non. Qui dissoluens triplicem causam assignat. Vnam quidem: qm̃ aqua sit nutrimẽtum non q; nutriat actu inquantum est elementum, vt. 4. meteo. & primo prima: sed ad nutriendum facit: permiscet nanq; alimẽta & pprie quæ dura: in ventre & in angustis venarũ meatib⁹ mesenterij ac hepatis eius subtilitate peruenire facit. Irrorat et partes, caliditatem contemperat excessiuam, et quod superfluum est iuuat sudorib⁹ expellere. vnde subdit. Et habentes. s. cibos & eis utentes descẽdunt. i. descendere faciunt hos & penetrare pp aquam: ppter aerem vero minime vt dicatur. Illud magis immutat, quod nutrimento admiscet id in partes faciens penetrare angustas eius opposito hoc autem est aqua: non aũt aer. Secunda. id magis immutat cui⁹ ſm se spẽs & diuersitates sunt plures q̃ eius oppositum: hoc aũt aqua & nõ aer existit quia aquæ multæ sunt, vt ait, species, & driæ ſm seipsas aeris autem non. Tertia quidem: quia quod cito aduenit & celeriter recedit, non sic permutat vt mansiue inhærens, hoc autem est aer & non aqua. unde inquit. Hęc etenim et est causa quare in aere fere idem accidit fieri: qc accidit facere recedentes qui parum imprimere & permutare possunt, cum permutatio hæc alteratio existẽs: sicut alię actionum perficiantur tpe. In aquis autem est aliud, manet nanq; magis: quare plus possunt immutare, pp quod concludit, q; bene vř morbida fore aquæ mutatio.

Cõ. t. c. 30. in fine. De q. 11. vestimẽt. P

Sed quia hic sermo infestus apparet medicis volẽtibus simpliciter aerem potib⁹ & cibis amplius permutare, cũ & adhuc dicat historiarũ. 8. Infirmitas nulla videt pestilentialis incidens in pisces sicut in hominibus accidit sæpe, ac animalibus coꝝ quadrupedibus, puta equis, & bob⁹ & alioꝝ domesticis & syluestribus: hoc aũt videt magis contingere pp immutationem aeris vehementiorem ea quæ aquæ, licet quis causam velit ex animalibus sumere solum. Dicendum siquidem vt apparens cõtrarietas sopiat, q; de aere contingit loqui dupliciter, aut ſm q; permutatus fuerit a suo esse in substantia vel qualitate qualis est pestilẽs pactus, vel prout pprium seruat tenorem. Siquidem prior dicendum q; mutatio aeris huius magis immutat q̃ quæ aquæ quæcũq;, cum sæpius vniuersalis & vehementior accidat pestis ex aeris corruptione, q̃ aquæ: mox enim interdum strãgulat & extinguit in cor incidens non minus napello, sicut visum iam non parũ

Q Ca. 19

in cauernarũ

A in cauerniarum & puteorum apertione. Si autem hic propriam seruet naturam dupliciter euenit, quia aut mutatio aeris est grandis, longinqua, vt de climate primo aut secundo, in sextum vel septimum repente. Tunc similiter dicendum quod aeris mutatio fortasse magis lædit quam aquarum varietas, cum deymones & virtutes specificæ in aere magis quàm in aqua sint infusæ, sintque locis differentes valde sibi inuicem, ita vt improportionales reddantur indiuiduis trãsmutatis repente in contrarium ex suo climate. vnde primo prima. Indi corpus cum fiat quale secundum complexionem Sclaui, aut infirmabitur aut morietur. Vel non fit vehemens & distans aeris mutatio, sed paulatina, propinqua, de extremo regiõis vnius in extremum sibi affinis. Et de hac quidem mutatione sermo potest Ari. verificari: propter enim aeris simplicitatem in tam modica distantia non tantam recipit diuersitatem vt aqua, cum euentationem non suscipiat qualẽ ille. Ipsa nanque eo compositior existit, tum rõne sui, tũque terræ sibi coniunctæ. Quod trãsitus ex Picardia indicat in Flandriam & aliorum quam plurimis. Ibi. n. maxime aquarum percipit diuersitas & malitia, non autẽ sic aeris. Quod sanitas & fortitudo corporum indicat illorum. Dixerunt quidam immutare magis aerem spũs propter symbolam ad eos proportionem, aquam vero humorẽs magis. Hoc tñ forte contra mentem videtur Ari. cum absolute pronuntiet aquam morbidiorem aere. Adhuc si aer spiritus immutat simpliciter, cum immutent quę sunt virtutũ immediatius subiecta: tales vero non sunt humores cum natura spiritibus sint remotiores. Propter quod prius acceptandum est dictum. Veritas nanque vt quod aer plus immutat vitalia: naturalia vero amplius aqua.

PROPTER TERTIVM quidem sciendum, quod aer amplius potibus & cibis immutat, ppriẽ relatione ad virtutẽ facta regitiuã quę in corpore fundatur potissime. Id enim mutabilium primũ. Sicut & canone operationis fideliter obseruato, vt aer non naturali aut pter naturã existenti, potibus & cibis sibi comparetur proportionabilibus, & non disparibus. Quod quidẽ auctoritatibus ostendit fere ac rõnibus non minus. Prima nanque pble. Corpora sicut disponuntur tpe. Aeris vero immutatio maxima temporibus consurgit anni & prima. Rursus in techni. Si distemperatũ fuerit continens intrĩ & temperantia minui oportet aliarũ. f. rerũ. 5. non naturaliũ inquantũ eucrasia corrupta fuerit ipsius continentis. Vult igitur quod aere in aliqua qualitatũ permutato: cæteras pportionaliter. 5. causas nõ naturales oportere in contrariũ duci. Sic itaque nõ solũ potibus & cibis magis immutare valet: sed & oibus alijs quasi magis. Itidem Isaac febriũ quinto aer nocibilior est cibis & potibus: quia velociter perforat ad cor & pulmonẽ cũ flatu attractus: sine vlla remotione vt vñ. 9. de inge. Materiã quæ ex continenti nos impossibile fit fugere, sed necessarium vti ea quæ præsens. Et. 5. theoricæ: & primo practicæ aer est vita causarũ fortiũ immutatione pp ineuitabilem ad illum necessitatem. Quod & primo prima innuit. Caliditas post tps consistẽtię statim minui incipit, ppterea quod aer circũdans materiã eius quæ est humiditas exiccat. Q. aũt magis immutet ostendit rõne sumpta: tum ex parte alterantis: tum ẽt eius quod alteratur, tumque alterationis. Alterãtis quidem vt aeris: quia illud quod maxime recipit alterationem maxime alterat: cum agens physice patiatur physice & cõtra. Sed aer potissime in alteratione consistit: non aũt sic potus & cibi: quod ostenditur tripliciter. Ex parte quidẽ substantiæ ipsius qualitatis & situs. Propter substantiã quidẽ, quia subtilis est substantiæ: quod aũt tale est facile alteratur. Substantia. n. subtilis plus recipit passionem febriũ & primis secunda. Situs quoque causa: quia hic alijs commiscetur elemẽtis magis quam cætera, cum aquæ iungantur immediate & terræ petens earũ profunda & quæ sunt ipsius alta. Qualitatis quidẽ, quia aeris qualitates sunt principaliter humiditas cæteris passibilissima & minime de se ipressiua. Ex associatione vero sibi inest caliditas quæ natura ẽ permutationi apta & putrefactioni. Similiter caliditas humiditatis est consumptiua. Et ideo aliqui dixerũt complexionem calidã & humidam non fore dñia. 19. cũ calidum agens in humidum cõsumat id, & siccitatem inducat. vnde calidos & humidos multis videmus passiuis alterationibus subiectos. Prædicta siquidem denotatur immutatio non solum ex his quæ insunt aeri, verum ẽt ex sibi desursum impressis. Cum enim elementorum alia vno agitentur planeta, hic autem pluribus: Sol enim cum eius sphera in quo fons caloris reperitur primitus & lucis, natus est ignem cõcitare. Luna uero aquam: pp quod mare fluit & refluit sm lunæ ascensum & descensum desuper & desuptus ad medium cœli. Et sm ipsius ætatẽ prout in coniunctione vel in oppositiõe fuerit maxime. Saturnus aũt, Iuppiter, Mars, Venus & Mercurius cum eius spheris aerem mouẽt diuersimode. vnde motus existunt differentes alterationesque variæ, vt horum motus est planetarum difformis. Frigus nanque aeri præstatur ex Saturno: æstus vero ex Marte, temperies in calido ex Ioue, in frigido quoque ex Venere. Sed miscibilitas & passibilitas facilis ex Mercurio, est nanque indifferens ad omnia permutabilis de facili. Sphera uero octaua dicta stellata, terram concitat, diuersas transmutationes sm longorum temporum periodos eidem imprimendo, ita vt vbi nunc est arida, olim fuerit mare ac contra, meteororum primo. In ea nanque sunt. 48. imagines sine eorum gestaminibus specierum generatiuæ, ac terræ permutatiuæ: propter quod in ipsa segregationes reperiuntur variæ, differẽtia. 14. 16. & 9. Sic igitur cum plurima sint aerem permutantia, erit alteratio nis actiuæ ac passiuæ maxime. Secũdo quidem illius quod alteratur ex parte vt cordis. Ab eo enim omnes incipiunt & terminantur passiones ad ipsum, vt pulsus indicat & anhelitus immutatio ex qualibet causa consurgens leuissima: omnium nanque nocumẽtorum aduenientium corpori primus occursus est ad cor velut ad basim vitæ. Mesue in canonibus. Eius nanque natura in pluri & vehementiori extat armonia. Quod autem tale, permutatur de facili vt apparet proble. quinta: & si bonæ fuerit cõstitutionis. Tertio siquidem ex parte alterationis tripliciter ostenditur: ratione quidem immediationis, continuationis, assiduitatis: seu & vniuersalitatis eiusdem. Primo quoque: quia aer imediate fere cordi occurrit, id secundum eius dispositionem immutans omnino. Quod enim immediate permutat, fortius immutat, eo quod medio immutat interueniente, cum medium impressionem impediat: non enim quod sic, tangit, cum actio perficiatur contactu. Sed circa hoc contingit dubitare. Non enim videtur aerem cordi immediate occurrere. Nam sicut venter cibum præparat & coaptat alijs membris vt non immediatius illis rudis adueniat, ita enim vuula, & pulmo prius aerem immutat & alterat, ne cordi absque medio adueniat. Adhuc aer est subtilis: potus vero & cibus grossi. Subtile vero modica eget permutatione: vt reddatur familiare, grossum uero plurima: ppter quod videtur aer alio mediante occurrere sicut potus & cibi.

Ad quod dicendum & primitus, quod pulmo modicam alterationem inducit, cum sit membrũ molle, laxum, facile passibile: maximeque cũ aer in eo modico permaneat tempore. Celeriter nanque cum ad ipsum deuenerit, in cor transmittitur, vt spiritui associetur capinosa eductione indigenti a corde ne inflammatio retenta accidat peremptiua. Ad aliud dicendum, quod aer non alteratur facilius potu & cibo: cum in eo sint plura indigẽtia immutatiõe, immutetque membrum alterabile quam maxime. Aliquid. n. quod facilis est alterationis ad ventrem, non est facilis respectu cordis: cũ ipsum nullã grandẽ toleret passionem.

Marginalia (left): Do. 3, ca. 1 circa me. — B — C — proble. 9. — Li. 3. t. cõ. 27 — Ca. 4. post principiũ. — Ca. 14. post mediũ. — D — Cap. 1. in principio. Ca. 11. in principio. Do. 3. c. 8 post me. — Ca. 1. in fi. Do. 1. sũ. 1 Ca. 3. iuxta finem.

Marginalia (right): E — F — Ca. 5. cõ finem. — G — Li. 1. intẽtione. 2. sũ. 1. c. 1. cañ. secundo. proble. 21. — H

I Ca.4.iuxta finem. tertio de partibus aïalium. Aut concesso ẽt aerem potu et cibo facilius alterari: vnica quidem alteratione: rõne tñ plurium secus existit, cum aer continue.q. occurrat: potus vero & cibus per interualla. Rõhe uero continuitatis siue frequentissimi aduentus: qm̃ aer iteratus fere cõtinue cordi occurrit: potus vero & cibus cum interstitio non pauco. Quod.n. continue in alteratum aduenit & membro alterabili præcipue: amplius immutat ꝙ illud quod mora transmutaĩ in membris nõ de facili alterabilibus, qualis venter extat. hic autem est aer. Cibus autem & po Ca.14. p' medium. tus non. vnde.9. de inge. Alias materias & eligere & fugere possumus: quæ aũt ex continenti impossibile, immo necessarium vti quæ p̃sens. Ex parte quidem utilitatis du pliciter: aut quia aduenit vndiqꝫ: per aures nãqꝫ ingrediĩ & nares in spiritualia & corpus omne deforis afficit immediate: non autem sic cibus & potus maxime, vel quia vniuersaliter in potibus cõtinetur & cibis. Omnia enim K componuntur aere, ac ipso afficiuntur ꝙ maxime. vnde Do.1 fũ.1 Ca.7.in fi. primo secunda. Mortalitas corrumpit arbores & vegetabilia, quare corrumpuntur ea ex animalibus quæ ipsa comedunt. Et iccirco homines qui eis vescuntur corrũpuntur. Mortalitas vero seu pestilentia ex aeris euenit corruptione. Ipsa nanqꝫ est putrefactio quę accidit aeri similis putrefactioni remollitionis aquæ fœtidæ. Itaqꝫ aer potibus & cibis nos vehemẽtius ĩmutat, deinde potus cibis.

PROPTER QVARTVM quidem. ad primũ dicendum ꝙ elementa simplicia pura ſm Commen. non immutant animalis cum qualitatibus careant mutatiuis sed ſm ꝙ aliȷs fuerint corporibus commista: hmõi autẽ elementoꝝ est aer: nam terra quam calcam', & aqua quã bibimus, & aer quẽ inspiramus, non sunt simplices dña. 12. Est autem Commẽtatoris series: animal quod natum est esse in aqua, uel in aere, non sentit aliquam qualitatem calidam vel frigidam: si fuerint in simplicitate quam de L bent habere. quia ipsius locus naturalis, & locus est similis locato vt declaratum in sermonibus vniuersalibus & ostensum est ꝙ sensibile ante passionem est contrarium, & cum ita sit, animal nõ sentit calorem aut frigus in aere aut aqua nisi qñ cum eis corpora admiscenĩ calida uel fri Te.c.34 iuxta finẽ. gida, vt tactum.42. Vult igitur ꝙ elementa simplicia nõ immutent nisi ſm ꝙ fuerint corporibus alioꝝ extraneis admista: neqꝫ aquam dici a uulgo aquam nisi propter superantes partes aqueas in illa: sicut Anaxagoras posuit compositum dici tale vt carnẽ seu aliud a prædominãti. in primo physicoꝝ & elementoꝝ. Vulgus.n. consueuit vocare aquam, dum liquefactio remanet in ea. Quid aũt de hoc, uisum.42. Ad aliud dicendum, simplicia ideo non facere in composita, quod composita in seipsa: quia ſm Isaac cum aliȷs non conuertunĩ in corporis substantiam. Composita vero vere cum in materia cõicent propriori. Et licet non tm̃ operentur simplicia in composita M vt composita in composita, propter eorum vniformitatem, potest tñ ꝙtitas simplicis intm̃ addi continueqꝫ, vt superet actionem: cum ꝙtitas sit actiõis coadiuuatiua.3. Dist.4.c.3 iuxta finẽ. Cõ.33.16. simplicium pharmacorum. vnde Commen. primo cœ. & mun. Potẽtia corporum sequuntur magnitudines eorum. Ad aliud dicendum per interemptionẽ: quia simplicia & composita cõicant in materia vna, & si quibusdam sit propinquior: aliȷs vero remotior. Omniũ enim generabilium & vniuersaliter habentium ad seinuicem T.c.1.&c.29 transmutationem est vna materia, primo de ge. & cor. Aut omnium simpliciter per indifferentiam formarum.

Ad aliud dicendum, ꝙ aer et aqua sunt locus materialiter locatoꝝ, forma vero ipsius est ordo & aspectus ad vniuersum semp saluatiua: cum sit quid diuinũ & appe T.c.82 tibile. primo phy. Aut aqua & aer prout est in eis superficies seu terminus corporis aliud cõtingens corpus virtutem habet saluatiuã, sed in eo ꝙ sibi extraneæ qualitates admiscenĩ, virtutem per accidens habent corruptiuam.

Ad aliud dicẽdum, ꝙ aer habet qualitates minime sen N sibiles cõ paratione alioꝝ elementoꝝ, sed per acquisitionem habet sensibiles ad corpus nostrum valde. Ad aliud dicendum, ꝙ magis persuadet oppositum ꝙ intentum, quia.n. aliquid diutius immoraĩ, magis transmutaĩ cum corpus transinutet sibi approximatum. Transmutato vero illo minus immutatur transmutans. Adhuc cibus & potus alterat membrum alterationis difficilis, aer autem facilis. Et per hoc apparet ad secundam partem rõnis istius. Nõ enim est maior moles potus & cibi rõne ventris, ꝙ aeris rõne cordis, neqꝫ id quod transmutatur dictum est esse uentrem, sed cor magis. Ad aliud dicendum, ꝙ licet aer rõne substantiæ aut qualitatis, vt humiditatis minime sit mutationis impressiuus, ꝑpter tñ com mistionem substantiæ ipsius cũ corporibus aliȷs sibi extraneis, & alteratione facta in qualitatibus a fumis terrę, & vaporibus aquæ, ac ignitionibus, & radiȷs superiorũ hæc permiscentibus inferiora secũ & alterantibus motu O & luce in ipso efficacissime imprimuntur qualitates tam actiuæ ꝙ passiuæ ꝙ variæ.

DIFFERENTIA. CXV.

QVOD IN VERE magis abbreuietur vita ꝙ in cæteris anni temporibus ostendiĩ, qm̃ illo tpe in quo plures occurrunt ægritudines, vita plus abbreuiatur: ꝫ cũ ægritudo sit potissima causa vitæ abbreuiatiõis: hoc autem est in vere ſm Hippo. & Gal.3. apho. in ipso nãqꝫ Apho.11. cũ apho.12 prob.17. omnium tempoꝝ concidunt ægritudines. Ipsum etiã de se repletionales & suffocãtes adducit ægritudines. vnde prima proble. propter quid ver & autumnus morbiferi.

Rursus. simile occurrens simili ad furiam incitat id: & fit sicut ignis in igne: hmõi autem est uer cũ ad caliditatẽ attineat & humiditatem, naturaqꝫ humana calida sit & humida in secundo gradu. Isaac in diętis vniuersalibus. Propter quod vere amplius abbreuiabitur vita.

P OPPOSITVM quoqꝫ huius ostẽditur: quia ver sanissimum & minime mortiferum.3. apho. Sanitate autẽ L.cõm.10 versus f. & c.17. di. principiũ. Apho.10 producitur vita. Rursus. Vita per calidum datur & humidum. Talis vero fere extat complexio veris differentia.66. Vere itaqꝫ abbreuiabitur vita minime.

QVOD AVTEM æstate plus incurtari contingat ostenditur, quia illo tempore in quo virtus est debilior, vita magis continget abbreuiari cum uirtute fulciaĩ vita. Hoc autem sicut dicunt & sensus ostẽdit contingit ęstate cum calor exhalet, & humidum dissoluatur pororum apertione. Adhuc vita prolongatur naturalium virtutũ perfectione digestiuæqꝫ maxime. Ea nanqꝫ materia subministraĩ præparata nutrimenti, sed id æstate non accidit. vnde aphorismoꝝ prima. Æstate & autũno cibos Apho.18 grauissime ferunt. Vita igitur abbreuiabitur æstate.

IN CONTRARIVM (quia in ipsa humiditates parate putrefieri quæ in aliȷs retentæ temporibus putrefiunt, extrorsum propulsantur pororum apertiõe, ac ca Q lidi continentis attractione. vñ mulieribus cõfert phlegmaticis & senibus eorumqꝫ digestiones fortificat.) Rursus. æstate sol ad nos accedit aut nobiscum existit. hic autem est causa generationis. secundo de ge. & cor. Quod T.c.56.18 autem est causa generationis, est & vitæ, cum ipsa ordinetur ad illam, propter quod minus æstate abbreuiabitur vita.

QVOD AVTEM autũno incurtetur magis monstratur, quoniam frigidus est ipse ac siccus, huiusmodi autem est via in mortem. Est nanqꝫ senectuti proportionatus.2. complexionum. Itidem. tẽpus quod est naturæ Cõ.c.2. post prin. & libro.1. Ca.4. post principiũ. Do.3. fũ.1 Cap.9. fine. & vitæ contrarium, est ipsius breuiatiuum, cum vita maxima tollatur contrarietate, tale quidem est autumnus. primo secunda. Abbreuiat igitur amplius vitam.

CVIVS OPPOSITVM monstratur: quia tẽpus tꝑatum vitam non incurtat verum prolixat amplius.

Sed

A Sed autumni & veris complexio est temperata in calore & frigiditate. 7. theoricæ. & Phylaretus. Et firmatur. qm in autũno sol est in eadem distantia & ꝓportione ad nos velut vere. Cum vtrobiq; sit circa equatorẽ vniformiter. Sol aũt vitæ causa extat. vnde Albumasar in Sadã. Nõ est vita viuẽtium præter Deum: nisi per Solem & Lunã. Sed in vere minime accurtatur vita. Rursus. vita abbreuiatur qualitatum excessu: opposito uero prolongaṫ. Sed in autumno qualitates sunt minus excedentes ꝙ in alijs temporum, vt æstate & hyeme: cum in eo sit minor caliditas ꝙ in æstate, remissiorq; siccitas, siccior enim est aer æstate. Autumno vero iam humectaṫ. primis meteororum & complexionum. Est & frigiditatis remissioris ea quæ hyemis. Adhuc autumno inspiciunṫ plures incrassari. hoc autem cum caliditati contestetur & humiditati: vitæ conferet productioni. Amp. scribunt simile fore de tempore & constitutione. Sed constitutio frigida
B & sicca qualis est borealis autumno consimilis corpora cõstituit fortiora, mobiliora, & pfectiõis reliqua. apho. 3. Huius autẽ vitæ abbreuiatiuum minime. Itaq; autumno vita ꝙ modicum breuiabitur.

SED QVOD HYEME incurtetur magis apparet quia in ipsa viget qualitas peremptiua vt frigiditas vitæ contraria extans dissolutionis causatiua: humor etiam phlegmatic⁹ aggregatur in ea, qui mala frigiditatis qualitate, ipsiusq; mole suffocans, & viscositate poros oppilans, & ductus coartans, mortẽ tandem inducit. Amplius. resolutio plurima est causa breuiationis vitæ, hæc autem accidit hyeme ſm Gal. apho. prima. Vita igitur in hyeme breuiabitur maxime.

IN OPPOSITVM Vita stat virtutum fulcimẽto. hæ autem fortificãtur hyeme: ac proprie ad vitam agentes. apho. euidens prima. Rursus. hyeme calidi & humidi superest abundantia: propter bonam digestionẽ &
C calidi vigorationẽ: similiter calidũ dominatur humido frigiditate antiperistasim faciẽte roboratum. Vitæ vero causa est calidi & humidi proportionalis abũdantia vt dominium actiuarum qualitatũ super passiuas dña. 12. Breuiabitur itaq; vita minus hyeme.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, ꝙ tp̃s est numerus: siue mensura motus ſm prius & posterius. 4. phy. hic nanq; motus primi mobilis est ab aia mensuratus, sub quo & motus continetur solis, sicut & particulares alij, in quo çodiacum pergradiṫ qui annus appellatur, qui est tp̃is spatium quo sol motu proprio ab occidente in oriens perambulat eius eccentricũ sub eclyptica directe suppositum, quod spatio. 365. dierũ & vnius perficitur quarta dempta cẽtesima & trigesima parte vnius horæ. Annus vero in quatuor sequestraṫ partes tempora nominatas: uer scilicet, estatem: autumnum, & hye
D mem. Istorum autem temporum triplex inuenitur distinctio. Vna qaidem sensibilis & medicinalis magis, penes effectus in eis repertos data. primo secũda. Et est quia ver principium extat frondendi arbores, & ꝙ niues de montibus cadunt: neq; multis tũc propter frigus egemus operimentis, neq; propter euentationem paucis, & autumnus quidem est tempus mutationis coloris foliorum & principium casus eorum. In ipso etiam fontes minoranṫ & aqueductus. Alia vero tempora duo sunt: æstas & hyems. Quorum æstas est calida valde in qua folia redduntur perfecta in cuius incipiunt fine albari, & fructuũ maturescunt plurimi: neq; pãnis egemus frigore, verum depositiõe illorum calore: hyems vero est valde frigida huic opposita. Est & alia temporum distinctio astrologica, quæ etiam quinto ponitur theoricæ quæ attendiṫ iuxta præcisum solis cursum in çodiaco. Nam peragratione eius trium signorum çodiaci vt arietis: thauri, & geminoꝝ, quod spatium trium computatur solarium mensium vnum constituens tp̃s, & istoꝝ spatia sunt fere co-

æqualia. Incipit autem ver nunc. 13. die martij: &. 14. terminatur iunij. Deinde sol ingrediṫ cãcrum, & perueniẽs vsq; ad finẽ virginis. constituit aliud tp̃s vt æstatẽ: quod 16. terminatur septembris: & tres sũt solares consurgunt menses. Dehinc libram ingrediṫ, & trãsiens per scorpionem in finem sagittarij: quod. 14. est decẽbris. Aliud ceu autumnus conficitur tp̃s menses similiter habens tres. Et deinde ingrediens capricornum per aquarium in finem deueniẽs piscium die. 13. martij a qua incepit: causat hyemem tribus mensibus consistentẽm. Ex omni itaq; solis reuolutione in signifero annus cõsurgit ex quatuor temporibus &. 12. constans mensibus. Tertia vero distinctio sumitur penes ortum & occasum: quarũdam stellaꝝ notarum insinuata in lib. de aere & aqua Aristo. proble. prima et tertia apho. & theoricæ quinto expressa. Dicũt nanq; æstatem initiari quando pleyades oriũtur in maij principio quæ sunt sex stellæ cæteris coeli aggregatiores. nunc. 19. gradum thauri tenẽtes: medium vero æstatis fit
F qñ canis maior existẽs in ore caniculæ oritur ante solem matutine, quæ etiam maior & lucidior stellis omnibus fi xis: nunc quinto gradu ens cancri die. 20. nascens iulij. Et tunc dies incipiunt caniculares dicti. ſm illud quarte apho. Sub cane & ante canem molestæ sunt purgatiões, de qua diuisionum. Boetij libro. Est canis cœleste syd⁹, ad orionis pedem morbidum micat. Autumnus quoq; initiatur qñ oritur arcturus, ante solem diluculo existens in. 15. gradu libræ. Omnis quoq; hic ortus est iliacus seu solaris. Est nanq; triplex ortus & occasus. Cosmicus seu mundanus. Chronicus seu temporalis, & iliacus, vt tradunt quidam astronomiçantes poetæ. Principium vero hyemis in occasu est pleyadum chronico: quod est circa nouembris principium. Deinde est ver tempus post hyemem reliquum. Et sciendum ꝙ ortus syderum non est causa permutationis omnino aeris & temporꝝ. verũ potius signũ: immo sol est sicut tota causa. vnde. 3. criticoꝝ. Non est veri: æstati: autũno & hyemi causa, nisi ipse sol.
G Quod Ptolomeus in introductorio ad artem sphericam nititur confirmare. Coadiuuant tñ stellæ in hoc ſm earũ cõiunctionem cum sole aut separationem. Qñ enim sol eis coniungiṫ, aut illæ sibi: intendiṫ mutatio aeris ad caliditatem. Qñ vero separatio fit, minoraṫ: iuxta quintum theoricæ & Ioannitium: quid autem sit vita: dña. 21. & 113. notatum. Supponendum est ẽt tempora fore contemperata contẽporaliter: quia sibi corr領spondentia. Sic aũt sunt qñ ſm rõnem signa fuerint prætacta in astris ortu et occasu, & fuerint in autũno frigidæ aquæ, hyemsq; moderata, & in fine non valde tranquilla, neq; superabundans tẽpus in infrigidãdo. Et in vere factæ fuerint aquæ temperatæ ac æstate. Ita decens est annum sanissimum esse. de aere & aqua. & tertia apho. cum alijs. Similiter & loca sufficienter temperata.

H PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ quidam dixerunt vitã hyeme magis abbreuiari & estate mortem accipientes ex de morte & vita duplicem fore: vnã pp cõsumptionẽ humidi radicalis emergentẽ: alterã ex ipsius putrefactione. Quarũ prima iuxta Ari. naturalis extat & dulcis: cũ principio paulatine, pcedat intrinsece a calore innato & humido radicali. secunda vero accidentalis violenta & amara: marcore facta. Dicũt itaq; vitã hyeme magis abbreuiari: cũ mors plus acceleret naturalis. Quoꝝ est motiuũ: quia illo tp̃e quo calor magis immersus & infixus est humido radicali: amplius ipsum consumit, & vitam per consequens abbreuiat: id autẽ fit hyeme, cũ immergaṫ in humidũ, & frigiditate fortificeṫ circunstantis: ſm illud veteris. Ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura. Cũ aũt sic fuerit, amplius consumeṫ humidũ. Et ideo plures resolutiones in ipsa est videre sen sui occultas ſm Gal. ibidẽ. Qđ signo volunt ostendere: quia candela hyeme velocius comburitur ꝙ æstate: nisi

Marginalia (left): 1.4. post princ. ... 4. 18. ... p. 4. aph. ... apho. 18 ... aph. ... 101 ... ap. 3. in principio
Marginalia (right): post me; proble. 2 in fine. Cõ. apho. 9. in pn. & 1 sin fine. Cap. 7 — E — dies caniculares xx. julii — Apho. 5 — Cap. 2. in principio. — Cap. 7. in medio. In isagogis tra. rerum non naturalium c. de temporibus anni — post prin. Cõ. aph. 9 — pma aph. 5 apho. 15 post me. cõmenti.

I calor fuerit dissolutiuus aliter æstatis. Quod dicunt contingere quia hyeme frigiditate aeris flãma magis impellitur in materiam candelæ: non potẽs in alta ꝓtendi resistente continẽtis frigiditate. Per oppositũ vero in ęstate contrariũ aiunt euenire: idcirco concludunt vitã hyeme morti oppositã naturali amplius incurtari. In æstate vero quia calor naturalis dissolutione imbecillitatus est humores impotẽs gubernare. Vitã morti oppositã violẽtæ ꝑꝑ humoꝶ putrefactionẽ plus dicunt breuiari. humores.n. qñ debite a calore nõ regunt putrefiunt: ipsi nãq nõ putrescũt nisi a regimine destituant naturę: de drĩs febriũ.

Colli lib. I ca. 3. v. f. & ca. 6. p. principiũ. & li. 2. c. 9 post prin. & cap. 11. fine. & p. medium. Hæc autem positio quãtum ad primã partem fortassis veritatem non habet, vt ꝙ vita hyeme abbreuiatur magis morti opposita naturali: immo æstate plus & autumno, ceu tertio declarabitur dicendoꝶ. Neq ipsorum motiuum est sufficiens oino, quia dato amplius humidi radicalis hyeme dissolui: Tum ꝑꝑ humidum nutribile quod

K tunc generat copiosum: & maxime restaurationẽ huius ponentibus humidi: quo talis prohibet dissolutio: vt apparet. 112. licet tñ plus dissoluat quam in alio tpe: magis tñ restauratur. Et ideo vident corpora viuentiora & fortiora vt ad multum reddi. Neq etiam signum eorum cogit inductum: cum non sit similitudo vera flammę forinsecæ ad nostrum calidum. intraneũ. drĩa. prętacta. Nam huius consumptio maior hyeme candelæ: non recõpensatur adueniẽte aliquo extrinseco, sicut dictum humidũ radicale hyeme restaurari influente. Quod autem aiunt æstate morte violenta uitam amplius abbreuiari: verum

Cap. 8. potest intellectum continere. Commẽtator vero quarto metheororum. In hyeme festinat corruptio quæ est per congelationem & desiccationem ꝑꝑ victoriam frigoris super illam rem: qñ destruitur calor naturalis ꝑꝑ calorẽ extraneũ & ꝓpter id infirmitates hyemales sunt hmõi. Sed in ęstate putrefactio est magis ꝙ̃ in hyeme: & hoc est quia multum est de calore in illo tempore extraneo pro-

L pter calorẽ continentis. vnde prædicta non festinat tunc corruptio: sed accelerat corruptio siue putrefactio quę est per dissolutionem & cõbustionem. Vnitur enim putrefactio quæ est per humiditatem extraneam, & non quæ per siccitatem extraneam. Et licet id intellectum veritatẽ habeat: tñ dearticulat quęsitum omnifariam: annum fortassis in duas tantum separans partes.

PROPTER TERTIVM vero sciẽdum, ꝙ si quis vellet quæsitum dearticulare, per omnia protenderetur amplius cum naturarum & ætatum quædam se habeãt bene aut male ad quædam tempoꝶ & reliqua: aphoř. 3.

Apho. I Cholerici nanq bene se habent in hyeme: male vero in æstate: phlegmatici vero & mulieres contra. Quantũ tñ sufficit simpliciter ad p̃sens dicendũ: ꝙ tps in quo minus abbreuiat vita est ver, cũ in ipso humidum sit sufficiẽs & calido ꝓportionatum. Sitr & calidum nõ est immersum radicali, vt in hyeme humido oino: neq dissolutum pu-

M 3. apho. apho. 10 Cap 4. 16. trefactioni obediens vt æstate. Idcirco bene dictũ est ver fore sanissimum & minime mortiferum. Et vniuersaliter probat tempoꝶ melius, complexionum primo: quod ẽt ostendit complexio tpata cæteris longæuior. drĩa. 21. deinceps vero hyeme consequenter mors accelerat: cum in ipsa plurima fit ad frigiditatem mutatio. Maxime autẽ mutationes corpora dissoluunt & vitam abbreuiãt: per accidens tñ prohibere in pluribus calidioribus densitate musculoꝶ calore interius viuificato. In frigidis vero ac siccis ac senio dissolutis aut quocũq secus cõtingit. Adhuc vt tactum in ipsa multiplicatur phlegma infrigidãs & extinguẽs, & suffocans. Assumuntur etiam cibaria ꝙ̃ plurima & indigestibiliora. vnde calidum hepati euenit non parũ. Sed contra id videtur esse quod dicit prima

proble. 15. pble. vt propter quid ægrotant magis æstate, moriuntur vero magis ægrotantes hyeme. ꝙ si hoc, plus vita abbreuiabitur hyeme ꝙ̃ æstate. Dicendum ꝙ ęstate vt osten-

N detur magis. Et soluendum ꝙ Ari. non intendit dicere ꝙ plures cõtingat mori simpliciter hyeme ꝙ̃ æstate. Sed ꝙ ægritudinum hyemalium plures sunt mortales ꝙ̃ ægritudinum, æstiualium, cum a causa fiant vehemẽtiori, vnde hyeme ait necesse vehemẽs principium esse ægritudinis: tale aũt corruptiuum est consequenter. In morbis. n. minus periclitant ægrotantes. Si. n. comparemus ægritudines eius ad eas quæ hyemis, vt ęstatis sunt. 30. hyemis vero. 7. ex. 30. quidem illius plures contingit mori: ꝙ̃ ex. 7. huius: cum multum. 30. 7, excedant. Ex. 7. tamẽ hyemis plures ꝓportionalitates accidit mori, puta tres ꝙ̃ ex. 30. æstatis: quia sex nisi ęgritudo fuerit pestilenta plurimos afficiẽs. Itaq vita magis ęstate breuiabitur & autumno. Aphor. aphor. 14

Propter quod deinceps sciendum, ꝙ uita potest dupliciter curtari. Aut rõne causarum ab illo tẽpore emergentium ipsi propriarum, vel ab alijs contingentium tẽporibus. Si primo quidem mõ æstas cęteris vitam amplius breuiat. 2. vero autumnus. Quod monstratur: quia tunc qñ qualitates vigent efficaciores intensiores factę, magis accurtatur vita, cum ea temperamento consistat. Id autẽ accidit ęstate, nam in ipsa viget caliditas plurimum qualitatum efficacissima omnium, & siccitas passiuarũ. Est nanq lima caloris & exacuitio. Neq est ꝙ ita calidum nostrum a resolutione defendat caliditatis ęstatis, ceu accidente defenditur & fortificatur hyemis frigiditate, propter quod frigiditas & si sit naturę inimica & mortificatiua, reddetur tamẽ accidentaliter amica & viuificatiua. Caliditas autem excedẽs improhibita redditur inimica. O

Rursus. ęstate praua celebratur digestio: iuxta illud ueteris pręctactum. Æstate & autumno cibos grauissime ferunt, & humores naturę odiosi vt cholerici adusti & ad putredinem horribilitate parati multiplicãtur, pori aperiuntur, humidum euaporat radicale, ac calor dissoluit naturę. Quod ostenditur. quia appetitus debilitatur, corpus graciliatur, egritudinesq molestiores tẽporis homogeneitate magis emergũt. Cuius ẽt signum: quia in regionibus calidis ęstati ꝓportionatis vita inuenitur breuiari. Apho. apho. 18 lo aphor. P

PROPTER TERTIVM vero oſtendendũ confidentiam ergo primitus conferre. Secũdo modus declaretur eius. Propter primum huius ſciendum, ꝙ confidentia non parũ confert in ſalute ęgroti ſenſualis indicat Empiria: auctoritas teſtatur, & rõne conuincitur. Primo ſiquidem eo ꝙ videmus non raro infirmos in grandem conualeſcentiam deduci propter ſpem medici famoſi & diu affectati, imm̃ ꝙ magis alijs viſum eſt non raro operari, medelæ etiam operatione actuali extrinſecus: velut Gal. de ipſo teſtatur interdum: quod per me percepi non parũ: nihil interdum vltra alios operans. Quod & oſtenditur probatione ita. Qñ mens humana aliquid licet naturaliter non iuuet, ſibi prodeſſe certificat: & ex ſola mentis intentione corpus res illa iuuat. Quare bene perſuaſus medicus magis ſanat. Vnde progno. exor. Commẽ. de quo habeť fiducia ꝙ ipſa eſt potens ſcire naturam ægritudinum, ex fiducia etiam infirmorum de eo committendi ſe vehementior, & de quo confidunt infirmi & in cuius manibus ſe committũt, talis plus ſanat ægritudines Id quoq;. A. cum Algazele intm̃ aſſerit vt dicat actionẽ a confidentia dependentẽ efficaciorem fore ꝗ id qđ agit medicus inſtr̃is ſuis & medijs vel medicinis. Attẽdendum tñ ꝙ hmõi confidentia diuerſimode confert & penes corporis diſpoſitionem variam & ætatem ſm ꝙ aliquis mollis corporis delicati magis fuerit aptus in ſuſcipere ac ætatis prouectæ vel contra, ac ſm ꝙ intellectu uel imaginatione ſeu quacũq; virtute interiori ſenſibili fuerit ſpecies confidentiæ recepta comparatione illius quod actualius operatur exterius: cum actio fiat hinc in rõne ſatis differenter. Nam ipſa in intellenctu fundata minus confert in ſalutem ꝗ in imaginatione ſita. Et adhuc in hac minus valde ꝗ in re extra. Quod enim magis imprimit eſt quod ſenſu comprehenditur particulari. Hęc enim ſpecies exiſtit etiam modo quodam cõfuſo, deinde abſolutius quod communi: poſtea quod phantaſia cogitatiua & deinceps æſtimatiua minime autem quod intellectu, eo ꝙ intellectus & ſpecies eius ſit immaterialis vniuerſalis multum diſtãs a re particulari ſignata in qua eſt operari. Actus etenim & operatiões circa ſingularia exiſtunt: meta. initio. Non. n. hominem medemur. uerũ Sortem, aut Caliã. Spẽs tñ cõfidentiæ ſanitatis & ſi valde diſtat a ſanato p ſe quidem non ferens: oĩ tñ per accidens et mõ quodã applicať intermedio. Nã ſicut ſe hñt ſenſibilia ad ſenſum: ita intelligibilia ad intellectũ. 3. de aïa. Senſibilia aũt ſenſum in actũ cõſtituunt, igiť & intelligibilia intellectũ. Intellectus aũt intelligere non poteſt niſi ſm ꝙ accipit ſpẽm per intellectũ agentem abſtrahendo a phantaſmatibus. Quod. n. intelligit intellect[9], neceſſe eſt aliqđ phantaſma ſpeculari. Phãtaſma quoq; eſt ſimilitudo rei corporalis. Et ideo confidentia exiſtens in intellectu mõ aliquo habebit agere: cum dependeat a ſenſu magis alterate. Nihil. n. fit in intellectu quin prius fuerit in ſenſu. 3. de anima: cum omnis doctrina et diſciplina ex p̃exiſtẽti ſit cognitione. v3. ſenſitiua. Quia tñ eſt paruę entitatis & multum diſtans a ſanitate reali confert: non tñ velut confidentia imaginata. Simile huius quidem cõfidentia magis & minus operať, ſm ꝙ amplius uel minus intenditur deſiderata, & corpus fuerit vt tactũ magis vel minus paratum. Palin: confidentia illoꝝ qui fortis ſunt imaginationis ceu melancholici aduſti vehementer imprimit: quibus opponuntur humidi phlegmatici. Actus etenim agentium in patiẽs imprimiť ſuſceptioni diſpoſitũ. Aduertendũ demũ, ꝙ confidentia interdum ipſamet mouet inferendo: qualis illa de qua nunc ſermo: aliqñ vero narrant adducere virtutẽ ab alio per quã ſanitas immediate cõſurgit: iuxta illud Matthei. Fides tua te ſaluam fecit.

Com. 2

4. de aïa c. 4. verſus ſ.

C

D

E

In prohe. circa prin.

T. c. 3

Coll. t. c. 36

F

Quod demũ oſtendiť rõne, qm̃ quod trãſmutat & alterat ſm calidum frigidũ &c. taliũ ſanitatis ẽ inductiuũ. Ipſa nanq; eſt bona corporis diſpoſitio ex cõtemperantia hoꝝ cauſata: hæc autem operatur confidentia. Ea. n. ſpẽs quędam exiſtit animæ. Species vero mouet ſm ſimilitudinem rei exiſtentis extra, vnde de cauſa motus animalium. Alterant phãtaſiæ ſenſus & meditationes. Senſus enim ſtatim ſunt alterationes quædam exiſtentes, pp quod dictum eſt ꝙ confidentia exiſtens in ſenſu magis operať exiſtente in intellectu, & ſubdiť. Phantaſia aũt & intelligentia: habent rerum virtutem. Aliquo. n. modo ſpẽs in intellectu calidi aut frigidi aut delectabilis aut triſtabilis talis exiſtit, qualis quidem & rerum vnaqueq; ut prætactum. Et ideo tremunt & timent intelligentes ſolũ.

G

Adhuc illud quod incitat calidum innatum contra ægritudinem, confert in ſalutem. Calor enim ſicut naturæ inſtr̃m curat ægritudinem, nam aut ægritudo erit frigida, & in contrarietate quã habet ad ipſum curabit, aut calida, & tunc mouebit ſpiritum ad ipſam deſtruendum euaporare faciendo eius materiam & reſoluendo. primo ſecunda. Hæc aũt agit confidentia vt oſtendeť. Q. ſi dicatur ipſa ſic calidũ magis ad furiã incitare mouendo ipſum & ꝓprie in ægritudine calida, dicendũ ſecus contingere. Nam maius eſt iuuamentũ quod acquiritur in euaporando: reſoluendo & oppilationẽ aperiendo. Etenim quod ſic operať ampli[9] habet infrigidare ꝗ ſit augumentum caliditatis quaſi nullũ in nocendo ex cõfidentia caloris incitari. Eſt ẽt motus hic leuis & ſuauis non ſubito alteratiuus. Rurſus corpus compatitur a paſſionibus aïæ i phyſiognomiæ initio, velut apparet circa amores; timores & triſtitias & hmõi. vnde primo de anima. Videntur oẽs animæ paſſiones fore cum corpore. Ita: manſuetudo, timor, miſericordia, confidentia adhuc gaudiũ amare & odire. Simul enim his aliquid compatitur corpus, quod apparet: nullo enim terribili imminente extra in paſſionibus efficimur qñq; timentes, ſed confidentia vt dictũ animæ extat paſſio: ergo corpus patietur ab ea; & quia patiens patietur ſm ꝙ ei imprimiť ab agente ente diſpoſito. Eti. Vnũquodq; quod habet ꝓportionem et cõuenientiam aliquam ad illud, poteſt ſuper ꝓductionẽ illius. Singulum nãq; producitur a ſibi ſimili & cõuenienti: ſed confidentia ſanitatis imaginata & intellecta

Do. 3. ca. 2 in medio.

H

T. c. 14

I conuenit cum sanitate exteriori tanq̃ ab ea dependens, hauritur enim a sensibilibus & educitur, sanitas nanq̃ fit ex sanitate. 7. meta. Amplius quod cum minus subita alteratione permutat, potest conferre ad salutē maxime, eo q̃ natura non sustinet repētinas mutationes. Sed hoc operatur sanitatis confidentia, cum suauiter inducat alterationes, non enim sic violenter operatur vt materialiū plura intus vel extra applicata. In quibus vero curatiue: nihil reperitur iuuamenti præter aliquid lęsionis. Incitāt enim naturam suis extraneis qualitatibus cum substantijs vltimis & quantitatibus superfluis vt operetur in ipsam. Plerunq̃ tñ quia ægritudo grandis existit ex qua sanitas debet introduci, & quia corpus indispositū, & virtus debilis, necnon confidentia sanitatis debiliter in intellectum aut etiam sensum impressa, sanitatē inducere non valet absq̃ rei materialis applicatione, immo non parū neq̃ illa qua interueniente introducitur salus. Rursus

K confidentia cum animæ sit rationalis quædam affectio ex opinione rei prouenientis desideratæ conferens vt ex A. colligitur & secundo de anima: omnē nanq̃ opinionem sequitur fides, nulli autem inest bestiarum. Sed confidentia sanitatis quā suscipit infirmus de medico est huius rationalis animæ affectio, propter quæ ipsa conferet in salutē ęgroti. Propter huius secundum sciendum, q̃ A. visus cum Algazele in parte cū magno philosophorum discrepare. Scripsit nāq̃ in quarto de anima, quòd animæ duplicis sunt naturæ. Quædam enim sic sunt eleuatæ nobiles, & tam grandium & mirabilium operationum, vt non modo operentur in corpore proprio factis alterationibus & trāsmutationibus, verum etiam alieno & absq̃ medio, quale opus oculi fascinantis & exterminationem operātis existit, velut enim hinc hominē deijcere in puteum. & camelum in caldarium. Cum enim anima alicuius fuerit hmōi intendens corruptionem cu-

L iuscunq̃ immediate sibi cui obuiat ceditur obediēs transmutando & corrumpendo ipsum ad suæ voluntatis imperium. Sentit enim q̃ natura inferior tanq̃ nobilioris obediat nutu superioris. Et ideo anima talis infirmos sanare potest & sanos debilitare, prauare naturas, & pmutare elementa, adeo vt quod non est ignis, ignis efficiatur & non terra, terra. Et pro voluntate talis animæ contingunt pluuiæ, fertilitates, absorbitio a terra & mortalitas. Et hoc ideo quia materiæ animæ tali multo ampli⁹ obedit q̃ vnum contrariorum agentium alteri superādo ipsum. Et hæc etiam est vna de pprietatibus virtutum prophetalium. Quod autem ipsum mouit fortassis ita superstitiose in philosophia narrare: cuius est causam omnium propriam assignare. Et quia acquieuit incantationibus & fascinationibus quæ ponuntur ab earum defensoribus prouenire ex virtutibus animæ ptactæ, quas suscipit a cœlestibus, prout coꝝ motuum & lucis facta est

M imago. Induens. n. huius virtutē non solum mouere habet corpus sibi cōiunctum, verum totum quod subiacet sphereæ quam mouet eius motor cuius extat imago. Habet nanq̃ duo ea & q̃ est aīa, & q̃ est imago motoribus spheræ vt Saturni & Iouis, aut talium ita vt cōsequatur resultationem & vmbram quādam illius virtutis, vnde mouet ea quæ illi subiacēt spheræ cum fm propriam moueat virtutem impedit materiā aut impedire valet a suo actu & ordine: vel sermonibus gestoꝝ prophetalib⁹ hebreoꝝ talia scribentiū. Sed causam nō alicui aīę hn̄t christicolæ pncipaliter attribuere verū virtuti diuinę operāti hæc miranda supernaturalia per viros tanq̃ per instrā prophetas appellatos. q. medium quoddam inter nos et Deum obtinentes. Hæc autem non parum vt apparebit opinio Peripateticis facta est ridiculosa. Est autem & altera anima debilis infirma nō valens in operationem absq̃ instrīs & medijs deuenire: velut apparet in scamnificante qui formam scamni in ipsum introducere nō va-

let nisi per instrā & media pp̄ debilitatem & ociositatem N animæ ipsius. Cui⁹ modi redditur infirmi dispositio qñ credit se conualescere, aut sani qñ credit se ægrotare. Multotiens enim cōtingit ex hoc vt qñ corroboratur forma in anima eius: proueniat ex hoc sanitas vel infirmitas. Quæ quidem actio efficacior existit q̃ id quod agit medicus instrīs suis vt dictum est & medijs vel medicinis. Tale ēt est q̃ ambulare potest quis super trabem stratam in plano, non autem si eleuata in pontem valde fuerit super aquam profundam. Cum tunc animæ forma cadēdi sit vehemēter impressa, cui natura obedit corpalis, vnde de motibus liquidis. Corpori cōicat cogitatio & compatitur in accidentibus: fortasse nanq̃ videt homo serpentē subito & pallescit. Et incedens sup apicem pinnaculi aut montis excelsi pedibus tremulat. Silr si videt quem egerentem aut mingentem, puocatur ēt idem operari ac si in membris ipsis visio sit inspectio & intellectus. Et de hoc septima pble. plurima. Hic itaq̃ modus conuenit magis cum snia Ari. & Commen. ponentium nullam ope- O rationem ab aliquo, puenire sine motu & transmutatiōe in hæc inferiora: immo oē agens quantūcunq̃ fuerit magis distans a contactu patientis pluribus instrīs & ēt medijs indigere ut contrahaī & dearticuletur ad operandū. Cuius tñ oppositum satagit legis ueritas sapere ponentis creaturarum creatorem ipsas immediate absq̃ motu & alteratione, pducere & potētiam in hoc habere. Et de hoc quidem dña. 64. Iuxta hunc quoq̃ modum ponendum est q̃ confidentia sanitatis via qua ex sensationibus particularibus sanitatis deducta est in virtutes phantasticas: aut in intellectū reuertendo ab illo, conferat ad salutē eandem. Qñ enim fuerit in intellectu deduciī ad vires phantasticas vt ad æstimatiuam: deinde ad cogitatiuā & imaginationem. Et tūc velut materialis facta & particularis instraq̃ naturæ vt calori amplius reddita simul excitat P ipsum & maxime, put fundaī in corde. Quo accidente id & spiritus vitalis suscitanī ad alterandum, resoluendū et destruendū quæ fuerant ægritudinis, adeo q̃ sanitas habitualis tāq̃ carcere ligata in cordis parte nobiliori hinc in principalia subleuaī alia & in corporis demū oē dña. 72. Non parum etiam huiusmodi quæsiti tactum. 156.

PROPTER QVARTVM quidem ad primū dicendum, q̃ agentia & patientia in materia cōicant physica cōuersiua. In tali nāq̃ actione oē agens compatiī. 3. physicorum. In actione autem quodammodo supernaturali veritatem non habet, qualis quę superioꝝ corpoꝝ in hæc inferiora. Non. n. materiā habēt eandem nisi per indrīam fortassis formarum vt tactū fm Commētatorē in tali materia. huic aūt actu operatio, pportionaī confidentiæ. Et licet sanitas realis & sanitas mota p confidentiam sint in eodē mota subiecto cōi, sunt tñ diuersi subiectis partialibus distinctæ: quia vna in corde: reliqua uero in intellectu aut virtute phantastica: vel sermo iste verificaī in actione vt prior conuersiua, ppria. Ad aliud di- Q cendū silr verificari de actione maxime pdicta conuersiua. Aiæ nāq̃ suis vt passionibus iuxta peripateticorū peritiam, pprie non inest motus neq̃ actio: sed corpi solū & composito, fm tñ similitudinē quandam actionem et motū locam⁹ in virtutibus aiæ & in intellectu: immo in eodē quidam potest cōsurgere circulus reflexiuus. Ad aliud dicēdum, q̃ licet sanitas principalius virtuti inhæreat naturali, nihilominus tñ & vitali & aiali in hn̄tibus illas. Neq̃ dicēdū est operationē virtutis aialis puta confidentiā virtutem impedire naturalē sanitatis principiatiuam, cū motus ipsius (vt ostēsum est) paruus sit valde, & alteratiuus minime. Adhuc instrm vt calor quo virtus animalis in sui vertiī operationem ad eūdem finē tendit cū calore quo virtus gubernatur naturalis in sua. Qñ aūt virtutes in vnū finem sic ordinanī cū suis instrīs non se vt inducebaī impediunt: verum roborant magis,

Ad

Marginal notes (left): T. cō. 30; 4. de aīa cap. 4 T. c. 137; 4. de aīa C. 4. versus fi.
Marginal notes (right): In pri. tra. ar.; Dif. 1. ct. in medio; pble. 1. & 2. & 3. & 5 rīs in fi.; T. c. 3 2. & 16

A Ad aliud dicendum: q licet cōfidentia sanatiua & sanitas realis magis sint diuersarū rōnum: non tñ adeo differunt vt vna non conferat vt declaratum ad esse & productionē alterius. Propter quod dicebaẗ confidentiā nō multū conferre, maxime qñ fuerit in intellectu non fortificato affectione grandi & in corpus imprimēs indispositum. Ad aliud dicēdum sub vnoquoqꝫ illoꝝ trium contineri cōfidentiam infirmi ad salutem & proprie sub regimine. In ipsa nāqꝫ includuntur animæ accidentia ad quæ confidentia potest reduci prædicta.

DIFFERENTIA. CXXXVI.

QVOD medicina sortiatur eius cōplexionem ab innata mōstratur complexionū qñ secunda primo. Non dicimus q res sit calidior vel frigidior nisi cum comparatione ad impressionem caliditatis innatæ in ipsa quæ est in nobis. Itidem (Tra.1.c.3 post prin.) B cōplexio & calor inuicem ꝓportionanẗ velut agēs principale & secundariū, cum vnū in aliud ordineẗ, sed calor innatus est ille qui potentiā medicinæ perducit ad actū, vnde secūda primi. Cum portitor medicinæ fuert passus a calore innato qui est in nobis, itaqꝫ & complexio innata, & sic medicina erit hmōi propter attributionem quā habebit ad complexionem innatam calori tali proportionatam. (Do.1.sū.1 ca.15.ante medium.) Eti. Ab illo medicina videtur sortiri naturā a quo certius examen percipit suæ operationis in corpe nostro. Sed hoc est a cōplexione innata & non influenti qm verior medicinarū experientia in corpe cadit tpato. simplicium primo, sed complexio innata est tpata currentis relatione: illa enim tanqꝫ eleuatior distemperatior extat. (Coll. dif.2 cap.1.in principio. & Dif.3.ca.7 in prin. L.cōne.17 circa prin.) Rursus in dictis vniuersalibꝰ cōplexio humana est tpate calida & humida in secundo gradu. Aut enim auditur de complexione ponderis vel iustitiæ, non ponderis, quia ostensum dria.18. eam non reperiri, erit igiẗ iustitiæ, sed cum hæc sit duplex: influēs & innata: de altera C oportebit sermonem verificari. Non quidem influente, cum sit secundaria ab innata causata. Ac propter vnum quodqꝫ & illud amplius. Cum ergo non sit plures cōplexiones dare, verificabitur sermo hmōi de complexione innata solum. Propter quod medicina sortietur complexionem propriam ab innata & non influenti.

QVOD AVTEM oppositē vt ab influēti ostendiẗ. Vnumquodqꝫ naturam suā sortitur ab eo quod est actu & per quod habet esse & ab aliis distinctum. Hoc enim est de ratione actus, cum sit res perfecta & præsens: complexionum tertio, & septimo metaphy. (Ca.1.circa principiū.) Actus est qui separat & distinguit: sed complexio innata est prima, primitus enim qualificat humidum & partes vt tactū dria. (T.cō.49) 48. Complexio vero influens secunda. Quod manifestatur etiam ex caloribus duobus quibus complexiones associantur hmōi. Sicut enim se habet potentia ad potentiam, ita instrm ad instrm, sic autem se habet in potentiis D quia prima est imperfecta & materialis respectu secundæ actu existentis, & in ipsa cōtinetur ceu trigonum in tetragono. Igitur & instrumentum ad instrumentum: id autē duplex existit calidum: dria præinducta ostensum. Itaqꝫ sic erit in complexionibus q innata est ceu in potētia: reliqua vero vt actus. (Ab Auer.5 Coll.c.24 post me.) Adhuc scriptum non parū in terræ nascentibus esse calidum in potentia & nō in actu: velut in animalibus: ab illo demum sortieẗ medicina complexionem quod eam reducit ex potentia in actum, cum dictum sit id de rōne actus existere, sed hæc est cōplexio currens & non innata, cum sit in actu. Oē etenim quod ducitur de potentia in actū per aliquid, fit existens actu: (Ca.1.vers. fin.) secūdo de gen. animalium. Rursus medicina sortitur speciem & nomē ab eo quod ipsam in proprium dirigit finem cum iustum sit omnia appellari a fine, secundo de aia, sed finis est medicinæ alterare: dria sequēti. (T.c.49) Sortietur itaqꝫ complexionē suam ab eo quod est principium alterationis eius, sed ea complexio extat fluēs, cum sit actu. E vnde Gal. vult complexionem acquisitā & lapsum non parū in curatione conseruari. Igiẗ medicina spēm cōplexionis sortitur a complexione influenti, & non innata.

Q. aūt a neutra ostēdiẗ: quia ex pluribus entibus actu non construiẗ vnum actu, dria.16. sed vtraqꝫ est actu, qd' notum de influenti, ac ēt apparet de innata, cū qualificet ēt & disponat virtutē vitalem quæ eā sequiẗ ad recipiendum principium primū & aiam primam, primo pma. Amplius: id debet sortiri naturā suam ab illis ex quibus componitur. (Do.6.ca.4 circa me.) Sed medicina sicut res hic quælibet ex quatuor constituitur elemētis. Non itaqꝫ medicina complexionem suam a complexione suscipit corporis.

PROPTER PRIMVM vero sciendū q qd sit medicina, quotiens ēt dicatur ostensum est dria.3. & etiā videbitur consequenti. Verumtñ primo notandum q medicina prout hic sumitur est res de cuius ꝓprietate existit vt alteret naturas nostras, ceu cibus est res augumentans substantiam nostram & addēs illam: simplicium primo F vnde colliget.5. Cibus est illud quod ponit naturales partes cibati: & hæc pars ē in spē partis dissolutæ. (Dif.1.ca.1 circa prin. Cap.1.in principiū. proble.45) Medicina vero licet ponat naturales partes cibati, non est tñ in spē partis dissolutæ: verum habet in se rem actiuam & alteratiuam: vnde proble.1. In eo q contraria est nutrimento, pharmacia est. Quod autem digeritur a natura, hoc consolidat corpus, & appellaẗ nutrimentum. Est aūt de rōne medicinæ & ꝓprie solutiuæ vt sit indigestibilis excessu caliditatis aut frigiditatis paruæ iuincibilis a caliditate animalium. Vincens autem bene fluxibilis a duobus ventribꝰ puta sursum & deorsum rōne qualitatis ac qtitatis expurgatiua ibidem. Medicina autē nunc accepta duplex existit: quædā enim est simplex vt absinthium, alia composita vt theriace. Etiam simplex duplex: quædā nanqꝫ alteratiua velut camomilla: alia vero solutiua vt scamonea. Et composita similiter est bina, vna nanqꝫ est vniuersalis nulli partium determinate attributa: ceu metridatū, scelite, & hmōi. G Alia vero singularis parti alicui deputata vt thutiç collyrium, & clystere cum talibus. Et ideo antidotaria in duas separantur partes. Nosce siquidem q cuiuscunqꝫ medicinæ hic audita complexio non est prout talis relatione vniuersi ex elementorū causatur productione: cum non in proprium finem ordineẗ ipsius, verum corporis humani, puta sm q talem in corpore nostro efficit actionem. Et ideo vna medicina diciẗ frigida comparatione speciei ac etiam indiuidui, quæ alterius notatur calida relatione: primo prima. Quid autē sit complexio & qualiter distinguatur: dria ostēsum. 17. (Do.3.ca.1 post me. & Li.2.tra.1 ca.1.iuxta finem.)

Verumtamen sciendum q cōplexio duplex est: quædam nāqꝫ actualis, vt quæ animalium. Inest enim oibus calida complexio actu & maxime sanguinem habentibus. In reliquis vero actu relatione frigida, sed potētia calida vel frigida ita vt quædā sint actu talia ceu animalia: nonnulla potētia sicut quæ vita priuata. H Quædam vero quasi media ut viuentes plantarum: non enim sunt actu calidæ vti animalia; neqꝫ potentia vt mortua.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, quòd aliqui dixerunt quòd medicina sumit complexionem suam ab innata: nonnulli vero ab influenti, qui vtcunqꝫ probabiliter mouebantur vt eorum ostendunt inargutis inducta. eorum tamē defectus aliquis apparebit in sequentibus.

PROPTER quod sciendum est tertio: quòd medicina sortitur complexionem ab innata simul & influēti natura secundum quòd in illa a principiis elicitur geneseos: hæc autem ab ætate ac ab vsu non naturalium rerum suscipit exordium. Ex quibus duabus vna tertia modo compositionis quodam est consurgens natura. Quod monstraẗ. (T.c.17 in prin.) Nam in oi natura est aliud qd' locū obtinet materiç, aliud qd' formæ.3. de aia: cōpso vero est

I natura quædam Gal. de secretis. Erit itaq; in ipsa quid proportionatum materiæ vt complexio dicta innata: et aliquod formæ ceu influens. Adhuc sicut ex calore innato & influẽti tertius conficiẽ calor qui est factor & tãq; forma mẽbrorũ. 2. colliget: & ex spiritu ente in vasis spũs fouet innatus, & vnum efficiẽ vt ostensum. dr̃ia. 48. ita ex complexione innata & influẽti vna eliciẽ tertia calori & spũi tertio ex duobus cõfractis proportionata, sed q̃ fuit in corpore a calore aut spiritu perficiũtur tertio, tanq̃ ab instr̃o. Itaq; & a complexione tertia ex duabus confecta illi ꝓportionata. Quod innuit. A. cũ dixit caliditatis innatæ in ipsa quæ in nobis. Et calor innatus qui intus est vel in nobis, vt per primum denotet calidum complantatum: per secundum vero currentem. Ex quibus vnum tertiũ conficiẽ. Quod firmaẽ: qm̃ sicut ex coalteratione complexionis vniuscuiusq; membri resultat vna complexio in totum corpus ſm Haly. & A. Et ex naturali accidentali vna dicta mala complexio libro de distemperantia inæquali, ita ex innata & influenti cõsurget tertia. Ducitur enim innata vel materialis & confusa in speciem & actum per currentem vnam constituentes tertiã. Quod etiam insinuatur sufficiẽter simplicium primo qñ docetur sumi experientia aquæ in corpore sano, lapso et ægrotanti. In duobus enim vltimis complexio hic maxime percipitur tertia. Ex his itaq; cõcluditur medicinã sortiri complexionem propriam non ab influenti tantum, neq; ab innata: sed magis a tertia ex his constructa, quoniam ista dat tanq̃ forma, ab eo vero quod tale sumitur esse ac actus.

[Margin: Ca. 7. post principiũ. — ꝑmo ꝑma Do. 3. ca. 3 in medio. & 1. can. tra. 1. ca. 3 & ꝑmo. 3 do. 1. c. fin. circa me. & tri. 1 Do. 3. ca. 3 — K — Coll. ꝑ. techni tra. 3. c6. 1. in medio. Do. 1. ca. 3 Dif. 1. ca. 1 in prin.]

PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum & secundum q; caliditas innata siue calor innatus non facit pati portitorẽ medicinæ simpliciter: sed qñ fuerit calori associatus currenti, & vnus ex his tertius factus. Neq; A. simpliciter dicit calor innat⁹ aut caliditas innata: sed addit qui intus est vel in nobis vt expositum prius. Ad aliud dicendum q; complexio temperata, in qua verificatur experientia medicinarum magis non solum est innata, sed etiam influens confracta in tertiam neq; complexio innata temperata est quo ad actiones ut influẽs: vel tertia ex his cõstituta: licet tactu fortassis mulcebrior sentiretur ac suauior. Ad aliud dicendum: q; Isaac complexionem omnem quo ad iustitiam cõparat complexioni quo ad pondus, vt sit dicere q; complexio quo ad iustitiam est calida temperate in secũdo gradu relatione temperamenti ad pondus. Quod ostendit dulcedo cui naturam assimilat humanam, quæ licet sit temperata quo ad iustitiã: est tamen ca. & hu. in secundo gradu comparatione complexionis ad pondus sicut hic apparuerunt amplius. 39. differentia. Est & tertiam complexionem dare vt & calorẽ tertium. Et ratiocinatio huius quidem tertia apparuit differentia. Ad ea vero quæ alterius partis. Ad primum dicendum quidem q; licet complexio innata sit tanq̃ in potentia: influens vero velut in actu: nihilominus ex his efficitur vna tertia quę nõ minus in actu secunda. Cui dictum est omnia cõparari.

[Margin: L, M]

Et ad declarationem similiter dicẽdum, q; ex duobus caloribus vt ostẽsum vnus tertius cõsurgit qui est forma et gubernator membrorum. Ad aliud dicendum iam apparet quando ex duabus consurgit tertia. Ad aliud similiter dicendũ: alteratio enim magis tertiæ attribuẽda est naturæ q̃ alicui duarum, Ad aliud q; non a neutra dicendum q; non est simpliciter actu complexio innata sed vtcunq; potentia vt tactum relatione complexionis fluentis, neq; ex his duobus fit vnum quocunq; modo.

Ad aliud quid dicendum iam visum: non enim in terrænascentibus & alijs quæritur complexio simpliciter et ad finem ipsorum, sed per relationem ad naturam hominis eiusq; finem intentũ a medico. Talis enim ipsius consideratio: reliqua vero naturalis magis.

DIFFERENTIA. CXXXVII.



QVOD nõ sit aliqua medicina tꝑata monstratur: qm̃ colliget. 5. Meli⁹ est appropriare distemperantiam medicinę. Adhuc in principio pharmacorũ. Volo per medicinã rem de cuius proprietate est vt nostras alteret naturas. Conuertit enim corporis naturam ſm Ioannitium ad se. Quod autem temperatũ non alterat neq; transmutans ad se conuertit: hoc enim ipso dicitur temperatum. Amplius portitor medicinæ patiẽ a calore innato qui est in nobis primo secunda. Calor ẽt deducens in actum eius potentiam distemperatus extat, cum uehementer sit calidus. Quod aũt hmõi tꝑatum est, nõ permanet. Rursus medicina diciẽ tꝑata ab effectu qui ex ipsa vt dicũt resultat in corpore, sed nullus potest tꝑatus resultare, cum id fiat mediãte contrarietate ac passione & actione. Vbi autem hæc interueniunt, tollitur temperamentum. Palin. si est medicina tꝑata vel erit simplex, quod non fit, cum omne simplex qualitates habeat in summo, aut composita, sed nec hæc, quia composita sunt media habentia, huius quidem magis, illius vero minus, dr̃ia. 18. Similiter in omni natura inest aliquid formæ & aliquid materiæ. 3. de anima: quæ aũt talia sunt tꝑata fore nõ possunt. Eti. ea posita cũ dicaẽ ad corpus tꝑatum oporteret hmõi existere. Id aũt non reperit: quia eius operationes existerent: huius aũt minime tanq̃ nullo habente optimas operationes oẽs, in techni.

[Margin: N, O]

Itidem si medicina ens tꝑata corpori occurrat hmõi erit coniunctio similis cum simili. Quod aũt tale, incitat ad furiam: velut enim ignis efficitur in igne: itaq; non est medicinam temperatam reperire.

OPPOSITVM huius cõiter testãtur medici. Palin. Deus & natura de cõtingẽtibus ẽt aliter se habere ſm Ari. in plerisq; locis semper quod melius operatur. Cum itaq; sit medicinam distemperatam reperire, amplius & temperatam erit. Adhuc ars imitatur naturam, sed in natura est aliquid dare temperatum vt corpus semꝑ sanũ itaq; & in arte. Sed medicina & proprię composita initialiter saltem est ab arte. Rursus si ad quod refertur est, & quod attribuitur existet: sed corpus temperatum reliaẽ Gal. cui debetur ipsa: propter quod & medicinam erit reperire temperatam.

[Margin: P]

PROPTER PRIMVM quidem sciendũ q; quia medicina tẽperata est medicina, primitus videatur quid sit medicina & quid temperata medicina: & quia opponitur & conuenit cum cibo, id etiam monstretur, quid ẽt sit cibus & qualis hmõi. Quid autem sit medicina & quot dicatur modis dr̃ia ostensum tertia & anteriori. Præter illud quoq; amplius dicatur q; ipsa est id qualitate cuius est animatum alteratione permutare: non enim medicina proprie substantiam subiectam, sed qualitatem importat: cum eius sit permutatione alterare, quod in qualitate repertum est sola & proprie tertia: puta passione & passibili qualitate. Cum additione vero alterationis imperceptibilis fere ratio consurget tꝑatę medicinæ, de qua quidem pharmacorũ. 5. Medicina tꝑata est quæ cõsequiẽ ex tꝑamento suo vt sit similis complexioni corporis q; per eam medicatur ex via q; non exiccat ipsum neq; calefacit neq; infrigidat neq; humectat: ita vt non nominetur calida, frigida, sicca uel hu. Est autem cibus corpus passibile a cibato cuius est ipsum saluare ac augumẽtare, vnde simplicium. 1. Volo per cibũ oẽ de cuius ꝓprietate est vt augumentet substantiam nostram & addat in eã. et Ioannitius. Cibus reparat ordine recto corporis integritatem. Cibus itaq; temperatus erit cui perfectius insunt hmõi, qualis est caro dr̃ia laudata. 68. & vinũ. 70. & panis Gal. & carnes colliget. 5. Melius etenim est tꝑantiam cibo appropriare, distemperantiamq; medicinæ. Cibus itaq; sua virtute & præparatione habet vt conuertaẽ ad humiditatem

[Margin: Q — Dif. 1. ca. 9 in prin.]

A

humiditatem similē humiditati radicali & calori cibati Cuius quidem tēperantiæ ppinqua est quę medicinæ, sed differt, quia non habet potentiā restaurandi partē ex corpore deperditā nisi fortasse per accidens. Et ideo non potest quis vt sic ex tpata nutriri medicina, & si tm̄ assumat de ea quantū de cibo comedit. Aliquid aūt dupliciter inuenit ceu duplex habet esse, potentia. v3. & actu: diuersis tñ horis. Idem nāq; numero prius extat potentia, demumq; actu. In diuersis aūt contra, cū oē quod deducit de potentia in actū, per aliquid qd' sit actu vt tactū prius deducit. Potētia aūt triplex in p̄sentiarū extat; ppinqua, remota, et media. Propinqua quidē parū distans ab actu ceu potentia sanguinis in carnē. Media vt quæ chili. Remotior sicut cibi forinseci: cōplexionū. 3. Actus aūt duplex: primus vt forma dicta ēt potētia secunda: & secundus vt actio dña. 16. Considerandum quoq; vlterius secundo q̄ opus sit canone quo in cognitionē perueniamus cōplexionis medicinæ: quo non obseruato errant medicinalia laudabilia coapplicantes: ignorantes vbi, qñ: quantū: qualiter & ĉp diu. Et ideo libro laudant experimentor cibi sacrificior, quia et si non psunt, nocere tñ non possunt. Nā medicina sic danda est, vt conferat. Si aūt non confert, non oportet vt noceat. Haly hippocratiçans. Est aūt huius cognitionis semita duplex: vna quidem extrinseca coadminiculatiua: dña exposita prima: necnon ēt. 2. Reliqua intrinseca & essentialis duplex existens, vna quidē est experientia, & altera rō: sicut duo nobis inexistunt, sensus puta & intellectus. Prior siquidem est septuplex seu octuplex. Prima q̄ sit medicamen pbandum vacuum omni qualitate accidentali vt ostendatur eius actio & virtus sicut manifestat aqua facta calida calefaciens & infrigidans. Secunda vt experiat in passione simplici, ceu hectica, & non cōposita vt quotidiana vel alia. Tertia vt eo medicent ægritudines oppositæ donec certificet, velut scamonea contraria operat forma & qualitate. Quarta vt sit virtus medicaminis per oppositum æqualis potentię passionis ēt in eodē gradu saltē cū parti occurrerit patienti integra. Quinta q̄ considerei si mox calefaciat & infrigidet applicatum vel lōga interueniēte hora contrarium operet. Ipsius enim accidentalis sic est actus. Sexta vt sit actio eius s̄m assiduationem vel saltē ad multum calefaciendi vel infrigidandi in omni corpe in vnoquoq; tempore, qm̄ tūc est ipsius operatio per naturam, si autem secus, accidente. Septima q̄ sit eius calefactio vel refrigeratio in corpore ad quod refertur puta hominis ceu conium vel cicuta hominē interficit, nutrit autem turdum. differentia. 15. Octaua vt distinguat inter cibum & medicamen sicut ostensum. Semita vero ratiocinationis sumit ex effectibus qualitatum primarum quatuor & secundarum dictarum qñq; substantiarū vt duri, mollis, asperi, lenis &c. ex quibus consurgit tactus & tertiū sicut saporis, odoris, et coloris, per primas nāq; in cognitione deuenimus complexionis medicinæ p id quod est facilius aut difficilius alterari a calore ac ex celeritate coagulatiōis ex frigore & difficultate, si. n. celerius transmutatur in suū proportionabile, calida est vel frigida, si aūt tardius, opposita. Sapor aūt notus est dña. 145. odor. 155. sed color. 64. Et nosce, q̄ cognitio per saporē perfectior est ea quæ odore & colore: appropinquant. n. tactui maxime & est ipse qñq;. Consequenter per odorē minime vero per colorem: simpliciū quarto. Sonum autem hic tacent ceu in aliis simpliciter plurimis. Hęc Gal. de simplicibus. Halyab. A. practicę ac canonis secūdis, & Heben Geosar simplicium parte prima.

B

C

D

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, q̄ aliqui motiuis persuasi p̄missis. Aut Auer. sermone medicinam negarūt temperatam: immo corpus etiam temperatum differentia. 18. Quorū ibidem apparuit iam defectus & tertio videbitur dicendorum.

E

PROPTER TERTIVM quidem sciendum primitus q̄ est medicinam dare temperatam: deinde modo quo, & tandem quæ illa existit. Propter huius primū sciendum: q̄ medicinam temperatam esse cōiter contestantur medici velut & corpus huius cui refertur. Quod & rōcinatio sil'r confirmat: q̄ si vnum contrarium est in natura, & reliquum secūdo cœ. & mun. Contraria enim debent esse paria. Commen. primo cœ. & mun. sed medicinam distemperatam est multiformem reperire, cum multimodus sit a temperamento discessus. Rursus, si est dare imperfectum & perfectum: quia cōtraria sunt in eodem genere quor vtrūq; naturam aliquam dicit. Sed medicina reperitur imperfecta, vt distēperata. Palin. vbi est dare magis & minus, & medium quod est temperatum: sed magis est reperire in medicina ut magis calidā & frigidam &c. Itidem, omnia quæ hic ordināturad hominem vt necessaria uel iuuatiua, cum sit vltimū quid & completum a natura intentum: dña. 5. Medicina uero temperata ei necessaria existit ac vtilis s̄m finium diuersitatem eiusdem. Eti. quod mutatur, corrumpitur, & alteratur non seruans quam ex principio assumpsit consistentiam, eget procuratiōe, tale quidem est corpus humanum etiam ĉptumcunq; temperatū, in techni. Procuratio autem ipsius medicina perficitur maxime temperata cū sit naturæ amica. Erit igitur medicinam temperatā dare.

T.c.18 Com.14

F

Li.5.te.c.6

Propter secundum istius sciendum, q̄ medicinam, ac cibum dicet quis temperatos, eo q̄ mensuræ elementorū & qualitates in his inuentæ sint æquales & proportionabiles his quæ reperiuntur in homine: quod stare non potest: qm̄ sic nulla medicina: neq; ēt quod plus dicetur cib' tpatus homini nisi caro humana colliget. 5. cum quæ gallinarum caro vel hedorum similitudine quadam tamen remota: cū & terræ nascens non sit calidum nisi potētia. Calidum enim ipsius vt tactum: nō parum remissum est valde ac potentionale tm̄ respectu caloris corporis cum sit actu. Medicinam igitur sic non esset reperire tpatam.

Ca. 14 p' medium.

G

Et ideo fortassis dicet medicinam fore temperatā propter proportionem mensurarum elementor, quā habet in seipsa, vt medicina in qua dominatur elementum calidum dicatur ca. in qua vero frigidum frigida, & illa dicatur tpata in qua nullum hor dñatur. Sed id ēt stare nō potest: eo q̄ plures res in complexionibus suis calidiores comparatæ corpori humano extant frigidæ, ceu mustū ebibitum: bulliens enim extra eius manifestatur calor: ipsum tñ est corpore frigidius humano & pprie qñ nondū ppinquū est vniforme: ac contra res sunt inuentæ frigidę quidē essentia, corporis tñ cōparatione calidæ, velut vinum qd' vetus. Propter quod oportet dicere q̄ medicina vel cibus nō dicitur tpata vel alia nisi comparatiōe permutatiōis quam a nostro suscipit corpe. vnde primo prima. Qñ de medicina dicitur q̄ est tpata, nolumus dicere q̄ sit temperata certe vt temperamento ponderis, cū id ostensum sit fore impossibile. differentia. 18. Neq; q̄ tēperamento humano in sua complexione sit temperata, si enim ita esset: tunc enim ex ipsamet foret humana substantia: eo q̄ formaliter esset talis, & non effectiue, nisi corpus humanum viuens occurrēs alteri conferatur. Sed volum' qñ propter calorem qui est in corpore humano patietur, qualitate afficietur quæ hominis qualitatem nō supergredietur in aliqua duarum extremitatum æqualitatem excedentium simplicium vel cōpositarum. sil'r audiendus est in complexione distēperata sermo. Quod Auer. visus est debilitare: quia cū medicina sit frigida in quarto gradu, esset dare in corpore nostro frigiditatem actualiter in eodem gradu, quod non oportet si quis diligenter cōsideret: quod dicetur dña consequenti. Dicit ēt q̄ canones demonstrati: quos conati sunt Gal. et alii medici in hoc facere, non sunt nisi signa opinatiua. In istius quoq; medicinæ tpatæ: sicut & in alterius cognitionem

H

Do. 3. c. 1. post med.

5. colliget ca. 14. vers. fin. finem.

Collr. 5. Ca. 25. in principio.

…runimus

I peruenimus experientia per sensum accepta octo canonibus rectificata. Et rõne sumpta a substantia: quãtitate, Cõ.102.&. fus fiuem. vt grauitate & leuitate: licet Commenta. secundo de aia: eas substantias dicat qualitate: sicut tactui: sapore: odore: colore, atq facilitate permutationis & passibilitatis ab igne & talibus ac eius oppositis. dña priori. Propter huius quoq tertiũ sciendum: q medicina quædã est simplex temperata, vt in vniuerso, vt corpus humanum in toto ente. Alia in genere sicut aurũ: quædam in specie velut perfectior rosa, uel scamonea. In qualibet enim specierum est ista temperatum reperire & distemperatum, vt ficulneam bonas & multas producentem ficus, aut canẽ Ca. 6. post medium. mansuetum domesticis, & iracũdum oppositis, complexionum primo. Potest nanq quid comparari vel ad ea quæ sunt extra: & hoc dupliciter. aut vniuersaliter cũ medicina temperata comparetur ad entium omnia, vel particulariter vt ad corpus optime constructũ, aut ad ea quę K sunt intra: ceu qñ vna medicina in eadem specie alia temperatior dicitur. Medicina quoq temperata duplex existit. simplex: vt a natura producta, & ab arte cõposita: prima quidem vt oleum & continens quale quod veris: & duo corpa consimilia se incontinenti commensurato tangentia: simplicium secũdo: quarum altera talis est potentia vt oleum, altera vero actu, vt continens & corpa prætacta, & similiter aqua cuius vna medietas fuerit nix: Diff. 3. c. 2 post prin. & altera feruens aqua complexionum & primo primis. Secundum vero. A. tertio. 11. & de medicinis cordis ponuntur plures temperatæ & cordi propriæ, vt hyacint*: Ca. 9. post principiũ. Do. 3, ca, 1. in medio. Tra. 1. c. 8 Tra. 2 çaphirus, smaragdus, aurum, argentum, & buglossa. Et Aggregator istis annumerat ampliores vt citrum, macis capillus vene. sparagus, andachocha: lycium: sebesten, lenes, cera, tereniabin & cassiafistula. In quibus nomen temperatę dilatatur amplius medicinæ, cum harum plures a multis notentur distemperatę. Tertio vero pharma L corum. Camomilla adeo dicitur temperata, vt hanc dijs Dist. 2. c. 3 versus fi. offerrent etiam in sacrificio. Composita quoq erit quæ componitur ex tẽperatis vt cassiafistula & tereniabin. Aut ex distemperatis oppositis directe, vt quæ ex camomilla calida & sicca in primo gradu, & viola frigida & humida in eodem. Et sic in alijs generib* vt eorum mansionibus oppositis ex æquo plurib* aut paucioribus medicinis aggregatis.

PROPTER QVARTVM quidem ad primũ dicẽdum, q licet medicina vt ostensum possit dici temperata, tñ relatione cibi & præcipue formalis temperamẽti corporis humani, plus habet prædicari distemperata q̃ æqualis, cum nec formaliter sit temperata. Foret enim iã ipsamet hominis natura, neq in substantiam corporis conuertitur. Ad aliud dicendũ, q alteratio est duplex velut & passio: vna quidem est permutatio corruptiua a contrario, & talis alteratio non est medicinæ temperatę, M sed inæqualis & corruptiuæ. Est & alia quæ est potius salus & perfectio eius quod afficitur corporis ab ea, qualis quæ medicinæ temperatæ, licet enim alteret, non est hmõi tamen alteratio curãda. vnde primo secunda. Medicina Do. 2. c. 15 post med. temperata & etiam nutrimentum absolute mutaĩ a corpore, & non mutat corpus mutatione de qua sit curandum. Aut dicendum q in applicatione prima ad corp* & in ipso fieri modica interuenit alteratio, sed post tẽpus applicationis & in facto esse potius ab alteratione conseruat: vnde aliqui dixerunt Gal. communiter sumpsisse alterare ad permutare & ad ipsum prohibere. Nã in corpore temperato quantumcunq si debet esse vita oportet actionem interuenire & passionem, cum & virtutis vitalis aliquid sit passio, et aliqd actio: pmo prima. Do. 6. ca. 4 versus fi. Quando autem dicit Ioannitius medicinam conuertere naturam corporis ad se, loquitur de distemperata magis

Ad aliud iam quid dicendum apparuitq; talis passio cum fuerit insensibilis fere perfectiua stat cũ medicinę temperamento: neq calor distemperatus est in se & vere N licet ad cutem. Cõtemperatur etiam eius caliditas ex affectione quam suscipit a frigidis partium, Ad aliud etiã sifr dicendum: qñ hmõi contrarietas necessaria est etiam in corpore tpato vt actio interueniat & passio, sine qua non potest aiatum esse saluatiua ens & non peremptiua.

Ad aliud dicendũ, q & simplex fere reperiĩ medicina tpata vt & non continens & nõ solum composita, neq in ipso sunt qualitates, quia forent in somno. Non enim elementum simplex est vere, sed confractum ex natura ignis per radios inducta deorsum fumositate terræ, vapore aquæ & aere plurimo. Id tñ tpamentum magis referendum ad quæ corpis extrinseca q̃ ad interiora, vt spiritus pcipue, quia aer circundans nos valde est frigidus comparatiõe complexionis spũs innati, primo secũdæ: Do. 1. fã. f Cap. 1. in principio. Vt ar. 3. to fus fiuem. vnde sermo secundi simplicium, ad exterius magis est referendus pnuntians aerem: qñ q maioris calefactionis q̃ corpus, ita vt hõ nõ possit tolerare, sed ab ipso vt intemperato cogaĩ fugere. Sifr est ponere vt monstratũ est com O positam tpatam. Et quod deduciĩ negans illud esse sublatum fuit dña. 18. Ad aliud sifr patuit idem, non enim est intentio Gal. asserere q corpus non inueniatur habẽs operationes optimas: alioquin iã decideretur in dogma sempiterne passionis, q is respuit per oẽ: sed potius hoc impugnare satagit dicentes ẽm naturam eos nullum corpus optimas cũctas haberet actiones, quod falsum extat vt ostensum dña. 18. Ad aliud quidem dicẽdum, dña apparuit. 116. Simile nanq duplex in spẽ & natura, qualis etiam coniunctio medicinæ temperatæ cum corpore Vt. 2. uch. ni t. 16. 21. &. 5 t. c. 71. &. 3 complexionum. C. p. 4. in medio. huius: & talis non citat ad furiam & destructionem: sed placat potius & conseruat. Est & simile in genere, dissimile tamen priori & id furiam inducit: ceu enim ignis in igne efficitur ab eo.

DIFFERENTIA. CXXXVIII.

VOD HVMIDVM frigido coniunctum possit vltra secundum gradũ eleuari P ostenditur: quia ponimus vnicuiq medicinarum super quã vincit aliqua quatuor virtutum: puta caliditatis, frigiditati, siccitatis, & humiditatis gradus, quatuor. 5. simpliciũ pharmacorum. Amplius quotiens dicitur vnum contrarioru & reliquum ẽm topicos. Sed calidum & siccum quod est Dist. 1. c. 1. circa prin. Li. 1. c. 12. contrariũ frigido & humido diciĩ quatuor modis cũ sit calidũ & siccũ inuenire in quolibet quatuor graduum vt camomilla, centaurea: ireos, & euforbium. Adhuc q res nõ iueniaĩ talis, aut erit ex parte frigiditatis aut humiditatis, non quidẽ frigiditatis, qa qđ operaĩ inæquali tpe efficacioris qualitatũ tpi, vt caliditatis vehementis & eleuatę virtutis existit. Sed frigiditas æquali tpe agit in corpus: ceu caliditas: vñ. 7. de inge. Quæ tpis emendationis Cap. 5 Ca. 1. post prin cipiũ. Tra. 1. c. 14 post prin. paria quodam mõ sunt caliditati & fri. & primo quarta & tertio. 13: idẽ scribit simpliciter: q calefactionis & infrigidationis est tps vnũ. Neq ẽt rõne humiditatis, quia cõplexio humana in quã concidit actus, est & humida, humidũ vero cũ humido iunctũ vigoratur amplius poterit Q eleuari. Sifr nanq simili adueniens ad furiã incitat, & velut ignis efficiĩ in igne. Itidem ceu ingnita se habent ad ignẽ, ita & aquatica ad aquã: sed dictũ est q inueniri potest calidum & siccũ in quarto gradu. Et simile sicut fit reperire frigidum & siccũ in quarto gradu, vt papauer nigrum & nux methel: erit & frigidũ et humidũ in quarto. Quod firmaĩ, quia frigiditas i frigido & sicco, vt in terra non est, ppria sed acquisita: vt ostẽsum dña. 12. In frigido vero & humido, velut in aqua existit propria; vnde & fortior. Si ergo frigiditas cum siccitate ad quartum eleuaĩ gradum, eleuabitur etiam cum humido nõ minus. Plus enim virtutis vr acquirere frigiditas proprietate ipsi* ad aquam, q̃ sit ipsius remissio, ppter humiditatem. Amplius, plures febriũ sunt calidę & sicc; in quarto, cũ sensibiliter

A Lib.3.tecum.97 biliter actus destruant. Cura vero perficit per contrariū in totidem per oppositionē graduum:in techni. Oppositum vero eius hmōi frigidum factū est & humidum.

Adhuc partiū quędā ita flexibiles & molles considerantibus & tangentibus apparent, vt si volueris earum particulas palpare defluāt cito a digitis velut aqua:pmo de morbo:& tertio prima. Apoplexia non est aliud nisi mollitio totius corpis. Spasmus ēt cōficit ex humiditate. Si ergo vltra fm gradum amplius in his attollitur humiditas simplex omnifaria:multo plus eleuabitur frigiditati cōiuncta. Frigido igitur humidum coniunctū vltra secundum poterit gradum protendi.

Ca.5.post medium. Coll.tra.5 Cap.11.in medio.

OPPOSITVM vero huius Mes. de simplicib⁹ ca. de psilio ita:quia substantiam expansam super corticem psilij:inquit Ruffus frigidā esse & humidā in tertio & excessit. Et dicit Dio. Est in secundo & est verius. Inquit.n. Hip. in Epidemia. Non eleuatur res frigida iuncta cum humiditate vltra fm gradum. Et Gal. dixit humida res non transgreditur metam vsq; ad quam potest regimen hominis extendi. Adhuc:fortius agēs vilioris duplat actum æquis cæteris.7.apparens hpysicorum. Sed calidum & siccum sunt forte agēs, cum in se habeat efficaciorem actiuarum & resistētiorem amplius passiuarum, frigidum quoq; & humidum contra. Sed calidum & sic. eleuatur solum ad quartum gradum. Rursus humidum hebetat & impedit non solum frigidum, immo et calidū eo virtuosius, ita vt nil verius calidum & humidum describatur in tertio. Itaq; frigidum iunctum in humido infertur secundum gradum non posse pertransire.

B A te.c.35. vsq; in B.

PROPTER PRIMVM quidem sciēdum, ꝙ quid sit frigidum & humidum quot etiā modis dicatur visum est differētia.15. Frigidum & humidum hic quæsitum relatum est, & non in somno vt aquæ:neq; actu, sed potentia. Quid autem sit gradus & quomodo distinguantur ostendetur differentia subsequenti.

C

PROPTER SECVNDVM sciendum, ꝙ sapientes videntur in hoc quæsito dissonare non parum. Apparuit enim iam ex Mes. frigidum & humidum gradum non transeuntem secundum. Isaac ac. A. ponunt frigidū & hu. in tertio fungum. Cum quibus Aggregator etiam concidit:portulacam quoq;, semperuiuam, virgam pastoris in eodem silr collocat. Sed portulacā Isaac &. A. licet ponant frigidam in tertio, humidam dicūt in secundo. Semperuiua silr & virga pastoris frigidæ & siccæ in secundo ponuntur a reliquis. Secundo quidem practicæ: psilium locatur frigidum & humidum in tertio:portulacaq; lactuca ac alia non pauca:quinto tñ theoricæ ponit lactuca frigida & humida in fine secundi, sed exceditur: quia frigiditas & humiditas eius non eleuatur vltra principium secūdi gradus. Et ideo. A. inquit. Dico ꝙ ille qui dixit lactucam frigidam in tertio iudicatur de ipsa ꝙ est mali nutrimenti & pauci, & nō est ita. Et vr ꝙ ipsa sit in secundo. Ponit ēt. A. pruna frigida in principio secundi & humida in tertio:alij vero ipsa locant in primo gradu frigiditatis & humiditatis. Mes. autem humectat ea in secundo. In calida & humida cōplexione sicut in alijs est diuersitas plurima. Aggregator enim ponit çinçiber granum çelin, enulam & tapsiam calida & hu. in.3. Alij vero testantur hæc sicca vel non humida. Dictum est ēt. A. granum pini minus:ponere calidum & hu. in tertio fm vero Isaac pineæ sunt calidæ in secundo & siccę in.1. iuxta vero Auer. calidę sunt & siccę in tertio apud quidē Aggregatorē calidæ & humidæ in primo. Aut dicendum ꝙ vtcunq; eius tollitur dissonantia:quia. A. paruū expressit. Alij vero magnum. Vnde ait:magnum est sicut æquale ad caliditatem declinans:& augumentat humiditas eius, in passiuis tñ ipsius qualitatib⁹. Auer. & A. videnť plurimū dissonare sicut cōsuetū in ꝙmultis. Vel dicendū ꝙ alias in. A. reperit in.2. Diuersificant ēt ꝙma

In dictis particulari b⁹ rub. propria partis tertię 2.ca.275 Ca.35.&

1.can.tra.2.ca.452

D 2.can.tra.2.ca.536 De simplicibus rub. propria.

2.can.tra.2.ca.308 In dictis pticu.pti.2.rub.vltima.5.colliget ca.40 in fine.

Q stantiæ, quarum una est aquea insipida, & hæc frigida et hu. Altera uero cholerica nitrosa acuta per quam aperit, abstergit & purgat, & ea calida est & sicca, quod uidetur in præmissis inuere. A. Sed his dicendum ꝙ si hic natura caliditatis & acuminis ei a dominio insuerit, nō est ut testatus est Gal. frigida & hu. quid autem de hoc amplius ostendetur ex dicendis.

PROPTER TERTIVM quidem sciendum, ut dicatur cum Gal. de pharmacijs ꝙ aqua lactis contemperati quocunq; modo fm seipsam frigida est & hu. & demū contradictioni in se ex alimentis dicat ipsius. Dico autem secundū se quoniam potest per artificium extractionis aquę casei natura in calidam permutari. Elicit enim sæpius ex lacte a substantijs duabus separata reliquis, uirtute coaguli calidi entis & sicci quod alterat & immutat, aquā huiusmodi, & ea serum tunc dicit quemadmodum

Colli'r lectione. 44. circa prin. Cap. 444. Cap. 127. in prin. Cap. de lacte asi me. scdo sim. ca. ꝓprio. Cō. apho. 25. in pn. Do. 1. c. 3. Cap. 340. vsus fine. Aphor. 1. cō. 24. ante mediū. 2. sim. ca. proprio. Aphor. 5. aphor. 65. Dif. 3. c. 5. versus fine Ca. 4. post medium. Tra. 1. ca. 3. cir. pnc. Te. cō. 41. in prin. Colli'r cap. 36. ad me. Lac qd ... Ca. 8. ... in medio Dif. 6. c. ... in princi. Cap. 19. Cap. 15. principio Cap. 26. principio Lectione 44. me. Dif. 8. c. ... versus fine Ca. ... in me... Dif. 8. c. ... versus fine

A admodum sperma mēstruali. Sed aliquis obuiabit, qa eadem rōne deberet pinguem substantiā & caseatam lactis immutare. Adhuc hmōi coaguli quantitas est modica valde lactis respectu, ingreditur ēt caseum non mole, sed magis virtute & vapore, ceu sperma embryonē differentia.36. Dicendū q aquositas lactis cum sit substantiæ subtilioris et hęc plus recipiat passiōis.febrium.&.2. primis. Aliæ vero duæ substantiæ sunt grossæ cōpactiores ista non tantā recipient imutationem à coagulo, cum actus agentium in materiam concidat dispositam. Ad aliud dicendū, q licet coagulum lacti imissum sit paucæ quantitatis, est tn̄ de natura principiorum vigore potēs: sic enim agit in lacte, vt sperma in menstruo, dr̄ia prętacta. Ebullitionē.n.quandam fere per uiā putrefactionis inducit: vnde & caseus multoties inde alteratur sapore. Pōt autem hmōi aquositas ex lacte deriuari per aliquod frigidum ex succo vuarum acerbarum, & tunc permanet vt est

B frigida & hu. Coagulatur.n. lac ex multis substantijs eidem imissis, vt flore flomi bussuri, pręssura, lacte ficuū, carthamo & hmōi.vn̄. A. aialium. lac ficuum coagulat lac. Est aūt artificium tale separando aquositatem ex lacte vt habeatur vas rotundum ceu cucurbita maior, et in ipsum lac imittatur cū lapillis rotundis torrentis & diutissime contundatur, deinde manu, substantia quę super natat vnctuosa educatur, & deinceps fortius itidem conquassetur donec abijciatur tota, & demū per colationem fortem aqua separetur hęc substantia remanente caseata: vnde.4.1. Aqua casei accepta à dogo post colationē vehementē, quæ proprius aqua lactis appellatur. Q. aūt in se ac taliter extracta aquositas hic sit frigida & hu. vr̄, qm̄ lac totum vt dictum est, frigidū est & hu. ita ut substātia pinguis sit æqualior & caseata infra hāc in cōplexionis æqualitate, sed si aqua lactis esset calida, tunc cum butyrosa substantia sit calida tpata, iā lac propter eius duas

C substantias calidū foret, cum substantia caseata modicæ frigiditatis etiā existat. Hic autem fortassis r̄nderet. A. cum ponat caseum recentem frigidū & hu. in.3.d. reliqs duas substantias ipsum versus frigiditatem tm̄ imutare, vt & frigidum lac reddatur. Adhuc cū operatio in formæ cognitionem deducat illud quod sitim febricitantiū acute mitigat, ethicos infrigidat, frigidum existit. Tale uero est aqua lactis. vnde.4.1.q conueniens est ad sedādū sitim acute febricitantium est foca factum ex pane simul cum aqua casei excepta ex dogo post colationē vehementem: Et ibidē. Aqua lactis uaccini de quo extractum est butyrum infrigidat ethicos, quod quis fortasse impediet, quia licet mitiget sitim, & infrigidet hos uehementer in flammatos, non tamen alios. Cui dicendum quod non valet, sed potius oppositū cum calidius semicalidū calefaciat reliquo amplius frigidiori, itaq lactis aqua frigida est & hu.

D Ad id aūt quod inductum ex alimentis denuo dicendum q illic comparatur aqua humida, vel serum lacti acetoso, & non corpori temperatæ complexiōis, & tunc calida est pro certo, & si frigida sit ęqualitatis comparatione: pharmacorum.4. Et ego quidē nō ignoro q medicorum alij cum Gal. etiam de alimentis aquā casei videntur magis calidam & siccā sentire: sit tn̄ sancitū nunc cum.4. pharmacorum frigidam fore & humidam.

PROPTER QVARTVM quidem dicendū siquidem ad primos, q ipsi fuerunt illius opionis, aut aquam lactis audiunt per coagulum ex lacte deriuatā, vel q aliquam partem cholerica entem in ipsa respexerunt. Ad aliud dicendū, q licet lac mulieris habeat non paucū serosum expurgatiuum natura respectu nouiter natorum, & ita gingiuarum vlceratiuū, non tn̄ corporis mensurati relatiōe cui comparatur, pharmacorum.4. Aquositas nāq lactis subtilis penetrat in eorum labia tenerrima & ebulliēs illic vlcerationem inducit, & proprie quando lac nutricis fuerit lacte cætero calidius. Est & calidum huiusmodi lac actu & non potentia tantum, vt de quo hic ratio.

E Neq etiam omne expurgatiuum, aperitiuum, subtiliatiuum, ac subductiuum ventris, est calidum a dominio qd' horum aqua ostendit ordei. Potest etiam sui subtilitate id operari vt denotat acetum. Similiter quædam frigida soluunt leniendo, vel labificando aut pondere comprimēdo vel liquefaciendo seu dissoluendo: differentia.141. Et hæc duo solum vltima calida sunt & sicca. Ad aliud quid dicendum apparuit. Ad aliud dicendum, q facilis conuersio ad igneum non tantum prouenit ex parte caliditatis, verum etiam non parum subtilitate substantiæ passibilis de facili. Ad aliud dicendum, q illa seri eductio ex lacte fit per coagulum quod lactis aquam, vt ostensum ad caliditatem alterat & siccitatem quandam.

Aut dicendum, q sicut vrina non est calida respectu sanguinis vel cholerææ, ita lactis aqua relatiōe butyri sed casei tantum. Sit itaq id quæsitum sic ,pbabilr tactum. F

Marginal notes (left): Ca.1.s.6. Do.2.sā. 1.ca.3.iu- xta finem. & ca.16.i medio. — 3.de aiali. ca.3.&.6. — Tra.2.ca. 10.in me. &.tra.4.c. 9.p' med. — 1.cā.2. tra.ca.127 in prin. — Tra.2.ca. 16.in me. — Tra.3.ca. in prin. — Dif.3.c.5 ... — Dif.3.ca.5 ...

DIFFERENTIA. CXLIX.

QVOD MENTHA sit frigida ostenditur, quoniam illud est frigidum quod infrigidat ea vero infrigidat. vnde proble.20. Propter quid dicitur, mentham in bello neq comedas neq plantes, quod soluens inquit. Aut quia infrigidat, quod declarat spermatis corruptio, qd' est contrarium ad fortitudinem & audaciam existens genere idem priori, &.1.3. Menthæ inest virtus sanguinem corrumpendi. Adhuc mentha est saporis stiptici, hic autem frigidus est: differentia.145. cum à sapore sufficiēs rei sumatur cognitio. Palin. In ipsa est humiditas superflua cruda s̄m. A.2.& Aggregatorem. Quod autem tale calidum hebetans, sibi frigiditatem consociat. Eti. Qd' excitat appetitum frigidum est, quod acetosa ostendunt, & vniuersaliter stiptica, viget enim his frigiditas & siccitas, mentha vero vt tradunt appetitum confortat. Itidem. Inquiunt sputo sanguinis cum aceto cōferre, quod autem ita proficit, frigidum est, cum calidū sanguinē faciat emanare. apho.5. Amp. si foret calida, vnius esset naturæ, cum caliditatis sit vnumquodq vnigeneū reddere. Sed sapores ea plures pronuntiatur habere. Quidā enim ponunt stipticam. Alij amaram cum stipticitate. Nonnulli: dulcedinem cum amaritudine dicunt habere. Aliqui ponticitatē cum acuitate. Frigida itaq est mētha.

IN OPPOSITVM cæteri sunt ab Aristote. quos uidi ponentes ipsam sufficienter calidam. Rursus: illud est calidum quod linguam cum acuitate celeriter mordicat, huiusmodi uero est mentha et eius maxime folia, ipa enim participant non modica. Et fulcitur, quoniam s̄m Aggre.&.A. est subtilioris substantiæ oleribus reliquis, mentha igitur est calida.

PROPTER PRIMVM quidem sciendū, q mentha adiosmon Gręce appellata est herba cōmuniter nota existens duplex: una quidem domestica, quæ similiter duplex: altera quidem latis folijs & acutis calidior, acuta, mentha Romana, vel sarracenica dicta. Reliqua quidē minor folijs, cuius fustis est quadratus in cubiti quantitate fere sisimbro similis, calida et sicca in secundo cōmuniter locata. Quidam vero in tertium ipsam extendunt gradum considerantes mordicationem festinam cū acuitate quę eius folijs inexistit & apici: licet stipes ipsius plurima participet stipticitate, & ideo sermones in eius sapore reperti sunt vt tactum varij, vnde in stomachum confortando, & vniuersaliter stipticando eligendus est pre folijs is non parum ceu in absinthio s̄m. A. secundo reperitur, & ipsa quidem coitum excitat. Est nanq calida & sicca cum humiditate quadam fere superflua. Quę aūt talia ventosa & veneris excitatiua sunt, vt pastinacę

Marginal notes (right): Pble.20. — Doc.1.ca. 2.p' prin. 2.c.496.i pncipio. Cap.291. usus hor. — Aphor.17 & 20. — 2.cap.2. — G — H

Concil. Ec demōstrāt

I demonstrant & rapæ: quæ quidē añ horā coitus supposita, prohibet impregnationē vnde Dioscorides. Succus eius suppositus añ coitum iter præstringit genitale: lac et coagulat. Cuius contrarium scribunt. A. & Serapio sermonē recitantes ipsius fortasse corruptum: inquiūt. n. ꝙ qñ in lacte dimittuntur menthæ frusta id nō caseatur: de qua quidem cōior est sermo. Est aūt & syluestre mētha strum dictum calidius et siccius: & calidius isto: in ipo est resolutio. calefactio & exiccatio supflua impediēs maior in fuste & folijs pilosis. q. et subalbidis ferme, q̄ ꝫm Dioscoridem licet non sit vtilis ad curā hoibus, aut dico nō tm̄ vt prior. Repperi tñ mirabilem actionem ipsius contusi aliqualiter, et cum oleo calido fricati super apostema matricis durum. Ipsum. n. sanauit vrinam prouocādo, & sudores cum humoribus vaporosis promouendo.

Cap. 151.

Vbi supra Immidiate i hoc capitu.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum ꝙ Ari. vt apparuit scripsit mētham pter alios corpora infrigidare, sed quid de hoc in. 3. & . 4. videbit dicendo.

K

PROPTER TERTIVM quidem sciendum, ꝙ mentha est calida & sicca in. 2. gradu vt tradunt. Quod ostenditur, qm̄ illud est calidum quod calefacit partes frigidatas, & exiccat humectatas illi approximatas, digestionem procurat, coitum in frigidis excitat. Est. n. inflatiua, vermes necat, apostemata resoluit, talis autē est mentha, sicut cum sermonibus de ipa conscriptis testatur experientia certa, quod acuitas et mordicatio succi ipsius et maxime apicis eius ostendit. Itaqꝫ breuiter ostensum sit mentham calidam fore et siccam. Est autem talis in. 2. dicta gradu: cum eius hic actus non perueniat ad operationes corporis impediendas nisi accidente, ceu, qñ multū eius fuerit & sępius iteratum. dr̄ia. 139. Secundus. n. gradus omnis qualitatis regimen nō transcēdit humanū.

PROPTER QVARTVM vero. ad primū dicēdum ꝙ fortassis translator non retulit intellectum suum ad menthā iam notificatam, vel forte corruptione translatum quod calefacit in id quod est infrigidat, quia enim mentha corpora calefacit, illa inde incitans ad libidinē, cum sit inflatiua non est vtenda in bello, quia multiplicato coitu, debilitarentur corpora adeo ꝙ fierent timida, & ideo inuirilia. Quare dulcius dicendum ꝙ mentha per accidens infrigidat, & calidiores proprie ac bellicosiores eorum, poros aperiendo, spiritus subtiliando, ipsosque resoluendo, vnde timidi redduntur, & imbecilles. Calidum enim accidente sic infrigidat, iuxta illud proble. 8. Plumbū lana calidius ceu frigidum in seipsum conuersum, & antipistasim faciens calefacit. phy. 8. Per se autem nō modicum cōfert coitui. vnde. 3. 20. Mentha sumpta in secūdis mensis proprie confert coitui. ea nāqꝫ confortat membra spermatis valde, & vsus eius fortitudinem facit super sperma, quare forte fit desideriū. Ad aliud dicendum, ꝙ plures rerum sunt heterogeneæ propter materiæ diuersitatem. Vnūquodqꝫ. n. ex pluribus constituitur. pharmacorum. 4. vñ alimentoꝵ. 1. In quocunqꝫ fuerit stiptica qualitas, quantum in seipsa conducit & constringit appropinquantia corpora, pōt tamen qñqꝫ idem corpus habere quędam calefacientia suarum partium, quędā vero infrigidantia. Etenim cum ab alia rōne res sit calida vel frigida, & saporis talis aut alterius, cum sapor causetur non solū a qualitatibus primis, verū etiam secundæ coadiuuent, non. n. est inconueniens qualitates & sapores non semper similes concidere. Nā medicus ponit oē amarum calidū. dr̄ia. 145. & tamē opium frigidissimum est amarum, vbi hmōi dissolutio apparet amplius rōni. similiterqꝫ semperuiua minor seu vermicularis frigidior percipitur acutior. Ad aliud dicendū, ꝙ ea humiditas non est simpliciter cruda, ita vt omnifariā extraneum calidum exterminet, verum respectu caliditatis ipsius naturalis & siccitatis, sicut etiam in cæpe appa

L

proble. 19 Tex. cō. 8. Tra. 1. ca. 6. in me.

M

Collr. dl. 1 ca. 3. iuxta fi. & ca. 4. & li. 2. dif. 2. ca. 7. in me. & li. 3 dif. 3. ca. 1. 2. & 3. C. 1. 4. 6.

ret & tapsia, quę calidiores humiditate multa participāt extranea. Calidum enim plerunqꝫ humidum amplius attrahit & euaporare facit ꝙ valeat resoluere. Ad aliud dicendum, ꝙ appetitum excitat sui stipticitate quæ orificium congregat stomachi et confortat aut frigidos iuuat etiā caliditate & siccitate, et in quibus hu. abūdant huiusmodi viget etiam frigiditate appetitus & siccitate cōtemperatis, cum vltima discrasia proprie dissoluat actū virtutis. apho. 2. Ad aliud similiter dicendum, ꝙ mentha confert sputo san. sui siccitate & stipticitate, remissio eius calido aceti cōmistione, & id in non calidioribus, ppri⁹. Potest etiam iuuare in aliqualiter incitando & sanguinē excreare faciendo. Ad aliud dicendum, id verum esse nisi foret heterogeneitas materiæ ipsius, quod ostendunt diuersus sapor radicis stipitis et folij, humiditasqꝫ ipsius superflua, vel hoc verum cum calidū fuerit potentius.

N

Colli. el Aphor. 5

DIFFERENTIA. CL.

QVOD CICVTA sit frigida ostēditur per Democritum associantem eam frigidis ita. Renibus impone succum strigni & portulacæ, & iusquiami, aut cicutæ, itaqꝫ Dioscoridem dicentem. Conios seu conion alias hastas habet nodosas, sicut maratrum folia similia ferulæ, sed angusta & grauis odoris supra quæ sunt capitula rotunda, ubi flores sunt albi, in quibus semen est aniso simile vel anheto, sed album, radix est ei non alta. Ista siquidem descriptio recte videtur adaptari per omne cicutæ, nisi forte, quia radix satis alta apparet seu profunda, conion etiam in cicutam transfertur apho. 2. Quam et Grgci maconam uocāt. Subditqꝫ demū Dioscorides ꝙ ipsa necem fere infert sui frigoris nimietate. Secūdo vero de causa papauer, mandragora, iusquiamus & cicuta interimunt vehementia frigiditatis. vnde Serapio Succaram i. cicuta frigida est & sicca in. 3. gradu, & ꝫm Gal. est frigida valde, qui deinceps recitat omne quod de ipsa protulit Dioscorides. A. 2. etiam succaram eā dicit, qui & tandem post aliorum opinionem diuersam frigidam & sic. eandem in. 3. usqꝫ ad. 4. referens: postea quæcunqꝫ de ipa Dioscorides scripsit. Quare Macer his per omnia in conio consonans. Frigida letiferæ vis est natura cicutę. Vnde necat gelidi potantes more veneni. In synonymis et Stephanonis conion exponitur cicuta. Eti. Frigidum est id quod actus per se frigiditatis inducit, huiusmodi uero est conion seu cicuta. Scribunt. n. ꝙ congelat seu stupē facit, fluxum sanguinis et spermatis compescit, piloꝵ prohibet ortum, testiculoꝵ et māmarum vetat augmentum, herisipilam compescit & formicā. Est & venenum mortale cuius gutta venenum est purū & reliqua, quę frigiditatis imensæ afferunt accñtia & fulcitur: qm̄ aialia stupefacit & prosternit imobilitans, vnde stupefactione aues capiuntur manu, ex confectiōe confecta est ipsius succo: vini fece & farina. Quæ quidē materia magis est vt in susceptionem conditi incitentur, itaqꝫ pręter alia cōcluditur conion siue cicutam seu succaram frigidam fore.

O

Cap. 119.

In Aggre. ca. 31. & ca. 676.

P

Q

IN OPPOSITVM est Constantinus de gradibus testans eam calidam & siccam in tertio gradu. Similiter Au. colliget quinto, ac etiam Circainstās, in nullo enim hi discrepant in complexione aut gradu. Adhuc illa planta est calida, quæ quidem non aquatica vel viscosa hyeme virescit, quod dictum est propter senationes, nenufar, semperuiuam et talia, huiusmodi uero non qualis ille permanens est cicuta: cum omni virescat tempore & maxime minor terrestris, est igitur cicuta calida.

Lib. in no 20. 1 prac dict. Ca 48 n brihulae med.

PROPTER PRIMVM quidem sciēdum ꝙ cicuta est duplex vna quidē terrestris, altera vero aqtica. Terrestris siquidē duplex. Vna eqdē minor ramosa virescēs oi hora fere, permutatione tñ noua, florib⁹ puata sępius petrosillino assimilata. Reliqua vero magna in staturā

hoie

A hoîs eleuatã non par concaua interius ad modum calami vel ferulæ, nodositatibus quibusdã distincta, in folijs priori assimilata, supra quam flores crescunt subalbidi, semen simile deferens aniso. Aquatica vero harũ media stipite breuior imediata & grossior, ac odore grauior & olentior. Quoties autem calidum dicatur & frigidum & quomodo hic oportet accipere dña innuit.15.

PROPTER SECVNDVM vero sciendũ ꝙ auctores in isto quęsito vt visum potissime inter se dissense re. Cuius quidẽ fortassis duplex potuit esse cã. Vna quidem quia prioꝝ non pauci uidenł Coniõ cicutam audire. Arabes uero plures ipsum iusquiamũ esse putãt. vñ.1. et.3.pharmacoꝝ. Vbi in Gręco coniõ habet, Arabs, iusquiamũ transtulit: et ubi ſm Arabẽ habet Gal. in pdictis ꝙ iusquiamus est cibus turdis, & hoibus venenum. A.2. 1.napellõ subscripsit.4. vero.6.amplius hęsitans inquit Gal. dicere & id simpliciũ.3.ꝙ Alfarfas, & æstimo ipm esse napellum aut venenũ interficiens, interficit.n.hoies & non turdos, cum ppter ipsaꝝ uenarum angustiam ad eoꝝ corda non pueniat nisi vehemẽter alteratus, in hoie aũt secus: cuius cã uera notatur, cõplexionum.3.ex proportione agentium inuicẽ & patientium, et iõ. A. hãc ab eo.2.suscipiens cãm, sibiq; tanq̃ furtiue attributam silet de priori inquiens cã. Et dico iste modus est quidã inuẽ quasi Gal. defectũ. Quam quidem cãm Halyab.2.pquirens practicæ ait non nocere: qm̃ cicuta vbi grȩce scribit coniõ hoies infrigidat, vt merulos ifrigidet, illis.n.cibus. Sicut non expedit helleboꝝ cum cibus sit turdoꝝ, hois ẽt esse vbi Monachus transtulit iusquiamus nõ occidit passeres: imo eos nutrit, non est necesse hoies ex helleboro nutriri sicut coturnices, vnde.3.cõplexionum Gale. cuius conantur seriẽ interpretari. Coniõ faro quadẽ.i.turdo cibus, pharmacũ vero hoi: & ortistis helleborus cib⁹: pharmacum vero hoi, ꝙ dissone igit seriẽ interpretatur Gal. Similiter. A. recitatis multis & oppositis opionib⁹ de succarã quid extat tandem concidit cũ Dioscoride in coniõ sermones recitans eiusdẽ. De quo quidem practicæ.2. Succaram est dormitans letale ex frigiditate, siquis ex ipso in vino modicũ accipiat soporat. Dicunt ẽt quidã, ꝙ succarã est spẽs iusquiami sicut dcm̃ fuit de conio. Quicquid tñ sit ipm frigidum vr̃ et venenosum. vñ.pbl̃. 3.moriunł si aliquis pmacrescens multũ bibat. Aut quẽadmodũ ã conio extincto calido paulatim pprio sed alio mõ. hoc quidem.n. frigiditate coagulat frigiduin & hu. Vinum aũt sua caliditate naturalẽ extinguit caliditatẽ.

Altera quidem existere potuit cã quæ scribił in synonymis. harmel est herba quæ inuenitur Toleti & similał cicutæ, cuius loco Constantinus posuit cicutam & errauit vt dicunt aliqui. Volũt.n. Arabes ꝙ harmel sit modus ruthæ. vñ Dioscorides in fine sermonis de rutha. Alterũ genus ruthæ est quam molim ciues Macedoniæ & Galitiæ & Asiæ appellant, quam & multi harmela ẽt vocãt, quare Almans. A.2.&. Serapio harmel.4.siquidem.7. Rutha syluestris non est harmel ſm ꝙ æstimauerũt quidã: imo est species ruthæ ipsius, & concidunt cum Dioscoride omnifariã: licet plura eidẽ ascribant eo: sed quicquid sit in multis vr̃ harmel cum cicuta conuenire attributis, ut quis eandem fore herbam æstimet. In de harmel enim scribitur hu. purgare phlegmaticos & viscosos & melancholiam, similiter inebriare tanq̃ vinum & somnum causare, similiter & cicutam dicunt phlegma purgare ac quod grossum viscosum, vomitũ ẽt scribunt harmel & cicutam procreare: sed percepi eius radicem comedendo ꝙ ebrietatem & somnum inducit: plures siquidẽ esse id reputant stupefactione letifera, venenosa: alij uero spirituum dissolutione. unde Circainstans. Cicuta uirtutem habet dissoluendi & consumendi, quare ea non vtimur in interioribus: quia venenosa est in substantia, & qualitate: dissoluit enim tantum ꝙ spiritus inanitur: ex quo spiritus mortificantur & membra.

[Margin notes, left column: Dif.1.c.2. & pncipio Diff.4 ca. 1.in med. Ca.1.16. Tra.1.ca. 3.p⁹ med. — B — Cap.4.16. — Cap.2. in medio. — 1.prac.c 3 — Ca.4.16. — C — Cap.35. ... 129 — Proble.23 ppter qd ... — D — Cap. 552. — Lib.3.ca. 35. ...ca.540. In Aggre. ca.269. Colli. tra. 5.c.10.in ... (partly illegible)]

E PROPTER TERTIVM quidẽ sciendum ꝙ vt in pręsentiarum est dicere cicuta est duplex: terrestris vз. & aquatica. Terrestris est calida & sic. qđ eius ostendit effectus. Illud.n. calidum per se etiam est, quod hu, incidit viscosos: grossos subtiliat eos educens: vrinam & menstrua prouocat: colicã & ventositatem intestinoꝝ dissolutione curat. Epilepticis subuenit, cum vino decoctũ cõceptionẽ pcurat. Si.n. purgata mulier die quaq;.3.i.sumpserit de radicib⁹ ipsius diebus.40. cõceptionẽ cãt. Et recitauit mihi dñaꝝ prudentissima cum.7. annis nõ cõcepisset ꝙ aliquibus diebus vsa comestione radicum cicutę elixatæ minoris: masculum concepit. Talis aũt vt Constãtinus, Aui. & Circainstans determinant est cicuta. Et fulcitur, qm̃ gustantis ipsam mordicationem & acuitatem tanq̃ fere pyretrum incutit linguæ. Palin. Quod rarũ, leue, cito in ignem conuersum, calidũ est, complexionũ 3. talis vero est prior vtraq; cicuta tñ præexiccata. Eti. Odor eius seu fœtor magis est magnus & horribilis valde, organum cõcutiens olfatus magnopere calidũ denotans, qui prauãm eius cõpositionẽ ostendit & heterogeneã maxime, quod & asa designat fœtida. Itaq; mihi remittenda si occurrerit meliori sententia: iudico cicutã terrestrem calidã fore & siccam. Cicuta vero aquatica indubitanter est venenosa pestifera, ut experientia cõprobatum: quã magis puto frigiditate occidere ꝙ caliditate: qđ locus innuit nõ parum ipsius frigidior. Celerrime similiter perimit: quod non venenum operał: sed tardius calidum nisi virtus ei fuerit coniuncta occulta vt napello, et serpentum veneno: eo ꝙ frigiditas est aduersa naturæ & mortificãs citissime. Caliditas vero determinans & amica. aphor. quinta & quarta primo.

PROPTER QVARTVM quidẽ: ad primũ dicẽdum ꝙ Democritus cicutam æstimauit esse modum iusquiami quendã: vt sic interpretetur. Dioscoridi ẽt dicendum vel fortassis conion non est cicutã vt exponunt, cũ alij testentur ipsum spẽm fore iusquiami, vel aliud fortasse hmõi existet: aut ꝙ coniõ cicuta est aquatica venenosa concessa. Ad aliud similiter dicendũ. Ad confirmationẽ dicendum: ꝙ si aliud stupiditatem et imobilitatem videatur inducere: non oportet tñ ipsum frigidum cõcludere. Nam harmel ca. & sic. in: 3. gradu ſm hos. Id tñ videtur causare somnum: nanq; imobilitatem ac ebrietatẽ inducit: similiter lolium: semẽ canapis, amomum, aloes Indum. Vinum fortius superflue sumptum calida existẽtia causant prędicta, quoniam eorum caliditatẽ ac effumatione uapores mittunt in cerebrum, quibus spiritus ꝑturbantur eisdem: vnde ratio primitus hebetatur, & somnus tandem & imobilitas causantur, ita & cicuta prędicta habebit huiusmodi inducere modo.

[Margin notes, right column: A.1.3,2. — Remediũ ad concipiendum. — Coll. c. 11 añ mediũ. & ca.1. in medio & cap.5. circa pncipiũ — F — Aphor. 19 & 13. Cap.1.p⁹ principiũ — G]

DIFFERENTIA. CLI.

QVOD ARGENTVM viuum sit calidæ et siccæ complexionis ostenditur: quia illud quod mordicat & corrodit partes, ca. est & sic. Corrosiua nanq; vehementer ponũtur calida & sic. tale vero est argentum viuum, vñ Dioscorides. Virtus argenti viui est homicidialis pondere suo corrodendo intestina. Quare Aggregator. Corrodit oẽ cui obuiat ex membris intrinsecis. Eti. ostenditur calidæ & hu. naturæ, quia illud qđ cito ad aliquod conuertetur elementorum, videtur naturam ipsius obtinere, alia nanq; sunt symbola facilius se inuicem transmutantia, sed argentum viuũ celerrime mediante fumo conuertitur in aerem, & vniuersaliter motus ipsius caliditatem testatur, omnis nanq; perficitur per se tandem calore. H

[Margin notes: Ca.76. — Ca.361.]

RVRSVS vr̃ fri. & hu. qa ægritudines cãt frigidas & hu. vt palysim, apoplexiã & similes, quod & nomẽ ipsius gręce ẽt ſm Dioscoridem oñdit. Appellatur enim idrargyros ab hydor quod est aqua, & argyros argentum Ca.76.

I tū quasi aqua argēti, aqua vero frigida est & hu. Q; au
tē frigidum sit & siccum, lęsio quam neruis, & oino mē-
bris frigidis & siccis infert, & sensus mortificatio & vſr
vitę denuntiant. Adhuc attribuitur Mercurio qui licet
sit indifferens, ad frigiditatem tñ attinet magis ꝭm astro-
logos & siccitatem, & vniuersaliter nocumenta frigida
ex ipso accidentia ipsius denotant frigiditatem, igitur ar
gentum viuum diuersæ fiet naturæ. Ex quibus etiam col
ligit dicti cuiuslibet oppositum.

PROPTER PRIMVM quidem sciendū ꝙ argē-
tum viuū est metallum continue motū, termino diffini-
tum magis extraneo, colore albo lucenti perfusum, pro-
pter nāq; nō adhęrere tangenti terreitate quadā & aquei
tate, ac figurę rotunditate mouetur continue. Aqua nāq;
ꝭm Auēpacē semicircul̄r mouetur, vt indicat accessio &
recessio ipsius, figura enim conuocat ad motum. Prin
K cipia quoq; metallorꝫ à diuersis ponuntur diuersa, qui-
dam nāq; dixerunt alchimistarꝫ. i. humorosorꝫ ipsa con
fici ex spiritibus fœtentibus, & aqua uiua, quæ sicca pōt
aqua noiari. Alij vero principium metallorꝫ posuerunt
non argentū viuum, & sulphur in natura sua, sed altera-
ta & in terram conuersa. Quidam vero dixerunt metal-
la cōfici ex aqua fluenti per meatus terræ inuenienti sub-
stantiā in visceribus ipsius dissolubilem, cui aqua coniū
cta vnum redditur corpus. Quidam vero peritiorꝫ sim-
pliciter testantur metallorꝫ principia fore argētum viuū
velut mater & materia, sulphur vero ceu pater et actiuū.

Sunt aūt metalla. 7. iuxta planetarꝫ numerum. Alchi
mici nempe volentes eorꝫ reputatam sciētiam occultare
Platonicorū more, metaphoris loquuntur, quare argen-
tum viuū vocauerunt Mercurium et seruum fugitiuum:
quia sicut Mercurius est mobilis vehementer, & ad om-
nes planetas, cū sit indifferens conuersiuus facillime: ita
L et argentum viuū: ceu etiam Mercurius instabilis seruos
denotans, sic & hoc metallum de quo. A. 4. meteo. Ar-
gentum viuum est vt aqua quæ miscetur cum terra nimis
subtili sulphurea mistione forti donec non quiescat in su
perficie plana: & hoc est ex siccitate magna quæ inest il-
li, & ideo non adhęret tangenti. Et est albedo ipsius ex
claritate aquę & albedine terræ subtilis: quę est in eo ac ēt
ex admistione aeris cum illo. Argentum aūt lunæ com-
paratur: quia sibi vtcunq; in substantia proportionatur
colore et cōitate. Aes aūt Veneri propter calorē et ipsius
complicabilitatem. Soli quoq; aurꝫ dant propter precio
sitatem vtriusq;, Marti vero ferrum: Ioui autem stānum
& propter naturam cōmutabilitatis vtriusq; & colorē,
Saturno quoq; plumbum propter substantiā et pondus
ambobus similia quæ etiā transferentes obseruant. Si
autem quis obijciat quia Ieber in eius alchimia solum po
nit. 6. metalla: non. n. argentum viuū enumerat: videtur
M enim ipsum nō esse singulare metallum cum materia sit
ipsius. Dicendū ꝙ non est simplex metallum: sed ma-
gis assimilatione quadam & reductione, sicut simplicia
reducuntur in composita in linea directe sita: quia tñ nō
est pure simplex sicut materię rō: sed aliq̄ vt oñ. deſ pcici-
pat cōplexione. iō vtcunq; pōt iter metalla numerari.

PROPTER SECVNDVM vero sciendū: ꝙ de
isto quęsito diuersę reperiūtur opiones. Videtur. n. ꝙ na
tura ipsius non possit percipi velut illa quæ Mercurij pp
ipsius instabilitatem: apparentiam & ostentationē: qui-
dam nāq; pronuntiarunt, ipsum fore fri. & hu. vt. A. in
2. cap. 47. .2. gradu: aliqui in. 4. Alij ca. & hu. in. 4. sicut cū Circa-
Cap. 48. instante Constantinus de gradibus eius practicæ. 2. Ha-
num. 501. lyab. vero ibidē inquit ipm acutū fore cōburens. Almā-
Cap. 34. soris quoq;. 3. ꝙ qñ extinguitur ardens est. Ieber vero vr̄
ipm aquā viscosam pronuntiare p calorē tpatum vnitā:
apparet ergo hmōi quęsiti diuersitas, quod ēt difficulta-
tē hic inducit est: quia pauci auctorꝫ eius aperte comple-
xionē exprimunt, sed qd de hoc mōstrabitur cōsequter.

PROPTER TERTIVM quidem sciendū ꝙ Ie- N
ber posuit ipm hmōi existere ut dictum imediate inquiē-
demū. Argētum viuū manifestū est ꝙ Mercurius appel
latur antiquorꝫ vsu, est aqua viscosa in visceribus terræ
substantiæ subtilis albæ tinctæ per calorē tpatissimū vni
ta tali vnitione p minima quousq; humidū contpatur à
sicco, & siccū æqualiter ab humido: ideoq; fugit superfi-
ciem planā de facili pp sui aquæ humiditatem: qd' fortas-
sis apud Ari. stare nō pōt: cum dictū sit metheo. 4. ꝙ aq̄ Tex. c. 18 & 37.
liquidorꝫ minime inspissatur sola permanens: nisi frigi-
ditate ipsam ad terrā cōuertente, calore nāq; nullo elixa-
bilis est mō. Adhuc non adhęrere tangenti accidit pp
subtilē terreum qd' est i ipso ceu pręinductū ab. A. Est aūt
argentum viuū sicut materialis elementorꝫ substantia, &
velut menstruū mulieris, ex quo virtute sulphuris ipsum
digerentis et adurentis metallū hoc generatur. Qñ aūt cō
uerti incepit ad hmōi spēm, reducitur glandulosum pri-
mitus. deinceps paulatim constare incipit et conuerti. In O
ipso quoq; ꝭm sapientes duæ reperiuntur substantiæ dif-
ferētes. Vna quidē aquea, reliqua vero terrea: & hęc qd-
dā sulphuris habet, sic igiſ argentum viuū pōt dupl̄r cō-
siderari: aut quantū ad partē terream sulphureā: & ita ca
liditate participat & siccitate quę extinctione ac sublima
tione calidi potentis manifestatur humida euaporante
aquea: & iō dictum est per Almanſ. ꝙ extinctū est ardēs
& vstiuū, et Halya. acutum. i. sublimatū est comburens,
vnde. A. 2. Sublimatū est interficiens propter vehemen- 2. cap. 47.
tē incisionem: ipm. n. ꝭm Aggregatorem sicut ignis adu Cap. 368.
rit. Aut quantū ad ipsius substantiā aquosam, quę velut
materia eius existit, quæ statim calido concitato euapo-
rat in fumos ob imperfectā ipsius mistionē cum terrestri
sulphureo: & hęc ægritudines & alia inducit frigiditatis
nocumenta. vñ. A. Eius vapor facit accidere palysim et
tremorem. Et Abugerib. Fumus est nociuus valde: nāq; P
ipsius assiduatio destruit neruos et inducit palysim et au Vbi supra immediate.
fert sensum & motū: visum destruens et auditū: orisq; fœ
torem ēt ꝭm. A. inducens cum dentium putrefactione: ut
mulieres fucantes oñdunt: & ad hanc quidē eius partē re
spiciens ipse frigidum pnuntiauit in. 2. gra. & humidū.
Apparet itaq; ex his aiaduertenti quid est dicendū, Mo-
nachus tñ in hoc sicut in multis vr̄ excedere: cum calidū
fortassis in. 4. gra. nō patiaſ secum humidū: in ęquali sal
tem quo ad tpamentū relatum, de quo dr̄ia. 138. qd' ēt de-
claraſ per reliqua. Videmus nāq; mista plurima ex sub-
stantijs diuersis cōstructa ꝭm vnā substantiā, vt ca. et sic.
nitrosam vētrē soluere, ꝭm vero alterā terream stipticam
eundē constringere, vt monstraſ in caule & lente, alimen Ca. 1. 2b me...m.
torꝫ primo. Veritas ēt quęsiti non parū apparet conside Cap. 76.
rato mō constructionis argenti viui differenti. Dioscori-
des nāq; scribit ipsius quoddā confici ex minio, & cina- Q
brio, alias canauaria, mittitur. n. in cacabū testeum et fer-
reo cooperculo pfecte munitur, poniturq; in foco et post
duas aperitur horas, & qd' cooperculo inhęserit collige,
quia hoc argentū est uiuum id tñ nō recitat Aggregator.
Aliud quidē argentum viuū est ꝭm. A. qd' est purgatum
seu extractum ex minera sua & viuū inuentū. vnde Dio
scorides. Etiā inuenitur in metallis qñ colligitur argentū
& audiui ipse multoties aquā currere de montibus. Est ēt
.1. qd' extrahitur ex montibus in lapidibus mineræ suæ,
in quibus generaſ per adustionē cum igne sicut de lapide
aurum euelliſ & argentū, & hoc propter acumē diciſ esse
de genere venenorū. Sed tunc aliquis dicet aurum ēt ar-
gētū sic extracta fore acumine perniciosa, & ppric aurū,
cum tñ magis sit temperatum. Dicēdū ꝙ aliter hęc ma-
teria est disposita, & illa per ignem, quia aliter patiens vt
sudor & virus oñdūt, & hūores ac mus napelli et ipē, sic
itaq; illud qd' ignis artificio cōstruiſ ca. erit & sic. magis,
qd' vero natura pduciſ plus frigiditate pticipabit & hūi-
ditate. Ex qbus ēt diligēs itellectus poterit quęsitū termi-
nare

A nare elegantius tñ modo anteriori, neq; valet vt indicat pomum quod dicit Circaistas quosdam auctorum posuisse frigidum in quarto gradu quia est valde frigidum actualiter, quoniam medici non considerant tale in his quæ corpori occurrunt secūdum actum vel apparentiā, verum secundum virtutem & per se intelligunt.

PROPTER QVARTVM vero. ad pmum quid iam dicēdum apparet, quia fm partē terream sulphureā calīn est & siccum. Aut dicendum ipsum corrodere qđ ei obuiat grauitate, fm tñ secundo. A. hoc verbū non est cōprehensum. Ad aliud dicendum, ꝙ non sequit ꝙ ꝓpter hoc sit calīn & hu. quia illud quod euaporat in fumum, non opȝ ꝙ sit calīn saltem per se, sed potius aqueū calore agitatum, velut vapor aq̄ radijs cœlestium calefactus deducit sursum. Ad aliud dicendum, ꝙ motus ille sibi non inest mox a calo, cum alia eo non moueant continue calidiora, sed magis ꝑpter subtile terrę ꝙ i ipso cōmistum est cum aquoso, & terminatū quodāmodo, ideo & superficiē despicit planā fugiens de facili. Ad aliud sistr quid dicendum visum, quia ꝑpter aquositatē frigidā ipsius & hu. in fumos missam accñtia cāt pdicta, iuxta quam nomen sibi fuit impositum, quia hæc manifestior est terreitate. Ad aliud dicendum, ꝙ non lædit neruos & alia sicca ratione siccitatis, sed magis frigiditatis, quo datū modo: humida vero humiditate lædit. Ad aliud dicendū, ꝙ ascribitur Mercurio propter id quod dictum primo & non propter complexionē, cum aurum sit temperatum & Sol calidus & siccus, & Saturnus frigidus & sic. plumbum autē frigidum et humidum, Mars quoq; calidus & sic. ferrum aūt frigidum & sic. Eius aūt cōplo in actiuis non inuenit sufficiēter a peritioribus expressa.

t.ca.47. in fine.

B

DIFFERENTIA. CLII.

QVOD COLLOQVINTIDA nō multum teri debeat, mōstratur per Serap. simplicium. Rursus tertio. 16. Rx. colloquintidæ sanæ non contritæ. Eti. 10. practicę pręcipit Gal. q̄ solubilium sunt antidotoꝝ medicamina mediocriter conteri, qm̄ si diligenter terent, minus operantur. Et id de re. sa. apparens. 4. Hmōi vero est colloquintida, cum non possit sui amaritudine in decoctionibus, aut syrupis, vel pulueribus sumi: verum potius in pilulis. Adhuc secundo pmo. Oium medicinarum in quaꝝ cōtritione elaborat superflue, opationes destruuntur, hmōi vero tritura facit vltima. Rursus quę vltime trita, nō poterit ablui, & abstergi sui penetratione ex villis ventris, & intestinoꝝ. qđ autem tale, excoriationē & apa cābit. Et firmatur, quia quod multum terit sui subtilitate, ventris villis & intestinorū adhæret & inuiscatur, quod aūt hmōi & ꝑprie qñ fuerit amarum excoriat præ cæteris et vlcerat, hmōi quidē est colloquintida vehemēter cōtrita. Amp. scamonea est solutiuorum maximū, ita vt fm Democritum sit anthonomatice laxatiuum, et ideo fm Mes. ipsius operatio ē vt ea q̄ furiosi, sed scamonea non multū pcipitur cōteri, & ꝑprie antiochena bona. Et fulcit, qm̄ mezereon solutiuorum violentū pcipitur non ad multum teri, vnde practicę. 2. et Aggregator. Tere mezereon non subtilissime, ne forte villis ventris et intestinorum noceat adhærens. Itidem Mes. Trituratio ois qualiscūq; sit, oportet vt fiat cum facilitate & cōmensuretur substantijs terendorum, laboriosa nāq; resoluit virtutem, id autem aduenit in ad vltimum triturando. Non igitur multum colloquintida erit terenda.

C
Cap. 166. versus fin? Tra. 4. c. 4. la prin. Cap. 5. circa pncipiū medii. ca. 5. post pncipiū.

D
Amp. rubrica ppa.
Cap. 54. versus finē. Tra. 4. c. 4. la prin. Cap. 5. circa pncipiū medii. ca. 5. post pncipiū.
Cap. 146. versus fin. Lib. 1. in. tra. 2. sū. 2. ca. 4. in fi. C. 11. post medium.

QVOD AVTEM non parum sed vltime debeat conteri, sapit Serapio breuiarij. 7. Eti. forte solutiuum propter læsionem inde potentem consurgere pcipitur consolari, sed trituratione perficitur grandi. Ea nāq; malitia sedatur laxatiui, quia nō quotiēscunq; minorat corpus ipsius conseruat virtutem fm ꝓportionis minorationem, imo ipossibile fit vt diminutio corpis pueniat usq; ad terminum, vt vlterius nihil proprie actionis inducat, cū sit minimam carnem reperire physicorum. 1. Forma. n. naturalis vt agat debitam & pręcisam quantitatem expostulat in materia, vnde nō est necessarium ꝙ si virtus aliqua vt decē uiri deferant aliquod onus per leucam i die, ꝙ illoꝝ medietas, ceu illoꝝ. 5. per medium: imo qđ plus id non poterunt mouere. 2. 1. et phisicorum apparens. 7. Virtus nāq; vnita fortior est diuisa. Rursus ars suffragatur naturæ. Colloquintidæ autem natura inest a partibus remotis vt a iūcturis extremorum educere. quod vero vltime tritum est in extrema valet amplius peruenire, propter quod expedit colloquintidam vltime conteri.

E
Tex. c. 38. Ca. 5. post pncipium. Te. cō. 37.

PROPTER PRIMVM quidē sciendum, ꝙ colloquintida fm Dioscoridem est planta emittens ramos & folia extensa super terram, simia his q̄ cucurbitę domesticæ alba pilosa ipsam aduenientia incisuras habentia. Vnde Mes. Persę vocant eam cucurbitam deserti, quæ etiam fel terrę appellatur, eo ꝙ in toto ambitu ipsius herbas interficit existēs vt venenum illis, & ideo Arabes vocant eam necem plantarum, & producit fructum rotundum pilæ sisem. Estq; vehementer amara composita ex partibus igneis & terrestribus adustis plurimum. Et est duplex, masculus & fœmina. Estq; hic villosus, lanuginosus, grauis ad asperitatem attinens & nigredinem. Fęmina vero laudatur et colltr in autūno, & proprie quando expoliata citrinitatem acquisiuit, cuius quidem planta qñ fuerit singularis in loco, aut fructus ipsius in planta, est perniciosus, tota nāq; malitia & violentia colligit in ipsa. Est nāq; canon ꝙ medicinarum laudabilium benedictarum quantuncūq; earum fuerit plurimum in loco a sui remitti euenit bonitate ipsa in plura sequestrata, in oppositis vero contrarium. Vtimur autem pulpa siue ipsius adipe, propriusq; phlegma viscosum attrahit, et a locis remotioribus, ut iuncturis. Est autem trituratio corporis in plures partes sequestratio, quæ diuersificatur quantitate & numero, fm ꝙ plus aut minus laboratur in eius tritura. Et ipsa quidem est triplex fm varietatem substantiæ terendorum, nam substantia grossa habet conteri maxime, subtilis minime, mediocris vero medio modo. Tritura quoq; quintuplici de cā videtur fieri. Vna quidem vt melior fiat commistio & sigillatio medicinarum inuicem, sicut expetit i theriace, & in alijs solēnium confectionibus, ut ex eis reliqua consurgat natura, nōnulla uero ut uelocitas penetrationis medicinę acquirat, quod opus fit qñ ad partes longinqores debet puenire, pp quod lapidē emathitē, & corallū oportet uehemētissime cōteri cū medicinis miscet Pl̄onis. Alia quidē ut ꝓprietas ulla medicinę adipiscat q̄ actionē alterius inducat manerici, apparēs. 4. et de re. sa. q̄ in cymino acqritur: qñ. n. paꝝ conterit, educit per secessum: qñ uero maxime quia debilitatum p urinę meatus eūat, nā qñ medicina fuerit debilis non potēs feces educere, subtiliatum se ad urinas conuertit. unde. A. & Mes. fm Gal. Instituti in ultima pulucrizatione cymini, & cum esset solutiuū, factū est ꝓuocatiuum. Quarta uero ut malitia remoueatur a medicina & hoc in se, quia sit uiolenta, et naturę inimica, & hac de cā colloquintidā teri oportet extreme. Aut rōne partis nobilis & sensibilissimæ cui occurrit, qualis est oculus practicę. 10. Est. n. sensibilissima corporis particularum. 13. de inge. unde oportet pulueres seu alcohol quæ oculis administrantur ultime triturare omnino.

colloquintida qd. Cap. 208.

F
2. sim. rubrica ppa.

G

Post medium.

H
2. 4. ca. 5. asi mediū. Lib. 1. in. tra. 2. sū. 2. ca. 4. in medio.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendū, ꝙ in hac differētia diuersificati sunt maiores: quidam. n. ut filius Gezar et Aggregator cum seruitore de pharmacorum pręparatione inquiunt colloquintidā non multum terendam, ne uillis uentris & intestinorum adhærens ulceret ipsa: imaginantur enim ꝙ ipsius subtilitate intantū penetret in partes per quas transit, vt nequeat ablui, & abstergi ab illis. Alij vero his opponuntur omnino, vt

Ca. 5. in medio. C. 16. post pncipiū. Vt in arg. Tra. 2. asi medium.

I Serapio abbreuiator. A. & Mes. testantur enim hi vna colloquintidam fore vltime terendam omnino, vñ. A. oportet vt in eius contritione ad vltimum deueniatur, et neq; sit aliquis contentus q; ipsa sit iam valde trita, hanc etiam seriem exprimit Mes. quãuis eam Serapioni ascribat: quid autem sit de hoc videbitur consequenter.

Lib. 7. ca. 11. 2. ca. 131. 1. sm. ca. tertio ã medium.

PROPTER TERTIVM quidẽ sciendum q; tritura triplex existit. Quædam nãq; grossa, alia subtilissima, nõnulla vero media, quod innuit. A. ex præmissis. Dico itaq; hic q; tritura mediocris est detestanda omnino, qm̃ in ipsa partes remanent sensibiles membrorum villis adhærentes ita vt difficile separent inde, neq; adeo sunt ad paruitatem redactę tritura vt hac malitia reprimaẽ sufficienter colloquintidę, quod voluit hic inquiẽs, neq; sit aliquis cõtentus vt ea sit valde trita, vtraq; tamẽ triturationum extremaꝶ veritatẽ põt continere, nam dicentes eã non multum teri eius minorem inspiciunt adhęsionem partibus inde et faciliorẽ eius ab eisdem eductionem cum aliis in argutis fulciti. Reliqui vero acquisitionẽ incolumitatis ex vltima triturationе & abiectione nocumenti, quos quidẽ fulcio magis imprępsentiaꝶ et defendo volẽs cum eis colloquintidã vltime cõteri oino, vt & nulla pars ipsius sit manifesta sensui, imo q̃si ad misturã perueniat intellectus ita q; fere minimum vnius alterius tangat minimum, & pſm q̃ pſm, sed id vltima fit vt inductum est triturationе. Vñ Mes. Mihi vř q; in vltime puluerizata frangaẽ virtus a permissione cõiunctoꝶ ipsi, & pertransit loca viscerum absq; impressione lęsionis in eis. Amp. illud quod adherens villis ventris, & intestinorum inflant, vlcerat, & aꝑat, est ꝓhibendũ, hmõi vero agit colloquintida nõ extreme vt aiunt sed mediocriter aut ẽt parum contrita. Eti. pharmacum operatur in adusq; pſm i fumos & vapores dissolutum, dña. 141. Id autẽ apertius efficit cõtritum extreme: dictum est. n. q; vltima cõtritio iuuat medicinam in partes penetrare ad quas prius non poterat peruenire, sed colloquintida est quid tale. Et firmatur, quia cum sit vt ꝓmissum amarissima est grossæ substantię: tale vero dictum est absq; ipsius etiam imperfectione vehementissimam trituram sustinere, itaq; colloquintida est extreme terenda.

2. 1. cap. 5 post pn. in arg.

K

1. sm. ca. 3. oprio.

vide auer. 1. cõ. cafi. 3 re curati. ua cap. &

L

PROPTER QVARTVM quidẽ ad Serap. simplicium quid dicendum apparuit. Ad aliud similiter. A. quid dicẽdum ẽt visum, vel loquitur de colloquintida qñ submittiẽ per clystere in colica, & non ꝑ os vt infra. Libri ẽt aliqui negatiua carẽt particula. Ad aliud dicendum, q; verum id, & ideo colloquintida est vltime terenda vt ipsius obtundaẽ violẽtia et attractio laboriosa, nõ tñ ipsius virtus tollitur oifariam tritura, cum sit violẽta & substãtia grossa. Vel sermo ille verificaẽ in q̃pmultis, cum pauciores sint medicinę i grossa substãtia adeo violẽtę. Ad aliud siſr dicẽdum q; destruunẽ. n. aut oino vř ẽm quid & remittunẽ ab eo qđ ꝑus. Ad aliud per interęptionẽ dicendum. Põt. n. ablui & abstergi, & iõ nocumenta nõ inducere ꝑdicta. vñ A. docẽs colloquintidam vltime cõteri ꝑcepit ipsam hydromelle ꝑus infundi, deinde exiccatã teri, adhuc ẽt si non posset vt non multum trita lauari & abstergi, tñ tritura vt tactum imbecillitata lęsionẽ nullã aut modicam posset inferre, & ꝑcipue quia doceẽ cum gũmis stipticis inuiscatis admisceri, vt bdellio, dragacanto, & mastice & hmõi. Ad confirmationem vero qđ dicendũ appuit, quia virtus ei⁹ tritura remittitur effrenis, vt lędere nõ possit. Ad aliud dicẽdum, q; non est siſe de scamonea & colloquintidæ adipe vel pulpa, cum illa sit acuta subtilis substãtię. Cui⁹ vis destruitur vt tactum laboriosa tritura, hęc aũt grosse extremã sustinẽs trituram. Ad cõfirmationẽ quidem siſr dicendum, aut fortassis hæc in mecereon ẽt fuit illorum vt in colloquintida opinio. Ad aliud dicendum, q; substantia adipis vel pulpę colloquintidæ, quia grossa subtilissimam pati

M

potest triturationem, concessum etiam est vigorem colloquintidæ vtcunq; tritura dissolui. Quæ autem alterius partis suo similiter procedunt modo.

N

DIFFERENTIA. CLIII.

QVOD NON ois cura perficiaẽ contrario monstraẽ: qm̃ apho. 5. Quæcũq; infrigidata calefacere oportet exceptis quibuscũq; sanguinẽ futuꝶ ẽ emanare, in his igř saltẽ istantiã recipit canõ. Ampli⁹ ibidẽ. Aq frigida est & hu. et tñ poniẽ curare thetanum repſonalem ex hu. constructum phſaticis. Eti. Epidimiaꝶ. 6. Dolor dolorem soluit, vnde duoꝶ doloꝶ qui simul fiũt &c. Top. 4. Febri & ophthalmię nihil est contrarium, & tñ plures curanẽ eaꝶ. De re. vero sa. 3. Labore oportet laborẽ soluere. et. 3. quidẽ Megathegnis. Humida corpora cum humidis, siccum cũ siccis curare oportet. Ac ꝑmo tertia. Labor labore curaẽ. Rursus eodẽ q̃rta. Nõ ois repſo, neq; ois compſonis malitia, suo medicaẽ contrario ex eũone & oppõne. Amp. tertio ꝑma. Regimen subtiliatiuum est nociuum ei qui habet sodam cã cibi grossi, ꝑpter cholerã. Et eodẽ. 16. ẽm. Hip. Vomit⁹ qñq; ꝓhibetur vomitu, & fluxus fluxu. Palin. Calor naturalis calidusq; exñs morbos tñ curat calidos apparens ꝑmo ſcđa. Multi ẽt curanẽ forma specifica, cui nihil vř contrariũ. Rursus. scamonea cal. et sic. curat febrẽ cholerę huius tã rõne febris, q̃ materiæ. Adhuc si ois cura per contrarium curatur, morbus numeri, & quãtitatis curari nõ poterit: cũ nihil in ꝑdicamẽtis quãtitati ponaẽ cõtrariũ. Amplius si ea perficiẽ contrariis, erunt in gradu, & mansione sibi opposita in techni. Quę aũt taſr extant, aut eoꝶ vnũ nõ aget in aliud si oino fuerit æqualitas vel ad furiam pamplius incitabit. Itaq; non ois cura completur contrario.

A phor. 20. A phor. 21. pti. 2. tex. cõ. 3. 1. aphor. aphor 46. Cap. 5. inter ta finem. C. 2. in fi. Colli doc. 1. ca. 14. & 15. inr. fi. Ca. 1. in fi. Tra. 2. ca. 7 in fine.

O

Tra. 1. ca. 13. Doc. 3. capitu. 3. pti 1. diui. 1. in me. Tex. c. 97.

CVIVS OPPOSITVM scribitur de humana natura. aphor. 2. Nam ex plenitudine quæcunq; ægritudines fiunt &c. Vnde ethi. 2. Medicinæ sunt innatæ fieri per contrarium. Eti. Omnis actio est a contrario, ꝑmo de ge. & cor. sed curatio est quædam actio. Est igitur per contrarium ægritudinis curatio.

P

G. 2. in fi. A phor. 2. Ca. 3. ante medium. Te. cõ 50.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q; cura est ꝓuidentia seu sollicitudo alicuius vt permaneat in vita nociuo depulso. Quę duplex existit, vna quidẽ vľis ceu prouidentia de aliquo modo quocunq;. Iuxta illud. Cura hunc. i. ꝓuide sibi. Est & alia pticularis vt hæc oppõne ꝑfecta. Procurat. n. subiectũ puta corp⁹ vt in eẽ ꝑmaneat morbũ abscindere, ceu moralis aiam. Est autẽ contrarium ẽm idẽ gen⁹ distãtia, cui⁹ quidẽ gr̃a videndũ ꝑmo qũo cõtrarium ẽm Ar. sumaẽ multipliciter, deinde q̃liter apud Gal. & demũ quidã i modis cõtrarii subiungaẽ ex sermonib⁹ acceptũ medicoꝶ. Propter ꝑmũ hui⁹ sciẽdum q; penes Ari. cõtrarium inueniẽ accipi multipliciter, vno mõ quidẽ ꝓprie, put in q̃litatibus reperiẽ, in eis eni verissime est cõtrarietas post locum, vt cẽtri ad circũferẽtiã. Com. 9. & 10. meta. Cum in q̃litatibus ẽt saluetur maxima distãtia. Nã vere cõtrariorum vnum maximũ & ꝑfectũ nõ hñs excessum i illo gñe. Reliquum vero ab hoc distãs per oẽ. Quare. 10. meta. Cõtrarietas est diuersa. i. distãtia ꝑfecta. Posita. n. sub eodẽ gñe cõtraria maxime a se distant & in eodem susceptiuo simul & ẽm idem fore non possunt in prædicamẽtis, vnde. 11. de inge. Cõtraria sunt per multum ad seinuicẽ distantia ẽm aliquod vnum genus. Sic igitur de rõne vere contrariorum est q; maxime a se distent & q; sint in eodem genere, ac idẽ differenter tñ, habeant susceptiuum. Et ideo in talibus contrariis non contingit vni plura cõtrariari. 10. meta. Tantum. n. vnum vni est oppositum. Sunt & alię cõtrarioꝶ acceptiones. 5. meta. Contraria. n. dicuntur esse quę non non possunt simul inesse eidem differentium ẽm genus, puta musica & albedo, Et quę plurimum differunt, eo q; in eodẽ existant susceptibili, ut album & nigrum. Et ẽt q̃ plurimum

Cura qd.

Q

Cõ 4 ad medium. Cõ. 13. in medio. Te. cõ. 13.

Colli pte 3. c. de apposi. i me. Ca. 11. in medio. Te. cõ. 14. & 17. Tex. com bñis cõm.

A plurimum distant eorum quæ sunt sub eodem genere, ut homo et asinus. Et quæ plurimum differunt eorum quæ sunt sub eadem potestate, velut congruum et incongruum sub grammatica. Et hi duo modi postremi horum quatuor videntur proprius nomen cõtrarietatis iportare. Dicuntur et cõtra prædictos modos quatuor contraria cõius. Quædam quidem in talia habere. Alia vero in suscipere. Reliqua in activa esse, vel passiva. Aut agentia esse vel patientia, ut abiectiones aut acceptiones, vel habitus seu privationes. In his.n. cõtrarietas videtur secundo a qualitatibus causari. Dicuntur & contraria cõissime quæcunque sunt secundum unam cathegoriam diversa. Secundum.n.id quod ens & unũ multipliciter dicuntur, sic & alia ab his sequentia. Hoc etenim modo dicentur contraria & quæcunque ex æquo dividuntur quocunque modo. Qualiter & prædicamenta dicentur opposita. Dicuntur et non tantum extrema extremis cõtrariari, ut ponitur.10. meta. verum etiam medium ipsis, puta media uox cõtraria est ad ultimã sicut acutã: acuta vero ad grauem, & fuscum relatum albo apparet nigrum, & nigro apparet album. phys.5. Propter huius secundum sciendũ quod perpendens Gal. cõtrariorum multiplicitatẽ inquit.11.de inge. Si non vis dicere contrariorum contrarias esse curationes, dicas oppositorum fore oppositas, ceu sensit Hip. cum Platone, quẽ siquidẽ Platonẽ dicit fore divinum semperque sequẽdum, oportereque nomina contẽnere: nõ autem rerum doctrinã, cum multum conferat ad salutem, et rerum error desinat in perniciem. Et quod sive vtamur proprie noibus aut improprie, ex hoc nihil plus vel minus acquiritur laborãti. Nõ.n. in qualitatibus solum: verum et in quãtitatibus est reperire huiusmodi contrarietatẽ quam Aristotelici oppõnem appellant. Non.n. magnum dicunt paruo fore contrariũ, sed oppositũ relative, neque similiter multum pauco. Et eodẽ modo neque densum raro, neque remisso intẽsum in prædicamentis. Oia tamen huiusmodi cõtraria secundum Hip. noiantur et Platonẽ facientes ex contrariis generationem. Inquit et Arist. non observasse suã legis in noibus lationem. Cũ principia physi.1. puta materiã & formam cum privatione posuerit cõtraria, quæ tamen non sunt qualitates verum substantiæ. Adhuc scripsit.2.de gen. & cor. igni aquã contrariari, aeri vero terrã, & si sint substantiæ. Sunt.n.ex contrariis passionibus constitutæ, vult quoque Gal. quod curatio primo & per se debeatur dispõni seu morbo, per accidens aũt & secũdario accidenti. Eo quod morbum consequitur, velut umbra corpus.3.de accidenti, &.11.de inge. Et ideo morbo interẽpto, & accidens interimetur consequenter. Potest igitur ex hoc accipi quod contrarium est duplex. Quoddã nanque immediatũ dispõni per se occurrens. Aliud vero mediatũ alterius gratia, & quod unũ per se & aliud per accidens. Vnũquodque propriũ & reliquum cõe. Et quod in accidentibus et põt concedi cõtrarietas vtcunque, ceu fluxibilitas cõsequẽs pororum aptionẽ, cõtrariatur detentioni eorum angustiã consequẽnti. Propter tertium vero huius sciẽdum quod particularius ac medicinalius cõtrarie accepto dispõnis intẽtio triplex reperitur. Quoddam.n.est intrinsecum, aliud vero extrinsecum, nõnullum vero mistum ex utroque cõfectum. Intrinsecũ vero tripliciter diversificatur. Rõne quidem gubernantis, ceu virtutis regitiuæ natura dictæ, de qua in techni. Oium natura operatrix existit, medicus autẽ minister. Vnde Mes. de pharmacis, &.8.practicæ. Naturæ est curare, & non medici. Eius vero opus dignius extat aliquid porrigere naturæ. Vel ex parte fulcientis, qualis est corporis natura dicta complexio & cõpositio, & cõmunius utriusque natura vigore tamen principalius cõplexionis, cum ea sit cõpõnis & naturæ cõis potior causa. de cõplexionibus apparens primo. Cõplexio.n. propter qualitates ex quibus cõsurgit, principium est actionis, cum ois tandẽ actio perficiatur qualitate. differentia.60. aut rõne instrumenti, puta caloris innati vel spiritus. Ipse nanque est instrumentum naturæ quo agit ea. Cuius quidẽ natura est nõ solum frigiditatẽ sibi contrariã qualitate impugnare & destruere, verum et caliditatẽ cõtrariã quodammodo sibi proportionatam. Mouet.n. ipse spiritum ad expellendum nocumentũ caliditatis extraneæ, vaporem ipsius remouendo, & ipsum resoluẽdo, eiusque materiam adurendo. Hanc autem naturam non habet frigiditas. Non.n. impugnat & destruit nisi sibi contrariam advenientẽ caliditatem. Frigiditatem autem minime, propter quod caliditas dicitur innata, non aũt frigiditas. Et ideo primo secunda. Non cõparatur frigiditati ex colcodeia corporis.i. datore vitæ illud quod cõparatur caliditati. Cõtrariũ similiter extrinsecum tripliciter variatur, vel ex parte quidẽ influentiæ superioris. Interdum nanque talis superiorum occurrit influxus, qui aliquo dictorum contrarietatis modorum ægritudinem tollit, aut minora, puta, luna quando coniungitur forti aut loco applicatur quo infirmi natales stellæ fuere illi fortunatæ ut tactum sæpius. Aut ratione ministerii cuiusdam, & ita medicus dispositioni cõtrariatur. Est enim subminister naturæ, licet alio mediante utpote natura operatur. Nam fortuna quæ beniuolus quis videtur influxus & artifex per medicinas quæ faciunt operatur materias. Natura vero ipsa per seipsam tribus cõpleta particulis ex substãtia. videlicet. spũs, mẽbro spermatico, & substãtia carniformi.11.de ige. Vel ex parte instrumenti quo infirmi obediẽtia, ministrorum idoneitas & extrinsecorum adaptatio prompta ægritudini adversantur destruendæ, ut primus instruit apho. Contrariũ vero ex his cõmistum est morbus morbo ad curationẽ superveniens per se vel arte, ut febris spasmo repletionali, & quartana epilepsiæ. E

Doc.3.c.3 post me.

F

Cap.3. ad medium.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendũ, quod oẽs consenserunt tandem curam perfici contrario, cũ sit artis principiũ, ita nanque debet esse notum ceu ianua in domo, quã nullus ignorat. Cõmẽ.2.metaphy. Principium enim nullus negat ignorãtia.q. negationis aut proxima 4.metaphy. Differens tamen posuerunt contrarium secundũ quod diversimode construi ponebant corpora, cum ea posuerint differenter componi. Vel ex elementis his quatuor alterabilibus & passibilibus, ut Hip. & Aristo. Aut oppositis, sicut Empedocles et Asclepiades. Seu his ut athomis et corporibus anarmis in compactis, ut Democritus & Epicurus primis elementorũ ac morbi. Tales enim morbos & per consequens contrarietatem in compositione ponunt tantum, ut angustiam pororum, & dilatationem, non autem in cõplexione ut cõplexio.

Te.c.1.

Collr te. cẽm.8.

G

post princ. Capi.1. iuxta finem.

PROPTER TERTIVM vero sciendum, quod canon videtur permanet curationis per contrarium, ut inductũ ex vetere et Ari. unde in techni & in quamplurimis. Curatio unum habet modum & maxime cõem intentionem ei quod soluendũ est contrariũ &c. Quod quidẽ visus est Gal. astruere inducendo ut calidæ dispõni frigidã fore contrariã, & frigidæ calidã & in aliis similiter simpliciter et cõpositæ. Quod et confirmat.11.de inge. & apho.2. Empiria magis dicens hoc adeo fore manifestum quod rõne idigeat minime. Est.n. maxima & principiorum primum artis curativæ. Principiorum aũt non est ratio, posteriorum fine.

Lib.3. te. cõ.23.

Cap.11.in medio. Cõ. apho. 22 in principio.

Quod tamen quandoque conatur ratione firmare: quoniam duobus contrariis æquipotentibus fere invicem applicatis ex eorum actione & passione medium quoddã confractum ex ambobus necesse est consurgere, ut apparet ex cõiunctione nivis seu glaciei ac ignis vel aquæ feruẽtissimæ, cõplexionum primo. Nam immoderatum cum sit contrarium quoddã præter naturã ut morbus, moderatũ vero secundum naturã ceu sanitas, fiet necessario hoc imoderatũ ab altero immoderatorum contrariorum in artis administratione secundum contrariũ ad moderatum. i. sanitatem aduocari.

H

Ca 9. post principiũ.

Eti. de distemperantia inæquali, interimuntur oia & corrumpuntur a cõtrariis. Cum igitur sanatio sit dispõnum interemptio.11.de inge. per contrariũ necesse erit fieri. Itidẽ contrariorum contrariæ sunt rõnes, de ge. & cor.11. Sed conseruatio & curatio sunt contraria, cum idem dividat

Doc.1.c.4. in me. C.12. post principiũ T.c.56.

T.c.5.15

B

Tex.cõ 6. C. 13. versus finem.

C

pri.3.c.de oppositis Tex.c.48. & 70. T.c.22.

11.de inge. ca.12. circa mediũ & a fine. Ca.1. versus finem. a.12. circa principium

D

Lib.3.te. cõ.66.

Lib.1. in tract.3 ma c. 1. circa principiũ & in cõ. & sũ.1. c.1.cap.3. circa. princ. Collr.c.9. ad mediũ.

I ex opposito & oppositis debeantur subiectis. Cum igitur conseruatio fiat per simile differentia. 116. Quare curatio idē opposita pficietur contrario. Q. si quis mordeat Gal. inquiens hoc principiū curatiuum non debere probari, cum sit notum per se veniēs ad hñtem: nulla. n. scia v'lis vel particularis pbat suū subiectum. A. 1. metaphy. & Cōmen. 2. phy. Cum oīs rōcinatio ex notioribus pcedat. Dicendum hoc principium Gal. roborasse nō inquātum medicus, sed magis vt naturalis phy. per quē etiā modum demonstrationis induxit in confirmatione fultionis naturę & numeri elementorum in primo eorūdem, vt & Ari. 1. phy. disputat contra Parmenidē et Melissum testantes oia vnum esse & imobile induēs sicut testatur habitum metaph. Aut non est incōueniens sciam ex quibusdam posterioribus et signis suis suum declarare subiectum vtcunq;, & maxime causas ipsius. Vnde Com. 2. phy. Impossibile est aliquam scientiam vniuersalem & particularem declarare suum subiectum eē, siue per signum, siue per demonstrationem, quod non est ita i causis subiecti, quoniam declarat eās per signum, non per demonstrationem simpliciter. Aut melius fuit Gale. in tam breui arte demonstrationem tacere, ceu siluit in aphor. Nosce quoq; q curatio certa non quocunq; pficitur contrario, verum contrario per oppositum ęquali in gradu. Est autem is quadruplex, cuius quilibet i tres diuiditur mansiones differētia. 139. Fit & quādoq; opus adiungere gradualitatis aliquid medicinę aestimando q in transitu deperdatur aliquid qñ pars laborans iacuerit in profundo. Iuxta illud techni. Si ita accidat vt. 10. quidem numerus secundum calidius sit excessus & reliqua.

(Ca. 1. iux. fin. Cō. 16. iux ta finem. — Ante me. Tex. c. 12. — K — Cōm. 16. iuxta finē. & c. 22. in medio. — Lib. 3. circa. 97.)

L Hoc etiam verificatur virtute adeo robusta supposita vt contrarium recte per oppositum dispositionī ea valeat tolerare. Multotiēs nāq; nec euacuamus per oppositum totam replēonem, neq; per alterationem contrarium conamur destruere ex sibi quidem opposito naturae vigore morborum curationem non sufferēte. vnde primo secunda. Cum multa egressio ab ęqualitate acciderit proportionale & non proportionale ab eo diuersificatur ideo q virtus debilitatur. Et ideo huiusmodi procuratio 11. de inge. omittitur ne ab idiotis auxilijs detrahatur sanitatis. Huiusmodi autē contrarietatis curationis ęqualitas gradualis confirmatur rōne, qm̄ si curatio vt oñsum fit contrario. Et si simpl'r ad simpliciter, et magis ad magis, & maxime ad maxime topi. 2. Cura perficietur maxime ex vero & maxime cōtrario. Hoc aūt est fm ęqualem gradus excessum. Amplius. dr̃ia. 116. duplex est sile, vnū quidē in genere, alter; vero in spē & natura, in quo vere silitudinis saluaī rō, p quod ibidē oñsum est conseruationē fieri maxime. Nō. n. sile a sili patiī, pbl. 8. ita & rōne contrarietatis duplex erit cōtrariū assignare, vnum videlicet i gñe, alter; in spē & natura, p quod maxime curatio fiet et ęgritudinis destructio, cū in ipso potissime rō cōtrarietatis obseruet. Huius aūt contrariū secundum est inęquali gradualitatis excessu cōtrarię gradualitatis excessui, ceu añdictum sile secundū est cū suo simili in eodē gradu punctale. Itaq; pficieī curatio p cōtrariū inaequali gradus excessu locatū. Ad hmōi aūt certā gradus contrarietatē excessus puenire nō possumus ita iam scia nr̄a foret vt q Asclepij siue Esculapij reputata. vñ. 3. de inge. Ego quidē si possem naturā vniuscuiusq; cognoscere, essem eiusdem sciae cuius Asclepius extitit. Sed cum hoc sit impossibile studui vt nihil eorum quae humana comprehendit natura modo ptermitterem aliquo. Nā vnicuiq; naturae humidū inest, pprium quoddā, quod nullatenus lingua potest explicari. Et quanuis non possumus peruenire ad id quod est certū administramus tñ naturae artificiali vt cura per aequale, quātum possumus per cōtrariū, confidendo in sagaci & diligenti eius opere, vt quod superflue additū est vltra aequalem cōtrarietatis excessum,

(Doc. 1. fē. prima c. 4. i principio. Ca. 9. post medium. — Coll. 2. c. 26. vsq; in finem. — M — pble. 18. — Ca. 7. post principiū. & in me.)

ipsa resecet, quod vero minus est, suppleat et augmentet. N

PROPTER QVARTVM vero. ad primū est dicēdum, q quantū est ex vera cura immediata vt oñsum pficitur contrarietate, ita vt infrigidata recalefacere oportere, verūtñ, ppter timorē accñtis vt fluxus sanguis futuri ex calefactione poroꝝ rarefactiua, & sanguinis ab extra ductiua, phibetur calefactio frigiditatis imediatius extinctiua. Cōiter tñ fluxu poterit calefieri quietato. Licet enī cura pncipaliter, vt apparuit dispōnibus debeaī, & non accñtibus. Nonnunq; tñ ipsorum procuratio dispositionum diuertit curationē & destruit. Sicut oñdit colica ex phlegma vitreo causata frigidissimo, in qua propter vehementiam accñtis, vt doloris, cogimur administrare frigida stupefactiua, ceu philonium, opium & hmōi. dr̃ia. 204. vt sensus tollatur a membro, & non q causa remoueatur dispositionis, immo eā hmōi amplius intendunt & extendunt. Ad aliud dicendum, nihil fore contrarium eius vno nomine nominatū velut iustitia iniustitię, fm nāq; Com. 5. phys. Spēbus aegritudinis species contrariantur sanitatis et reliqua, differentia. 65. Ad aliud dicendum q loquitur de cura solutionis cōtinuitatis, cuius curatio per oppositum est vnitio, per simile vero reducere in id quod fm naturā fuerat reducere, et tunc caro curabitur humidis, & neruus siccis. dr̃ia. 107. Aut est eis contrariū intrinsecū gñale, vt sanitas in cōi licet non singulare. Est. n. sanitas spēs spālissima. dr̃ia ptacta, sed extrinsecum particulare vt debita sex rerū nō naturaliū, & medicaminū exhibitio. Ad aliud dicendū, q contrarium sumiī mediatū & remotū. Vel q natura regitiua cū instris ipsius vt cōpl'one ac innato calido hmōi curationē pficit, q posita est dispōnibus aduersari. Ad aliud dicendū id fore verum qñ eius regimen nimis fuerit subtile, eo q est cā nocumenti alio modo. pauca. n. comestio i stoda calida nocumentū affert in ipsa demum: generat. n. chol'am sursum effumatiuā, q nō minus q repletio grossi cibi dolorem inducit, cū magis et minus ad easdem inducat dr̃ias in techni. Vnde cū non interueniat recta cōtrarietas, non cura subsequiī, verū potius interuenit symptoma. Ad aliud dicēdū similiter nisi tm̄. Ad aliud dicendū, q licet nō appareat p contrariū imediate fieri, induciī tñ contrariū cōsequēter. Aq. n. frigida cōgregando calorē naturalē interius, & antipistasim faciēs, calefacit fortificādo ipm, q demū p viā contrarietatis & instri frigidos humores & humidos calefacit & resoluit, pble. apparens. 9. Nā ad vltimū in huius cōtrariū interuenit, licet nō appareat primo. Ad aliud dicēdū q dolor soluit dolorē, et labor curat laborē, nō p se sed p accñs, eo q incitat naturā cū spiritibus & humoribus trāsire de vna parte ad aliam, ita vt materia de loco dolēte pus remota, hic dolor sedeī, & sil'r de labore cū materiā satagat transpirare. Ad aliud dicēdū, q licet calor naturalis & extrane' i eo q calor conueniāt, opponunī tñ naturalitate & inaturalitate. Ad aliud dicēdū, q i actione et forma spēi est cōtrarietatē et qlitatum assignare. dr̃ia. 60. Vel saltē localē q contrarietatū est pma fm Cōm. posita. Ad aliud dicendū q scamonea licet imediate nō sit cōtraria tertianę, cū vtraq; sit cal'a et sicca, reddiī tñ denuo sibi cōtraria ipsam perimēs. Eūat. n. cholerā eandē cātiuā. Adhuc in tali actione saluaī et contrarietas situs ptacta, qa scamonea vnū obtinet locū, materia vero attrahēda reliquū. Qd' oñdit cholerę adductio. Qñ. n. ea cōiungitur, scamonea getaī actio, ceu i ferro cōspiciī magneti applicato. dr̃ia. 141. Et forte qlitatiua. differētia. 60. Oribasius quoq; apho. 2. extraneā valde huic pręstat rñsionem inquiens q ex añdata humectatiua diaeta diagridiū accipit vires, vt q calidum & siccū, et p hoc cholerico simile cōtraria qlitate diaetę inuitet & deponat humorē, et ideo cibos offerimus frīdos & hu. vt lactucas, oua sorbilia et sisia. Ecōtrario phlegma calefit & deponiī. Melia vero

(O — Cō. 57. vsq; i finē. — 3. prima trac. 2. c. 9. in fine. — P — Lib. 3. te. cō. 59. — pble. 9. & 10. — Q — Vt supra ar. 1. post principiū.)

calefit

A calefit & humectatur. & ita deponuntur humores. Sed tūc dicā nō virtute occulta, sed potius qualitate ipsorum erit attractio, quod plures onerose ferunt. Adhuc nunquam traherentur nisi prędispositi cibis. Quod non oportet licet id conuenientius perficiatur. Ad aliud dicendū, quod contrarium sumitur cōiter pro quacunque oppositione et diuersitate quæ aliqualiter in quātitate pōt reperiri. Aut melius quod morbus nō est simplr in quantiate, sed in qualitate, cum sit qualitas seu dispositio naturali nocēs actioni. differentia. 72. Fundatur tn̄ hmōi qualitas interdum in quātitate cōtinua, vel discreta, vbi habere. & qn̄. dña 74. Ad aliud dicendum, quod nō reperiūtur oino æqualia. dña. 18. Vel si reperiantur vnū superat aliud frequēter reiteratum & medicamē morbum. Adhuc natura superest hæc regitiua medicamini auxiliatiua. Si etiā incitaretur ad furiam modico tempore permaneret illud trāsiens confestim in quod dominans.

B

DIFFERENTIA. CLIIII.

QVOD morbi cura sit forti medicina inchoāda ostenditur. Qm̄ aphorismorum secūda. Secundum principiū istarum ægritudinū a quibus speratur saluari laborātem, tētare oportet maiora offerre auxilia. Et per Gal. detestantem. 5. de inge. Archistratem incipientem etiā in forti ægritudine a debiliori medicamine. Eti. quarto quarta. Vlcera cum curantur indigent in primis mordicatione, deinde gradatim perueniatur ad id quod est leuioris mordicationis. Amp. qn̄ materia est multa, & inhærens partibus, valde grandi egemus medicina, vere nāque eget forti quæ firmata, aph. quarta. Id aūt euenit in morbi principio, cum nondum sit materia vllo modo mutata. Rursus differentia priori. Cura perficitur cōtrario æquipotēti gradualiter morbo: sed in principio morbus excedit quantitate & qualitate: cum nullā adhuc euacuationē aut alterationē susceperit a natura. Palin, omne lęsiuum mox & fortiter est a corpore propulsandū, cum corruptiuum existat: talis vero est morbus in principio etiam existēs: cum de ratione ipsius sit operationes essentialiter lædere. Eti. Qn̄ natura est valida, fortis expetit medicina. Sic autem est in morbi exordio, cum nōdū sit morbo fatigata: quod eius indicant accidentia. Nā circa principia & fines oia ſm veterem accidentia imbecilliora, circa statum vero fortiora, itaque in morbi principio a forti inchoandum medicamine.

Cō. apho. 29. i med. Ca. 15. circa princi. Tra. 3. ca. 2. aſi med. Cō. aph. 30 in medio, C

OPPOSITVM quoque huius vt quod a debili medicina sit cura inchoanda, scribitur. n. tertio prima taliter. Oportet in cura sodæ vt incipiamus a debiliore medicinarum, & gradatim procedamus donec sciamus ex dispositione morbi quod ipse iam est abscissus. vnde Mes. in practica. Incipiamus a leuioribus sicut cōsueuimus procedentes ad maiora. Itidem Hip. 4. reg. acu. docet curare acutas ægritudines & phlegminantia hypocūdria in principio cum phlobotomia detestās pharmaciā: cū nihil ea phlegminātis educatur, neque passio remittatur, sed potius resistentia ægritudini & sana colliquantur loca, sed phlobotomia lęuior est medicatio quam pharmacia: Secūdo regi. acu. Palin. ars est imago & sequela naturæ. Ipsa vero a debilibus inchoat semp ad fortiora procedens, vnde proble. 10. Natura in fine operosa & adipisci facit confestim, non autem in principio, igitur a debiliori medicina cura est inchoanda.

Secūa aph. apho. 30 Tra. 1. ca. 19. aſi me. Ca. de soda calida 1 principio. T. c. 18 D Colli cō. 11. pº me. proble. 45.

PROPTER PRIMVM quidem sciendū quod quid sit curatio, differentia innotuit priori. Est enim morbi per oppositum ablatio, cum dictum sit eā perfici semper cōtrario. Quid autē morbus, quidque medicina differentijs ostēsum. 72. 136. & 137. Ipsa quoque vltra illa tacta est auxilium alteratione seu euacuatione morbi expulsiuum. Est itaque duplex. Vna quidem alteratiua qualitate operans absque eo quod in corporis vt sic substātiā ingrediatur calefaciēdo, infrigidādo, exiccādo, & humectādo: reliqua vero euacuatiua modis prætactis, dña. 141. Est autem fortis medicina duplex, et ita per oppositum debilis aut in se, quia paruæ quātitatis ens vehemēter operatur, vt scamonea, anacardus seu opiū, uel quia humorem forte altérat aut educit sicut melācholiam, primo apparens quarta & quarto prima.

Curatio qd & quotuplex. E

PROPTER SECVNDVM sciendū quidē quod Archistratus fortem ægritudinē & periculosam: curare incipiebat cum debili medicina, ceu sanguinis screatiuā quē Gal. impugnat. 5. de inge. assimilans eundē nautæ negligentiā suæ naui præstanti donec frangatur, & deinceps dat vnicuique tabulā iubēs per eā si pōt euadere. Quidā vero inceperūt a debili medicina timētes ne forte subita occurrat permutatio in naturā: quorum defectus. 3. et. 4. apparebit dicendorum.

Colli ca. 5 dr. mediū, & ca. 9. in principio. Tra. 2. c. 7. ver. finem. & cap 4. in zta finem.

PROPTER tertium vero sciendū: quod ægritudo est duplex. Quædā nanque est periculosa versuta: siue ipsius periculum mox immineat seu postea, reliqua vero huic opposita, prima quidem confestim a principio est forti medicina curāda, nisi fortis medicina fuerit sibi contraria, velut clystere acutum prius cholicæ stercorosæ. Humidum. n. cōpetit primitus mollitiuum, & deinceps reliquum, reliqua vero debili. vnde cōtra Archistratū Gal. Non oportet nos incipere a paruis & debilibus medicinis, vt ex his intendamus ea quæ illi intendunt dicentes initium curationis oportere fieri a paruis & minutis medicinis, quibus non præualentibus, fiant magnæ & fortes, cum id expediat in passionibus securis, sed in his ex quibus infirmus moritur: vt si ptisim inciderit: exordiū a paruis medicinis non est faciendū: verum a fortibus & crebris: quare primo quarta. In ęgritudinibus in quibus est timor & nō sumus securi ex defectu virtutis: si quod facere debemus tardauerimus aut aliquid ex eo alleuiarimus: a forti medicina primo incipere debemus: Illæ vero in quibus non existit timor, ſm ordinē ad fortiorem procedatur si ei non suffecerit debilis: quare Alexan. refert in angina sciuisse phlobotomatum mane, & vesperi venas sub lingua incisas: ac datum ptisanæ cum succo diagridium fuisse sero. Cuius quidem distinctionis pars probatur alterutra. Nā ſm Hip. Ad vltimas ægritudines vltimæ curæ ad certitudinem sunt potentes. Ægritudo vero vltimę periculosa talibꝰ est supposita. Adhuc pharmacari in valde acutis si materia gliscit eadē die: qm̄ tardare in talibus malum apho. quarta. sed eadē die qua incipit ægritudo ipsa est in principio, & pharmacia dicta est fortis medicina. Eti. vltimæ repletioni vltima debetur euacuatio: in techni: & similiter ęgritudini omni expedit vltima per oppositū & directa contrarietas: sed huius est versutior ægritudo: igitur in ægritudinis exordio forti vtēdum est medicina. Sed cōtra apoplexia est periculosissima ægritudinum ac versutissima, et in tertio prima scribitur. Sed vt incipias a debiliori vnctionum si confert, & si non, permuta te ad illud quod est fortius. Dicendum quod in ægritudine prætacta incipiendum a forti medicina, quæ de se fortis sit in euacuando: maxime separādo ac etiam alterādo, qualis inunctio non est. Loquitur etiam tentatiue qū inquit: si confert vt Hip. de cura pleuresis secū calefactorijs secūdo re. acu. Aut illud dicit, quia oportet euacuationē pręcedere. Demonstratur et pars altera pręfatę diuisionis, qa qn̄ materia est indigesta quiescens fere immota, non eget fortiori alterāte seu euellēte: talis vero in principio est. Palin. natura nō sustinet repentinas immutationes: cum oē subiturę naturę sit priuatiuum: apho. secunda. sed cum in principio ęgritudinis debilis intimorose medicinari forti incipitur medicamine, subita introducitur immutatio: quia cum sit debilis: sub ipsa nō parū adhuc cōtinetur naturalitate quam oportet paulatim & per similia magis alterare: itaque a debili

F Aegritudo quotuplex. 5. de inge. ca. 15. vbi supra. Cap. 1. 4. sus finem. G 1. aphorisi apho. 6. Apho. 10 Li. 3. t. cō. 139. H Tra. 5. c. 13 in med. Tex. cō. 1 Aphor. 51

I debili hic incipiẽdum medicina. Primã siquidem partem oppositi curationes etiam ostendunt experiẽtia traditæ, & per consequens secũdã, quæ quidem curę debentur morbo & accidenti alterando & euacuando. Ratione quidem alterationis qm̃ febris causonica si fuerit adeo adurens incensiua vt timeatur assatio cerebri & ventris, demum spasmus, præcipitur in diuisionibus mox vehementer cum frigida extingui. Ethicus etiã desperatus pręcipitur mox in frigidã proijci vt in ethicã deueniat senectutis in qua potest diutius uiuere q̃ in priori 10. de inge. In spasmo uero docetur de repletione cum calidis subueniri. Quãtum quidem ad euacuationẽ vt educatur sanguis vsq; ad lypothomiã in febribus ex eo factis & vr̃ in alijs ęgritudinibus vt apoplexia, angina, dum concesserint alia. Et similiter in doloribus fortissimis febribusq; ardentissimis pharmacum præcipitur prima vel secunda die dari vsq; ad lypothomiã perductiuũ. Idẽ aũt accidens expetit, vt dolor ostendit cholicę vehemẽtissimus, in quo timore mortis celerius administrantur narcotica vel vinum in syncopi. de causa etiã calida. Itaq; in morbo minori primo leui vtendum medicina, in altero uero fortiori. Sed contra. A. de cura paralysis. Non properes in vsum medicinarum fortiũ in principio rei, immo tarda vsq; ad quartã vel septimam. Quòd si fuerit ægritudo fortis vsq; ad. 17. Differt igit̃ curã cũ medicinis fortibus qñ morbus fuerit fortis. Dicendũ licet paralysis vna sit fortior inter se alia, nõ tñ tota est fortis. i. periculosa vt hic intenditur. Vel paralysis licet sit fortis rõne materiæ factæ viscosæ indigentis cũ alterantibus multa pręparatione digestiua ante euacuationẽ fortem, non tamẽ ratione acuitatis essentiæ morbi & accidentiũ, de quibus magis hic sermo.

Cap. 147. & 150.

Ca. 10. p' medium.

K

Secunda. 3 ca. 4. i pn.

PROPTER QVARTVM vero & si ex prædictis appareat iam dicendum tñ. quid autẽ ad primam est visum. Ad aliud dicendum: q̃ nõ remanet similis dispositio in vlcere prius & posterius, cum primo fuerit saniosum amplius insensibilius minus. vñ. A. Sensus nõ sentit ipsum in primis: indiget nanq; abstersione cum eo q̃ põt hãc absq; dolore sufferre. Ad aliud dicendum, q̃ licet & materia sit hmõi, perparũ tñ ipsa obedit alterationi aut euacuationi forti, cum sit ad multum grossa vel viscosa seu subtilis imbibita. Rari° tñ existit furiosa. Nã multa sm Hip. non cõcupiscunt. & ideo dictum est q̃ satagens materiam educere indigestã, nil euacuans eius sanas destruit partes ægritudini resistentes, cum concocta oporteat pharmacare, & mouere nõ cruda. Ad aliud quid dicendum per id potest apparere. Ad aliud dicendum, q̃ læsiuum omne a corpore depellendum cõfestim: nisi aliquid impediat: ceu opposita materiæ dispositio, pp quã fortis in principio lædit, ut ostẽsum est medicina. Alteṛ ẽt duoṛ capitũ habẽs, licet lædat, non tñ amputãdũ, cũ mors sequaĩ inde. Ad aliud sr̃ dicẽdum.

L

Vbi supra in arg.

Prio apho. apho. 22.

M

Ad ea ẽt q̃ alterius partis apparuit q̃d dicendũ. Vñ ad primũ dicendũ: q̃ loquunt̃ in ægritudine in periculosa minime versuta cõcedẽte naturæ spatiũ, ægritudinẽ paulatim in debilib° curare alterãdo & eũando. Ad aliud dicendũ: q̃ ægritudines illæ magis erant ex materia sanguinea. Vel q̃ phlebotomia nõ est minor et debilior medicina pharmacia, cũ vr̃ euacuet tã rõne humoṛ oium, q̃ corpis totius. Ipsa tñ minoris extat periculi pharmacia: cum possit ea melius cõpesci. Ad aliud quid dicẽdum, differentia visum. 18. &. 165. monstrabitur.

DIFFERENTIA. CLV.

Post med.

QVOD odor curet tñ alterando & non alẽdo vr̃, quod directius quærit̃ an nutriat ipse qa de sen. & sen. odorabile nõ cõfert ad nutrimẽtũ: sed ad sanitatẽ manifestũ, vt. n. sapor se habet in nutritione ad nutrienda: ita odorabile ad sanitatẽ. Q̃d dupl̃r contra Pythagoricos probat ponentes q̃ſdã aialiũ odoribus nutriri, eo fortassis, quia ipsoṛ inueniebant viscera incisione vacua vt alec, qm̃ sicut alita sunt cõposita, ita oportet vt alimenta cum nullũ simplex incorporeũ nutriat, sed odor est huiusmodi, cum sit qualitas quædã spiritualis ac intẽtionalis, vt videbitur. Quod fulcitur, quia aqua simplex pura de qua magis videtur: nõ nutrit, cum aere cõpositior & corpulentior appareat cui pręfata indita est intentio. Necesse foret similiter superfluitatem ipsi fieri interius vt aialibus, aut exterius vt plantis. Amp. quod nutrit opus habet loco digestionis ipsius vt viscere: sed odoris sensitiuum est in capite. Adhuc obiecta sensuum sunt impermista, ceu & ipsi sensus, cum diuidãtur ex opposito, sed obiecta tactus alunt animal, & constituunt vt calidũ & fri. &c. secundo de anima. non igitur quæ olfatus. Vna enim species opposita nõ iuuat alteram ad esse, topicoṛ Boe. 4. Eti. Eadem est materia qua nutritur & constituitur primum, de ge. aialium secundo. Oia. n. nutriunt̃ ex eisdem: ex quibus fiunt. 2. de ge. & cor. Sumus autem non ex odoribus, verum ex humiditatibus spermaticis. N

Tex. co. 18

O

Ca. 4. ante medium. I. c. 50.

Palin. nihil alimentat nisi triplicem prius locum permeet digestionis: complexionum tertio. Odor autem cum perueniat ad nares, huius non pertransit locum, cũ per nares cerebrũ petat, oportet etiã quod nutrit in massam ptisanariam & tandem in humorem conuerti, cum fere solus ponatur nutrire, non igitur odor alendo curat, sed potius alteratione confortando.

Ca. 1. post principiũ.

IN OPPOSITVM est Gal. cum plurimis medicorum. vnde aph. 2. Quæcunq; citissima indigent adiectione humidum cito ad resumptionẽ virtutis optimũ est, vbi uero citiori per odorationẽ. Eti. quod delectat, replet, & proficit: illud etiã nutrit, cum ad rõnem eius q̃d est alimentare pertineat, talis vero est odor. vñ epidimię. 6. Odores leuatorij. i. resoluti in vaporosam emanationem delectabiles replentes proficiẽtes. Palin. 11. de inge. Virtutis substantia cõpletur per spiritum carnisormẽ substantiam & per solida. Ex similibus. n. vnicuiq; speciei virtutem operari oportet. Spiritui quidem per respirationẽ & trãspirationem & sanguinis euaporationẽ generi solidoṛ per cibum solidũ, sicut gñi carnosaṛ specierum per naturam mediam humidoṛ & solidoṛ corporum. Prior aũt nutritionis modus visus est spiritus saltẽ p introductionẽ aeris vaporiferi odorabilis, itaq; odor alimentando etiam habet curare & non tm̃ alterando.

Cõ. aph. 18

Particula 8 te. co. 2

P

Ca. 1. ante medium.

PROPTER PRIMVM vero sciẽdum q̃ odor est natura siue forma sicci euchimi. i. humorosi in humido. s. abluibili & mundabili, per tale nãq; humidũ natum est ablui & mũdari: odorabile. n. nõ est passio aeris & aquę inquantum est quiddã perspicuum illis cõmune, sed magis ratione ablutionis cuiusdam & mundationis euchimi sicci. Nosce siquidem antiquiores cõiter dixisse q̃ odor sit fumalis euaporatio. Quod mirãdũ eo q̃ adhuc id plurimi Aristo. attribuũt modernoṛ, cum tamen idẽ impugnet inquiens q̃ odorare fit aialibus in aqua vt piscibus, & in aere vt alijs. Fumalis uero euaporatio est passio terræ & aeris, & non aquæ. Non igitur sm hoc odorarent aquatica: cum hmõi fumalis euaporatio non possit esse in ipsa cuius passio est vapor. neq; ẽt põt dici q̃ sit effluxio quædam odor, quia tunc non conueniret aeri, sed aquæ soli. Sed dico q̃ si reperiatur quid cõe aquæ & aeri, q̃ tunc erit sm hanc impugnationẽ Arist. descriptio conueniens odoris vt dicatur. Odor est vaporosa diffusio siue emanatio. Vnum enim hoṛ videt̃ aquæ competere, reliquum vero aeri. Col. tũ 3. ponitur & satis improprie, q̃ esse vaporosum sit cõis passio omnium quatuor elementoṛ: vult. n. q̃ vaporosum terræ pter cõuenientiam in altera qualitatũ recipiat̃ ab aqua, & quod aquæ simili de causa ab aere, sicq; quod aeris ab igne, & ita dissolutum ad nostrum perueniat sensum. Sequaces autem

Q

De sen. & sensato p' medium.

Cap. 16.

A Auer. aliter prædictá impugnant odoris descriptionem dicentes odorem non esse fumalem euaporationem seu diffusionem vaporosam, eo ꝙ odor perueniat qñq;, vt in cęde accidit Græcorum, ad quingétas leucas & ad mille succedendo a diametro in opposita directe. Intm̃ autẽ absurdum est prędictam euaporationem pertingere, & fortasis quis dicet præter eos qui odorem realiter ponũt in medio fore ꝙ huiusmodi euaporatio simpliciter intentionalis reddetur, vt correcta saluetur descriptio, huiusmodi tamen diffusio vaporosa magis dicit odoris causam ꝙ̃ ipsum, vnde. A. secunda primo. plurima causa in propinquitate ad virtutem odorandi est substãtia subtilis vaporosa, & hic quidẽ sermo exquisitior in proble. expõne parte. 12. Odoꝝ vero species est duplex: vna quidẽ p se vt dr̃ odor suauis & fœtidus, seu iocũdus aut horribilis, sicut qui floꝝ & cadauerum. Vel per accñs & similitudine ad sapores, sicut dicitur delectabilis aut tristabiliis sm̃ ꝙ sic aut aliter fuerit affectus alimento: dicit & dulcis, amarus, & reliquus. Species. n. odoris praue notamus: cum hunc sensum cæteris animalium intensiuæ deteriorem habeamus, differentia. 45. Notandum quoque iuxta Cõm. 2. de anima: ꝙ sicut color habet duplex esse. vnũ in corpore terminato seu colorato quod si bi est naturale, & aliud esse in medio vel diaphano quod est eius extraneum, ita & odor, habet enim esse in humido separabili seu corpore odorabili, qđ est ei esse corporale & naturale. Reliquũ vero in medio, qđ & spũale ac extraneũ. Subdo ẽt ꝙ in medio est habet duplex esse, quoꝝ vnum est reale siue naturale qm̃ mediũ non extiterit multum, fuitq; odorabile in vaporosa emanatione non parua, seu quod est vaporosum ualde subtile aereũ, aut super prunas proiectum si corpus eius fuerit conterminatum. Quãdo autẽ mediũ fuerit amplisimũ aut odorabile nõ tale sm̃ alteꝝ extremorum: vt versus organũ intentionaliter seu spiritualiter extat tm̃, vt tactum dr̃ia. 141. assero etiam ꝙ medio quocunq; modo. aut odorabili existente odor ad organũ eius intẽtionalr̃ pueniit solũ, cũ sensus sit susceptiuus specieꝝ sine materia. 2. de aia: vñ totidem de aia. A. Sentire est recipere formã rei nudã absq; materia eadẽq; informari. Hæc tñ intẽtio materialis fere ac velut corporea respectu spũalitatis coloris & maxime in medio & soni: accedens ad naturam tactus & gustus: quod ostenditur, eo ꝙ plures & contrarię intentiones visibiles possint percipi & in eodem simul medio et aliqualiter soni, non sic odorabiles. Nosce nãq; ꝙ licet odor intentionaliter magis organum immutet in medio, tñ põt esse realiter & intentionaliter sm̃ quidẽ modicã distantiã vel magnã. Quod ostendit, quia obiectũ tactus materialius vt calidũ & fri. põt realiter esse in medio obiectum immitans & intentionaliter ut species calidi & frigidi. differentia. 167. Quid autẽ sit nutritio ostẽsum dr̃ia. 30. Nutrire quoq; est dupliciter, uno quidẽ modo, ꝓprie vt alimentum sui operans materia: vel metaphoricæ ceu agens sui qualitate alterãdo & confortando, ad quod nutritio tandem sequit vera. Id autẽ nutritione indiget, qđ resoluitur & deperdit. Hmõi aũt substãtia triplex nr̃a existit spũs substantia carniformis, & solida spermatica, vt dictũ antea, quid aũt sit curare ac alterare suis innotuit quæsitis.

Ca. 3. 9. 8. — problē. 8 — Cõ. 97. añ medium. — T. c. 121 Cap. 2. añ medium. — In argu. ad oppositum

D PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ in isto quæsito extat diuersitas, vt apparuit ex arguitis, quidam etiam dixerunt (vt pretactum) solum humorem nutrire. Sed quid de his tertio apparebit propositorum, & quarto amplius.

PROPTER TERTIVM autem sciẽdũ ꝙ odor nutrit nutritione etiam vera spiritus. s. & proprie aiales prout est in medio factus. primo per vaporosam emanationẽ, demũq; transiens per tracheã arteriã in pulmonẽ & cor demũq; per arterias iuueniles in rete mirabile vbi digeritur non parum, & ultimo in cerebrum pertingens, et digestior factus spiritus nutrit et reparat dissolutos, nõ autem vere nutrit quando occurrit olfatus organo, cum sit tunc qualitas quædam simplex, & adhuc intentionalis fere magis, prius autem vt in medio corporeitate participat. Potest igitur dupliciter vt & calor cõmuniter accipi pro corpore. videlicet odorabili & qualitate odorifera. partes autem grossiores vt carniformes, & solidas magis ꝙ̃ certe nutrit qualitate easdem cõfortando. vnde de vtilitate pulsuum dictũ est in sermone de anhelitu sm̃ Hippo. opinionem ꝙ ipsius est duplex utilitas: quarum vna & præcipua est caloris cõseruatio innati. Altera vero est mulcebris nutricatio spiritus animalis. Et. 8. de iuuamentis. Vtilitas anhelitus secunda est cibare spiritum animalem. Et. 11. de inge. Spiritus irrigatur & nutrit per inspirationem et exhibitionem quę est retiformi est replicatio. Adhuc tertio. 11. In plurimo quod accidit ex syncopi oportet vt incipiatur & laboretur cum eo quod nutrit spiritum ex odoribus bonis, nisi in syncopi præfocatione matricis facta. vnde de medicinis cordis. Duarum medicinarum æqualium in virtute, dulcior quidẽ & aromatica efficacioris est iuuamenti, & propterea virtus mẽbrorum attractiua ipsam recipit fortius, & spiritus inde celerius nutritur si potentiam habuerit nutriẽdi, & ab ea celerius patitur inquantum est medicina. Eti. Ioannes Alexandrinus super illud. odores leuatorij. Quidam referunt mirabile de Democrito. quãdo enim voluit decedere vitam hanc deridens, festiuitas debebat celebrari solẽnis in Abderis ciuitate in qua erat, & Abderitę rogãtes ipsum non decedere, ne ciuitas in festiuitate tristaretur. respondit q; illis Democritus. vsque ad quot dies vultis ꝙ expectem: qui dixerunt. vsque ad tres vel quatuor qui sunt festiuitatis: & præcepit sibi tunc vas mellis afferri, & in ipso permansit illic quatuor odorãdo diebus. Alij vero dixerunt ꝙ præcepit furnum aperiri & in eo panes decoqui, & ita ex odore panis permansit. Et hoc fortassis est qđ recitat Oribasius in aphorismis Philosophus refertur quidam qui ad odorem mellis. 40. dies vixit. sed puto literam corruptam per additionẽ cifræ figuræ quatuor denotantis. Quòd autem vt protendunt auctoritates huiusmodi nutritione & certa spiritus nutriatur prę fatus fulcitur ratione, quoniam omne mistum nutrit, simplex autem minime ita ꝙ etiam venena perniciosa serpẽtis, & napelli. differentia. 142. nisi illud mistum fuerit venenum putrefaciens & corrodẽs vt calx, æs vstum. attramentalia, arsenicum, argentum viuum: sublimatũ et vniuersaliter huiusmodi mineralia adustione prępatata. vnde pharmacorum. 3. In medicinis quæ interficiũt per id quod faciunt accidere de corrosione & putrefactione nõ est possibile vt nutriat penitus & si quantitas eaꝝ sit parua in termino paruitatis. Sunt enim in genere suo contrariæ naturæ hominis, sed odor prout est resolutus in medio a corpore odorabili penetrãs: vt tactũ per partes intrinsecas est quid mistũ. Palin. Nutritio est assimilatio eius quod nutrit propriam quantitatem, ac etiã substãtiã illius quod nutrit. dr̃ia. 30. sed odor præfiguratus & spũs valde conueniunt, vterq;. n. corpus existit subtile: aereũ, de facili alterabile, resolubile, mobile, calidum & siccũ: potestq; vnus alteri prædicto aduenire modo, cũ agẽtia & patientia egeant cõtactu. Rursus. siquidem minus inest, et quod amplius inerit: sed aer minus vr̃ nutrire, nutritq; tñ. vnde de iuuamentis. 8. Aer attractus per partes cãnę pulmonis ab extrinseco in carne alterat pulmonis. secundo in venis pulsatilibus & ꝓcipue in his quæ sunt in rete contexto sub cerebro, & alteratur alteratione perfecta in cerebro, & fit illic spiritus aialis leuis purus. tertio vero theo. Coctioni necessarius fuit aer, aer etenim exterior spiritum nutrit vitalem & augmẽtat, & quia vitalis est animalis materia, & hunc nutriet cõiter. vnde Alex. in proble. per inspirationẽ subingrediẽs aer in corde subtiliatus

E — Post prin. — Ca. 1. in fi. — Cap. 3. in medio. — Tra. 1. ca. 8 post prin. — F — Tra. 1. ca. 9 iuxta finẽ — 7. parti. 6. epidi. — G — Dist. 4. c. 3 in fine. — H — Ca. 1. iuxta finem. — Ca. 1. in fi.

I tiliatus,& ascendens per arterias ad cerebrũ, cibus ętheri & animalis spiritus cõstituitur,qui si corpus existat configuratũ corpori. si vero subtilis fumus purissimus & splẽdidissimus aĩa dirigitur rõnali. Nico. vero Peripateticus in suis proble. Scire oportet conseruationem caloris fieri per aerem,nõ ut quidã putãt ad sui refrigerationẽ:immo ad nutrimentum, in paruis.n. aĩalibus paruus est calor, ideoq; per corporis poros sufficiens aer ingredi põt ad eius nutrimentum. Itaq; odor nõ solũ curat alterãdo,verum etiã nutriendo,& maxime spm̃ nutritione vera præsignatum. Odor etiã prout qualitatẽ fert intentionalẽ importat,improprie tñ et mediate non solũ spũs,ue℞ cęteras cum aĩa nutrit & confortat partes,quo facto demũ nutriuntur uere, velut animę accidẽtia gaudiũ & delectationem afferentia, odor quoq; suauissimus animæ est cibus. Ar. de secretis. & Damas. in apho. Olfatus & maxime si saliat fumus in caput celerius q̃ quod bibitur cerebrum iuuat.

Aphor. 54

K Sed circa prædicta dubitatur cum positũ sit aerem nutrire cuius oppositũ scribitur de sensu & sensato ita. Neq; aqua vult ipsa sola nutrire incõmista existens. Et multo quidẽ minus rõnabile de aere. Eti. nullum simplex nutrit,cũ tale oporteat restaurari, quale qđ deperditum. vnde elemento℞.1. quæ ex pluribus cõponuntur omnino ex talibus qualia sunt cõponẽtia custodiuntur,qđ autem deperditur est cõpositũ mistũ,& ideo tertio.10. Non est vt aer solus sicut æstimãt quidã cõuertatur vt fiat spũs: sicut nõ sola aqua nutrit, verũ vnũqđq; eo℞ aut est pars nutrimenti: vel est faciẽs penetrare lubricitate,sed aqua est ad nutrimẽtum corporis, & aer ad nutrimentum spiritus, & vnũquodq; duo℞.s. nutrimenti corporis & spiritus est corpus cõpositum non simplex. Et ideo colĺ.2. Impossibile cõpositum nutriri ex simplici:tunc.n. animal esset simplex ex vno solo elemento cõtra Hip. de humana natura. nõ igitur aer quicquam nutriet.

Post med.

Colĺ ante me. & 9.6.

Tra.1. ca 1 ver. finem.

Ca.19. de principiũ.

L Dicendum q; aer & vr̃ elementũ omne põt dupliciter accipi. Aut prout est simplex pu℞ oĩno & singulare,& ita vt argutũ sufficienter nõ nutrit, vel prout aliĳs etiã in sphæra existens sua permiscetur vtcunq;: sicut maxime accidit hic dicto continens. differẽtia.132. Ea enim fumi terræ ac vapores commiscentur ascendentes,defluxusq; ignis p radios solares lati deorsum:ac ex refractione ipsorum ad terram & aquam peruenientium,eumq; inde suscitantium. vnde elementorũ.1. Non oportet in animalium corporibus terram quærere synceram & nõ mistam,qm̃ neq; in mũdo talẽ demonstrare potes. Etenim quantuncunq; ipsius accipias partẽ,mox hæc ex calore aliquo & humiditate ac aerea participat substantia. & similiter in aliĳs. Quare pharmaco℞.l. nullũ quatuor elemento℞ sensato℞ est pure, cui non aliud sit permistum ab eo apud sensum & vsum. aqua vero ab hoc longinqua est pura & munda. Quòd aũt ita mistũ est põt nutrire etiam vere maximeq; qđ parua nutritione indiget vt spiritus & proprie aĩalis ostenditur,qm̃ in aqua subtilissima & clarissima ozimum viuit & nutritur continue: augetur & florescit:odorem etiã nõ amittens: & in ea similiter aqua fontali subtili præclara cõspicio pisces singul'r lapidibus impressos & præcipue trutas,cancralia,& huiusmodi viuere & nutriri diutissime: vermes etiam in puteis limpidę aquæ ac pręclare. similiter & lacertulũ dictũ salamandra. Et ex hoc quid dicendum apparet pręiudicatis,qm̃ de elemento concludunt simplici puro.

Cap.1.& 1 principio.

In medio.

Dist.2.c.1 in medio.

M

PROPTER quartum vero. ad primum quid dicendum apparuit cum odorem Arist. accipiat pro qualitate odoratiua simplici,& non,p vaporosa diffusione. Ostẽsum est enim q; elemẽtum potest nutrire impurum, neq; odor sic nutriens habet superfluitatem sensibilem vt locum exquirat receptiuum transpirat enim absq; sensu.

Ad aliud dicẽdum,q; illic sunt loca digestionis & tria puta pulmo,rete serinũ,et cerebri substantia, aut pulmo, cor,& arteria. Ad aliud dicẽdum, q; odor hmõi vere nutriens est corpus sensibile quoddã vaporosum diffusum qualitatibus tactiuis affectum primis & secũdis, nõ autẽ tertĳs:tũc.n. simplicem qualitatẽ odoratiuã importat. Ad aliud dicendũ,quia fumus ex odoribus, principia.n. gñationis nr̃æ fuit materia aquosa & aerea plus vaporosa emanatiua. de re. sa. apparens initio. Ad aliud quid iã dicendũ apparuit. Ad aliud dicẽdũ, q; illud audiendũ est de nutritione pr̃m cõtingente,ac ea quę partiũ grossio℞,spũs autẽ subtilis partis,qui autẽ ,pprius nutritur eius est innatus cõplãtatus in principĳs nr̃æ cõstructionis, qui.n. fluens vel currens gñatus quotidie ab alimentis per motũ cordis & arteria℞ digeritur,subtiliatur & cõuertitur in spm̃ antedictum simpliciũ.5. Hic aũt currens spiritus adeo non nutritur uere:cũ fere fm vnam quãq; receptionem minor et amplior fiat.11. de inge. Q. autem verius nutritur oportet manere. Ad ea ẽt quę alterius partis quid dicendum apparuit,cõcluditur.n. odorem nutrire prout est corpus ab odorabili dissolutum & interius assumptum: non autẽ certe fm q; qualitas extat simplex intentionalis aliqua.

N

Coll. & 2

O

cap. 5. post principiũ.

Cap.1. versus finem.

DIFFERENTIA. CLVI.

VOD præcantatio in cura nõ conferat ostẽdit: qm̃ Ouidius de amoris medela. Nulla res animis deponet pectore curas. Gal.6. simplicium singularium deridet medicos incantantes quosdam & coniurãtes herbas. Amp. Perihermenias primo. Propter nostrum affirmare vel negare non erit oratio vera vel falsa. Incãtatio vero est oratio quędam affirmatiua vel negatiua,sicut enim res se habet ad verum & falsum,sic & ad operari. secundo metaph. propter ergo affirmationem uel negationẽ nil aget in nobis. Eti. Nihil agit vltra suam speciẽ, sed incantatio cum sit orõ quędam est in genere quantitatis in pñtis. sanitas autẽ in gñe qualitatis,vel fortassis ad aliquid, quæ non solũ specie: verum etiam genere differunt. Est etiam incantatio quid tanq; intentionaliter mouens:sanitas autem aliquid reale. Adhuc primo quarta. Res medicationis rebus perficitur tribus:puta nutrĩetibus,potione seu medicina, & manuali operatione. vnde Gal. Paterniano. Totius corporis medicina in hæc tria redigit,medicamẽtũ,ferrũ,& ignem,sed incantatio nulla est isto℞,vt monstrat ex prosecutione ipsorum. Rursus quod sanat habet alterare: cum sanitas reducatur eo: sed incantatio nõ alterat:quia quæ huiusmodi sunt in materia cõmunicare oportet, qđ non incantationi adest & sanitati:vt prætactum:nõ igitur sanationi præcantatio confert.

Ca.1. ante medium.

Cap.6. in medio.

Tex. c6.4

Parte 2 di. 2. in prin.

P

Ca.1. i pa.

Libello de dinami diis intitulato in fine

OPPOSITVM: Qm̃ Homerus in prima odyssea recitat qualiter Chrisses sacerdos propter Briseidã filiã suam raptam per Agamẽnonem: rediens secus litus maris sibilantis. ea quidem non obtenta rogauit incantatione Solem dicẽdo qualiter sacrificauit sibi & sacrificabit si de Gręcis faceret vltionem:ita ut Sol concitatus immitẽs arcu sagittas eius seu radio causauit pestem in multos primitus & canes albos & demum in homines vt cogeretur Agamemnon Briseiden reddere Sacerdoti. Calcãte siquidem Nestoride pestis huius causam assignante.

Q

Eti. tertio prima de amore. Verba in hmõi conferunt cap. Adhuc de causa motus aĩaliũ,quodãmodo spẽs intellecti calidi aut fri. delectabilis:aut tristabilis talis existit,qualis re℞ vnaquæq;: propter quod tremũt & timẽt intelligentes solum eis etiam non existentibus, sed imaginatio tm̃ differentia.135. Huiusmodi vero vt apparebit est incantatio. Amp. illud quod cõfidentiã salutis ag generat in ægroto,iuuat in cura. differentia prætacta: talis autem est incantatio vt eius indicabit ratio. Confert igitur in curã.

Tex.4. ca. 14. cũ. &c.

PROPTER PRIMVM quidem sciẽdum. q; scribitur

A bitur Socratem dixisse incantationes fore verba animas decipientia humanas: vt autem in præiacēti fit loqui materia, Præcantatio est oratio admiranda affectione in subsidium incantati præcipue confidentis explicata, dr̃ autē oratio ad discretionē terminorum non significatiuorum, quę q̃n fuerit de miris & occultis. Amp̃. cā reputans incantatus eidem cōferet magis: & ideo quātum possibile occultatione vtēdū, deitatem. n. minuit qui secreta mistica vulgat. Artē notoriā præcātans, et cū grandiori diligētia debet ipsam promere, vt tā ab ipso q̃ ab incantato dignissima reputata possit ampli⁹ cōferre. Cū. n. fuerit de ipsa amplius confidens, vt ita eūdem iuuabit maxime iuxta illud differentiæ. 135. Ille plures sanat ęgritudines, de quo plures confidunt. Eius quoq; conferre probatur explicatione, cum oratio triplex cōsistat Boe. perihermenias. 1. Vna quidē in mente ipsius formatus existēs cōceptus: alia in pronunciatione, iuxta illud prędicamētorum. Dico aūt orationē voce prolatā: reliqua vero in scripto, vt qd' litis a caracteribus et pinni, & collo tādē vel alibi alligat.

Parte. 2. di xi. 2. circa principiū.

B

Amp̃. prçcātator debet esse astutus, credulus, affectuosus, animæ fortis impressiuæ, incantandus vero auidus: sperans q̃ maxime ac dispositus oimode: vt actio concidat in materiam pręparatā dr̃ia. 135. Et merito, quia cum incantatio sit quid tanq̃ intentionale, nō agit efficaciter, nisi interueniant prædicta, cū actus agētiū sit in passiuum & susceptiuum prædispositum, & ideo pertransinutat et alterat quod est maxime permutabile, ceu virtutem animalem, & maxime somnijs: cum motus reliqui tunc cessent corporei. Ea enim præcipue in opposita valet, deinde vitalem ac demum naturalem tanq̃ materialiorem reliquis: ceu æstimatio immutat hominem magis bruto: afficitur enim amplius oscitante reliquo oscitatore. at mingēte magis omne illo: propter enim plurimam hominis ad alia sensibilitatem memoria facta, mox in actum cōcurrit alterius: quare visus subiugalibus non sufficit, immo altero egent vt olfatu. In ipsis enim bene mobilis hic extat sensus: et ideo ex mictione vicissim postea olfaciūt.

C

Mouentur enim cum passione huiusmodi quæcūq; sunt leuiter mobilia, ceu fumosum quod oscitatione aut alice propellitur, deinceps vero vrina: deinde semē, vltimoq; stercora. proble. apparens. 7. primo, secūdo & tertio proble. quid autem sit cura, quidque conferentia suis notatum differentijs.

PROPTER SECVNDVM quidem sciēdum q̃ aliqui dixerunt præcantationem non conferre, aut quia grossi, increduli, non putantes aliquas actiones prouenire nisi materiali & grossiori quodam contactu medianti bus qualitatibus primis sensibilioribus valde: licet omnis actio inde tandem apud Aristotelem consurgat differentia. 60. quod accidit propter immersionem plurimā ipsorum materiæ corporali. vnde nec pręsentia vtcunq; denudata futuraq; minus concipere possunt, quare. A. meta. 9. quia nos in hoc nostro seculo & corpore demersi sumus in multa turpia, non sentimus delectationē animæ rationalis quando aliquid apud nos fuerit de causis eius. Idemq; Haly. super centiloqui..., aliqui vero incantationem negarunt sicut Ouidius: vt homines ab amore ardentiore detraherent, sicut erat eius intentio in illo opere inducens particularia plura quomodo furiosus non potest mox amore remoueri. Alij autem rationabiliter eas spernunt, eo q̃ in eorum non cadebat artem sensibilē & entem & apertam in qua actus considerantur manifestiores qualitates parum excedentes primarias: ceu Gal. in sexto pręalleg. detestans Caniachirum & Bamachiū cunctis Dioscoridem præferens, eo q̃ scripsissent superstitiosa verba & fabulas quas narrare consueuerunt mulierculæ ac vetulæ ad modum stultorum Ægyptiorum fascinationes dicentium. Coniurauerūt enim medicinas asperserunt & suffumigarunt diuinitus, cum eas euellerēt

Coll'r 1. de ge. & cor. Te. com. 50 C. 7. ante medium.

D

Simp. c. 1 ante med. in argu.

de terra, vt. s. collo vel alibi iuuamenti causa in modum suspenderunt filateriarum, quod omne falsum est ac stultum, & medicinæ artis detestatiuum: hi enim inhęrentes huiusmodi quæ artis dereliquerūt propria. Alij vero extra hanc intentionem positi timentesq; contradicere incantationes vtrasq; concessere præfatas. B

PROPTER TERTIVM quidem sciendum primitus q̃ non confert præcantatio in cura inquantum ipsa, sed demum inquantum talis, prout. videlicet. s. recipit a proferente vel coniurante aut ab instituente seu causante. Propter huiusmodi primum sciendum q̃ si prçcantatio confert inquantum huiusmodi & oratio simplex, tunc & omnis, cuius falsitas est prompta. Eti. tale carmen in quadam explicatione constat sonora: quod autē tale cum per se non alteret corpus ad sanitatē, cum ea inducatur alteratione non permutat. vnde. 2. & 3. de anima. Manifestum est q̃ neq; lumē & tenebra, neq; sonus: neq; odor nullum facit in corpora effectum. videlicet nisi fm accidēs, puta si simul sono depulso fiat ictus, vt in tonitruo scindente lignum. Et a visis similiter & odoratis fit motus corrumpentibus accidentaliter tactum vel meatum. Ex primis enim qualitatibus constamus: non autem ex tertijs: itaq; incantatio non proficit in curatione vt ea. Propter secundum huiusmodi sciendū q̃ experientia potest demonstrari & demum rōne persuaderi præcantationem cōferre: de hoc enim in simili & proposito empiriæ sunt q̃ multæ: vt aperte illud summum sacramentum cum alijs multis ostendit eucharistiæ. Nomina etiam id confirmant diuina notoriæ artis chiromantiæ, magicis etiam verbis prolatis in auriculam thauri cum incantator prosterneret in mortem in p̃ntia nostri, hunc & reuiuiscere denuo effecit. hoc etiā confirmat motus panis ad furtum inueniēdum, aut psalterij, vel cribri. Verba etiam quædam in aurem cuiusdam hominis prolata satagit cum tibi quæcunq; petieris elargiri, incantatione similiter prolata vel scripta, ne vnq̃ pandant qui cruciātur ea, etiam super gladium ambulāt acutissimū, & prunas viuaces: digitorumq; vno applicantes: alterutrūq; hominem aut pondus subleuant in altum grauissimum, serpentemq; stupefaciunt vt nō lædat, æquos furibundos carmine quietant: eosq; castrant cum alijs immobiles eadem redditi, hoc etiā modo trucidati euadunt periculum. Prima similiter astronomiæ oratione placantur: & in subsidium concitantur nostrum, vt orationum epilogus insinuat planetarum. Vnde Albumasar in sadam. Reges Græcorum quando volebant obsecrare Deū propter aliquod negocium, ponebāt caput draconis in medio cœli cum Ioue, aut aspectum ab eo figura amicabili, & Lunam cōiunctam Ioui aut recedentem ab ipso, & coniunctionem a dn̄o ascendentis petentem. Adhuc autem & cū caput amicabili figura: tuncq; dicebāt ipsorum petitionem exaudiri. vnde Albumasar in apho. Si quis postulauerit aliquid a deo capite existente in medio cœli & reliqua, non præteribit quin breuiter adipiscatur quæsitum, & ego quidē in huius orbis quandoq; cōfigurationē scientiam petens a primo visus sum amplius in illa proficere, incantatione quoq; quis dormire non valet representationē continue incantantis imaginat: ipsa etiam pollutionem inducit in somnijs. quid erit futurū taliter aperit de aliquo, sagitta etiam ossi adeo infixa vt alio nequeat ingenio extrahi, digitis lateraliter duobus facile ac sine dolore applicatis foras educitur: cancerq; mortificatur, lumbrici occiduntur, sang. ea & caractere vndecūq; fluens sistitur. Paroxismus epilepsię quietatur nominibus magorum in aure prolatis, aut portatio sui se cessare cogit. omnis epilepticus sanat & lunaticus Cōstantinus cum alijs, cum pater aut mater in quatuor temporū feria quarta eam ad ecclesiā deducat, & feria sexta, & deinde sabbato super ipsam cantetur & suspendatur illud

Coll'r t. c. 64. & 67. T. c. 126.

F

G

H

I illud dñicum euãgeliũ, hoc genus demoniorũ nõ eijcit nisi orationibus & ieiunijs. charactere siſtr & carmine paſſio curatur renalis, futurũ prænoſcitur & quod abeſt vt edocet geomantia, taliumq; multa. Id autem vtcũq; rõne perſuadetur & effectus in ſuas reducuntur percepti cauſas. Id nãq; euenit aut a cauſa immediate interiori, ſeu inferiori vel exteriori. Siquidem primum id dupliciter contingit, aut ex parte incantãtis affectuoſi, cum eius fuerit anima intantum eleuata vt materiæ poſſit huic dominari mundanæ: ipſamq; vigore intelligentiæ ſuſcepto admittunt tranſmutare. vel ex parte incantant quamplurimum confiſi vt ex vigore ſiquis iuuat æſtimationis nõ parum. Et hunc quidem modum Peripateticus cõcedit differentia. 135. quorum vtrũq; ſufficienter differẽtia quæ huiuſmodi, hæc enim fulcitur maxime illa. Si vero a cauſa exteriori dupliciter, aut ea ſubſtantia eſt vniuerſalior vel particularior. Vniuerſalior quidem, ceu cauſarũ prima. cuius quidem virtute oratio ſeu præcantatio ſuſcipit

K effectum, cum ipſa quodãmodo noſtrum ſollicitudinẽ habeat vt oſtenſum. differentia. 101. poteſt nãq; primus ſua mera benignitate, cum ſit agens ſupernaturale per voluntatem abſq; motu et tranſmutatione in hæc infera operari, quicquid dicat Peripateticus, differentia ſubmiſſa: cum ipſe ſit ſummum bonum, de cuius ratione ſit fore ſui diffuſiuum ac cõmunicatiuum, aliter. n. bonum minime foret ſumme, neq; propter hoc cum ſit quid diuiniſſimũ et honoratiſſimũ. meta. 12. hoc tranſmutatur in indignius intelligendo eſſentiã, cum is non intelligat actualiter extra: ſed intelligens ſeipſum intelligit omnia, cum ea reluceant in ipſo vt in cauſa, non. n. contemplatur ipſa prout ſunt materialia & vilia: verũ modo nobiliori & altiori quo intelligit ſe talium cauſam exiſtere. Quo quidẽ modo ſcientia etiam viliſsimorũ aialium & abominatorũ apud ſenſum nobilis redditur & decora. vnde de par-

L tibus primo. In non gratioſis ad ſenſum ſm theoriam ſimiliter. nam admirabiles delectationes exhibet potentibus cauſas cognoſcere: & ideo Meſ. Sanat ſolus languores Deus. Si vero eſt particularior ſubſtantia vel eſt abſoluta, aut mobili coniuncta. q; ſi primum: aut eſt benigna ceu angelus: qui noſter ponitur adminiſtrator, a diuinis, et nuntius, orationes deferens ante primũ, ſicut etiam ſenſit Aui. 10. eius meta. de quo ſunt non parũ teſtamẽta repleta. ſi vero deprauata ita dæmon uel ſpiritus cuius efficacia permaximat cum non ſit in terra poteſtas quæ ſibi valeat comparari. hic quidem multum incantationibus & ſacrificijs obedit vt decipiat cõcitatus vehementer vt appareat multa perficiens & præcipue mulierculis obediens ſimplicioribus: eas. n. celerius ſapiẽter fallere valet: quare has video votum & effectũ conſequi ex earũ incãtatione ſeu cõiuratione vtplurimuũ, quod ſapiẽtiori nõ accidit: quantumcũq; illis operetur perfectius. Eſt etiam

M vt expertum vigoris perfectioris & familiaritatis in locis in quibus cultus celebrat diuinus. Quę quidẽ licet Peripatetica non exprimat philoſophia, non. n. fuit eius, vt quæ Platonis: cũ ex ſenſibilibus ac mobilibus perueniat in motores. apparẽs. 12. meta. ipſum tñ aſſerit Ptolomę⁹ quadripartiti quarto inquiẽs. Si nanq; Luna fuerit dña magiſterij exiſtens in Sagittario, vel Piſcibus, ſuper mortuos dominabitur, & malignos: ſpiritus etiã de loco ad locum coget moueri. vnde Cõm. ibidem. Mouebit ſpiritus qui dicti ſunt diaboli vel alios ſpiritus: propter quod diuinabit. Si vero applicatur huiuſmodi ſubſtantiæ mobili, aut incorruptibili, ceu intelligẽtia & anima cœli vel altera tñ apud Alexandrum & Themiſtium, & hoc dupliciter. Aut enim confert incantatione alterutra mota, cum ordinentur ad noſtrã ſollicitudinem modo ut tactũ quodam: ſicq; intelligens ita vt eius orbe ac aſtro cõferat aut efficiat ſm q; diuerſimode fuerit incantata, quod obſeruant Magorum non pauci inuocantes Iouem; Saturnum vel alium nomine intelligentię ducentis eundẽ diſ- N
ferẽtia. 9. cũ fœliciter fuerint vel aliter diſpoſiti, quod quidem Chriſſes Sacerdos ſenſit, & vt expertus ſum, ipſos in amorem propriẽ ac odium non leues, continuato adducunt carmine: ſicq; iuuare videt incantatio conferens. Sed vel quia directio natiuitatis ſignatoris alicuius ad talem pertingit noſtrum vt hic amorẽ talis debeat adipiſci vel quid conſimile, ita vt incantatio vel id qđ ſit nihil cõfert niſi caſu. Iuxta illud poſte. 1. Te ambulante corruſcauit: & ita huiuſmodi omnes ceſſant taliter præcantationes & quæ taliũ qđ nõ eſt, licet. n. quod dicunt poſſit interuenire qñq; non tamen ſemper vel ad multum, cũ directio ſignatoris ad locũ rarius pertingat hmõi cauſatiuum. dña tactũ. 64. cum videamus q; multotiens ex incantatione vel alio agentes effectum adipiſci intentum, ſi autẽ ſubſtantiæ mobili adhæreat corruptibili, ceu intelligentia dicta agens ab. A. 9. quid de hoc in ſe ac in propoſito ſentiendũ, dña expoſitum. 101. & 135. aut etiam O
quia in ipſum motus incitatur expulſiuus naturæ, velut euenit qñ nobilis quis pauperculã docuerit vetulã præcãtare dicendo, duo & tria conſtituunt quinq;, & tria ſimiliter & duo: dum autem ſpina piſcis gutturi eius fixa cruciaretur eaq; tandem vocata perueniens ad eum dixiſſe aliam neſcire medelam niſi eam quam ab eo didicerat, is autem in vehementiorem riſum concitatus ſpinam cum ſanguine foras mandauit.

PROPTER QVARTVM quidem, ad primum quid dicendũ apparuit. talia nãq; Ouidius habuit, vtta ctum negare, cum contra eius extent intentionem ibidẽ multa etiam ſm prouerbium mentiũtur poetæ: metaphi. prohe. Similiter & Gal. medicorum perſpicuus vt tactũ nõ habuit arti. commiſcere hic ſuæ. Ad aliud quid dicendum viſum, cum dictum ſit incantationem ſm ſe nõ conferre in cura, ſed inquantum hmõi & a tali explicata taliq;. Ad alia quæ ſequuntur quid dicendum differẽtia viſum. 135. aliquid enim inquantum huiuſmodi non P
poteſt vltra ſuã agere ſpeciem, in virtute tñ alterius, vt caliditas ignis eius vigore ex aqua ignem generat, & nõ in eo q; caliditas: cum accidens extet ſitq; omne agens præſtantius patiente. tertio de anima. & oſtenſum q; per ſe non alterat vel tranſmutat incantatio, & ideo non ſanat cum ſolum mentis indicet cõceptum. Ad ea ſimiliter quæ partis aduerſæ quid dicendum apparuit, procedũt enim via ſua cum per ſe agant incantantia in aliquã cauſam, ſed quod agunt deducta qua poſſit eorũ ſaluari conferentia, verba enim contra amorem rõnabilibus conferunt maxime, eorũ enim excitant rõnes vt amplius concepto amore diſcedat tanq; turpi aliquo. Sit itaq; de hoc tantum topice dictum quæſitum.

DIFFERENTIA. CLVIII.

QVOD ſomnium non conferat in cura mõſtratur. Quoniam quod eſt indifferenter ſe habens, non cõfert ad curam: cum curatio determinetur ſcientia medicinę ſaltem, ſicut plurimæ aliarum: veritatem vt multum cõ- Q
tinente. huiuſmodi vero eſt ſomnium. vnde de ſomno et vigi. de diuinatione quæ in ſomnijs ſit & dicitur accidere a ſomnijs neq; contemnere idoneum, neq; ſuaderi. Adhuc quod decipit nõ competit in curatione cum ipſa perficiatur certificãte, tale quidem extat ſomnium iuxta illud. Somnia ne cures, nã fallunt ſomnia plures. Rurſus. ſi conferret ad curam id eſſet per modum motus cuiuſdam, cum curare ſit quoddam agere, quod motu perficitur omne: ſed in ſomnio non interuenit motus, cum ſit quędam proprietas & paſſio ſomni, omnis autem cõpletur quiete, cum motus ab animali procedat virtute, ſomnuſq; ſit quies virtutum animalium cum intenſione naturalium; & vinculum ac immobilitas primi ſenſitiui. differẽtia. 108. Eti. Res medicationis tribus perficitur

Tex. cõ. 51 · Ca. 5. i prĩcipio. · In præ. in principio. · Cap. 1. in principio. · T. c. 29. vſq; ad t. c. 49 · Tex. cõ. 9. · Met. ca. poſt med. · Aut me. · T. c. 19 · Veſa. A.

A tur rebus diæta, potione, ac manuali actione. quarta primo. quorum nullus est somnium: non enim sub diæta cõtinetur. cum illa sit sex rerum non naturalium conueniẽs administratio: quarũ ipsum nulla extat per singulas trãseundo. Quòd autem non sit potio vel chirurgia euidẽs extat: cum reliquis ergo prætactis. differẽtia. 135. somniũ in salutem non confert.

IN OPPOSITVM qm̃ de somno & vigi. dicunt medicorũ gratiosissimi: oportet valde intendere somnijs hoc autem non est nisi quia in curatione tãdem vt apparebit conferunt ea. vnde secundo secundo. Quidam splenetĭcus somniauit ꝙ ei præcipiebatur in somno vt vrinã suam biberet omni die ter & sanaretur: qui expertus illud inuenit mirabile, quarto etiam tertia. Aliqui obediẽdo somnio vel visioni, curati sunt a lepra. vñ. 14. terap. quis somnio determinauit Gal. consilium & laudauit.

Itidem. illud cõfert in cura, quod procedit ab eo qui cũctos sanat languores, tale vero est somnium: quare re. a. B primo. Sõnia sunt a Deo bñdicto et sublimi: ac solus sanat languores Deus. Me. Adhuc illud quod significat super humorem dominantem corpori & euacuationem futuram: curationi adminiculatur, cum omnis significatio in ipsam ordinetur: hmõi quidem est somnium. nam vnusquisq; humorum somnium causat illius ostendens dominiũ: ita vt medico eius indiceẽ eductio. vnde quarto secunda. Multotiens videt infirmus de gñe illius quo fit crisis eius: sicut videt habiturus crisim per sudorẽ qd' ingreditur balneum sibiq; præparatur, itaque somnium proficit in cura.

PROPTER PRIMVM quidẽ sciẽdum, ꝙ somnium est phantasma factum a motu simulacrorum dormientis in eo ꝙ dormit, de somno & vigi. de quo. A. in de huiusmodi tractatu loquitur ẜm Aristo. Nam tres huiusmodi existunt apprehensiones: puta somnia quæ di-C cuntur ab angelis: & diuinationes a dæmonibus: ac philosophiæ quæ a Deo cum medio & sine medio. Diuiditur autem multipliciter somnium: qm̃ aliud est uerum: aliud falsum. Adhuc quoddam fit supra repletionem: aliud supra inanitionẽ: nonnullum vero in dispositione media. Itidem. quoddã est naturale: aliud aiale: nõnũq; vero cœleste: seu diuinũ. Voco aũt illud naturale qd' ex dñio cõplexionis contingit & humoꝝ. vnde Aui. quarto de anima. Naturalia somnia sunt quæ veniũt ex tẽperantia virtutũ humoꝝ cum spiritu gerente virtutẽ formalem ad imaginatiuam: qñ. n. in aliquo natura sanguinis dñatur vt ad multum videbit in somnio res rubeas delectabiles, seq; in sanguine natare: cõuiuia et similia, qñ vero choleræ, res igneas citrinas, volatus, rixas, furores, & quæ huiusmodi. si autem phlegmatis natura, somniabit aquas, niues, frigora, stupores & quæ talium: ꝙ si melancholiæ, res nigras perterrentes, ploratus, casus, loca mor-D tuorum. & quæ taliũ: quæ siquidẽ permanẽt diutius aut labuntur ẜm ꝙ corporis natura participat siccitate aut humiditate. Somniũ vero aiale dico ꝙ causatur ex multa sollicitudine aiæ circa quoddã in vigilia, cũ. n. somno maior motus: vt qui exterior: quietetur propter spirituũ cõtractionẽ percipitur minor qui interior. Maior. n. motus minorẽ ẜm Arist. perturbat & depellit: & hmõi quidem somniũ me vltra duos annos ꝗ multipliciter fatigauit ex impressione causatũ vehemẽte itineris ad studium Parisiẽse. Diuinum vero somnium seu cœleste audio illud quod a diuinis siue cœloꝝ causatur aiabus: quæ motores etiã dñr orbium: qui ẜm A. aliqñ operantur formã in imaginatione ẜm comparationẽ eorum: & comparationem animarum ipsorum ẜm aptitudinem, qm̃ animæ nostræ habẽt maiorẽ cõparationẽ cũ substãtijs separatis ꝗ cũ corporibus sensibilib⁹. Iuxta qd' verificaẽ fortassis illud Gal. Somnia immitti a Deo bñdicto & sublimi.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ aliqui negauerunt somnium: non solũ in conferentia curæ, verum etiam simpliciter omnia quæ ordinis & naturæ. vnde naturalium primo. Quidã expresse nullã enuntiauerunt animæ inesse virtutem qua cogitamus cõtemnentes somnia: diuinationes et consiliarios: astrologiãq; omnem: dña etiam 135. Quoꝝ quidem errori consulitur ibidem. Alij vero directius negarunt somnia, quare Auer. Quidam hominum negant somnia: & dicunt ea casu accidere: quod fortassis dico euenit: quia plurima viderunt falsificari nesciẽtes inter ipsa distinguere. Aut forte cũcta immediate in causam reducẽtes priorẽ. dña. 101. quoꝝ quidẽ defectus apparuit ibidem. De quibus quoq; subditur consequenter: sed negare somnia est negare sensitiua & maxime vera diffinitiua somnia: nullus. n. homo est qui non viderit somniũ quod nõ enuntiauit ei aliquid futuꝝ. unde. A. Nullus hominũ est qui non habeat portionem in somnijs et in apprehensionibus quæ fiunt in vigilantibus. quod apparet: quia cũ homo experimẽ- F taucrit multotiens, uidebit ꝙ hoc non accidit casu sed essentia: & aliæ cõprehensiones: puta visiones & prophetiæ: licet non sint visæ: sunt tñ valde famosæ: quæ autem huiusmodi apud oẽs aut sunt necessaria ẜm totũ aut ẜm partem. Impossibile. n. vt famosum sit falsum ẜm totũ: cum hoc etiam hoꝝ defectus tertio apparebit dicẽdoꝝ.

PROPTER TERTIVM vero sciendum prius, ꝙ somnium confert in cura, & deinceps quod huiusmodi: & tandem quis est somnians & vere & quis minime.

Propter primum huiusmodi sciẽdum, ꝙ somnium coadiuuat ad curationẽ: tum per viam causæ quasi immediate curans, tũ per modum signi. Primum quidẽ ostenditur: qm̃ illud quod docet eligere quod morbo cõtraria tuetcurat eundem: cum curatio perficiatur cõtrario. Tale vero est somnium vt prætactũ ex argutis. vnde quidam socioꝝ verẽs phtisim incurrere, vidit in somnio ꝙ præcipiebatur sibi horride assumere quod Græce lac importat & saluaretur a phthisi, quatum autem in ea conferat, dif- G ferentia ostendetur. 194. Eti. quod aiam excitat super morbum cũ calore naturæ ac in bonã spem salutis cõfirmat, coadiuuat non parum in curatione. 134. apparens & priori. Confert igitur ratione causæ. Adhuc ex parte quidẽ signi: quia illud quod significat, ducit in causam morbi atq; in ipsum confert, tale vero est somniũ vt tetigit propositoꝝ primũ, itaq; somnium iuuamẽtum vt signum præstat curæ. Propter secundũ huiusmodi sciẽdũ: ꝙ somniũ verius est cœleste seu diuinum: & maxime qñ anima fuerit libera, superioribus substantijs applicata, eorum repræsentationes suscipiens. Animale vero nullius aut ꝗ paucæ veritatis existit: est. n. magis illusio eorum quædam circa quæ anima fuit sollicita et occupata in vigilia: ceu famescenti repræsentanẽ cibi, appetentiq; mingere cloaca: & strepitus agonizanti. Somnium vero naturale & si verificetur ad multum, nullam tamen grandẽ hoc est immediatam habet significationem, cum ex par- H te possit etiam rerum nõ naturalium permutari. Somnia etiam post repletionem sunt pauca. vnde proble. 30. In his quæ sunt post præmissionem ciborum minime fit somnia videre: tunc enim maxime accidit moueri, ꝓpter introductum cibũ. Minoratur etiam somnium post uehementem laborem & spirituum dissolutionem, anima enim tunc recondita quiescit totaliter, quod si accidat & maxime contra repletionem proprieq; vaporabiliũ vẽtosorum verificatur ꝗ minime: cum anima turbata nequeat quæ cœlestium impressiones animarum suscipere. post autem digestionem sufficientem & incorporationẽ cum anima quiescat magis per oppositum somnium verificatur maxime: tũc enim ea potest prædictis animab⁹ coaptari. vnde A. Plerũq; nõ sunt vera somnia nisi quæ videntur in mane: oẽs enim cogitationes hac hora quiescunt: et motus humoꝝ sunt finiti: in media vero dispositione

Marginal notes: Versus fi. — Ca. 11. p° medium. Tra. 3. ca. 3 in medio. Cap. 8. Com. 16 post prin. — In princi. taraba. — Tra. 1. ca. 9. & 57. — Sicuti qd. — Versus fi. 16. nãiũ. — Ca. 2. post medium. — In de sen. & sen. ver. 2. & s. de ge. m. c. 1. post ma. — 4. de aia. c. 2 ver. fi. — Vrla ar. arq. — Ca. 11. 4. sus fine. — 4. de aia. c. 2. aõ me. — Aiiãs. gala — Proble. 12 vlti. — 4. de aia. c. 2. ver. fine

I sitione mediocriter contingit, somniūq; maxime fit eius quod cognitū, & quo quis versatur in vigilia vt suæ patriæ ac gentis suorūq; actuū. vnde proble. 30. Maxime videmus quæ operamur, aut speramus, vel volumus: de his.n. maxime plures cogitationes & phātasiæ supsunt. Sunt & quædā apprehensiones vehemēter velaminibus obtectæ, quæ nisi grādiori difficultate & aīo elatiori nequeunt explicari: aliæ vero apertæ vt se qua figuratione figurant euenientes, vt Tullius de quodam enarrat somnio: in secūdo de deorū natura: sicut multotiens somniaui q̄ porrigeretur mihi pecunia per talē vel hmōi q̄d die acciditreliquæ vero mediæ, quas siquidē apprehēsiones aliqui in.13. extenderunt modos. Cōtingit etiā q̄nq; hominē somniare idq; obliuioni tradere: post quod cōdormiens denuo aīa sollicita somniat q̄d antea: ceu fm A. contigit Herculi. Propter tertiū hmōi sciendū, q̄ licet animalium somniēt plurima, vt canis, equus, bos, ouis, et capra: hō prę aliīs somniat maxime. historiarū.4. nō mox tn̄, verū post quatuor annos aut quinq;: quidā etiā nunq̄ somnium viderunt. Somnium etiam accidit amplius cum apprehensionibus & regione: hora & vīr vita temperatis ad caliditatem & siccitatē q̄ in oppositis: & ideo viri reperiunt illic & tunc prophetici. quadripartiti secundo. quare in Anglia & Scotia repletus humidis & ceruisia fere per annum secedens vacaui a somnio: ille quoq; verior est somniorū fm A. qui cōplexionis fuerit temperatioris, qui.n. siccæ quāuis bene retineat: nō tn̄ bene suscipit. Qui vero humidę q̄q̄ suscipiat cito, celeriter tn̄ amittit, neq; somnii recordatur ad multum: qui si calidæ fuerit cōplexionis, erit agilis in eorum motibus, instabilis, somnia habens permutata, qui autem frigidæ tardus est, piger & obliuiosus. Est etiam verior qui cōsueuit dicere verum. unde proble. 30. Meliores meliora somnia vident: quia vigilantes de melioribus intelligunt. nam vsus prauarum cogitationum imaginationē causat malorum motuum inobediētium virtuti rationali: propter quod somnia verificantis, mendacis, malitiosi, ebrii, infirmi, tristis, in quo mala præualet complexio aut sollicitudo, vt ad multum falsificant. Contra prędetermina ta vī Auer. ire inquiens aliquos fore veriorū somniorū propter diuersitatem virtutis imaginatiuæ, ceu habentes cōplexiones melancolicas, frigidas, & siccas. Humiditas.n. cooperit virtutes & oppilat uias spirituum faciens somnum similem morti, ita ut dormiens fere imaginetur nihil. Sed humor melancolicus cōuenit somnio & actioni istius virtutis, quia enim iste humor est multi vaporis, ascendit ad caput & facit somnium, & ideo cōuenit somnio huicq; virtuti & actioni complexio frigida & sicca. Frigiditas enim facit tarditatem motus, & siccitas confirmationem formæ. Et ideo ista virtus habet magnum dominium in multis, ita q̄ in vigilia comprehendūt, quod alii in somno. Sed forte plurima horum veritatem nō cōtinent, cum melancholicus humor natura non conueniat somno. in techni: neq; in euaporatione cōsistat, sed magis accidentalis. Est etiam omnis operatio perfectior in corpore temperato. Frigiditas similiter & siccitas, vt inductum motū tollit: & impressioni resistit: & ideo magis. A. consentio. Neq; melancolicus nisi per accidēs veracior est somniorū temperato: puta propter attentionē, & sollicitudinem maiorem. vnde Arist. Quidā extatici: seu vesani præuident: q̄m proprii motus non infestant, sed longe proiiciuntur. extraneos ergo maxime sentiūt: potissime vero somniator est melancolicus adustus propter sollicitudinem et motum ipsius crebrum. unde Ari. Quorūcūq;.n. loquax natura est & melancolica multas visiones vident, fm.n. plura & multifaria mouētur. Homines enim.s. melancolicos phantasmata mouent maxime, de memoria & reminiscentia. Accidenteq; similiter cæteros antecellunt doctrina & artificio proble. 30.

[Left margin notes: Proble. 11. vi. — 4. de aīa. c. 2. cir. me. — K — Ca. 10. i fi. — Vbi supra in medio — Proble. 12. vi. — L — Vbi supra in medio — M — Colli. li. 2. tra. 6 cere. te. c. 51. — De som. & vig. in fine — Vbi supra in medio. — Iuxta finē — Proble. 1]

Noscesiquidem aliquos adeo animas elatas habere intelligentiis affines, vt omnium apprehensionū quantūcūq; etiam occultarū valeant similitudinum tegmēta detegere in apertumq; adducere. Iuxta illud Ari. Artificiosissimus est iudex somniorū qui potest similitudines inspicere: qualis videtur ea quæ Ioseph in somnium Pharaonis, ac Danielis quæ in Nabuchodonosor, & hmōi quidem modus extat prophetiæ non paruæ. Aliqui vero aīas sic habent infimas & sensibilibus immersas, vt nihil valeant per apprehensiones allegorizare: quidam vero in medio horum sunt loco. Sunt etiam quædā somnia laudabilia in quibusdā & prospera. in aliis uero vituperanda & auersa: & ideo impossibile aut difficile fit natura quam cognitionem de somniis suscipere vniuersalē propter eorū causas fere indeterminatas. De metn̄ ipso aliquam notitiam cōmunem ex somniis comprehendi.

PROPTER quartum vero. ad primum dicendum q̄ illud dictum est disputando & inquirendo: nō autem conterminando, aut indicauit huiusmodi iudicii difficultatem. Ad aliud dicendum q̄ sermo Cathonis audiendus est vt apparuit de somniis animalibus: non autē cœlestibus aut naturalibus. Ad aliud dicendum q̄ in somno motus est nō raro: licet enim virtutes sensitiuæ & motiuæ quiescant extrinsecus, interius tamen motus fit grādis plerūq; qui motu depellebat maiori fm Ari. extrinseco, ita vt modica mota in somno ventositas videatur tonitruum causare & humidum submersionem siccumque præcipitationem. Verificatur enim vt ad multum quòd virtutes quiescant etiam in somno motiuæ, cum videamus aliquos de lectis surgere seq; armātes quandoq; procedere aut huiusmodi peragere & maxime quorum cerebrum est calidum & siccum fumositatum vaporosarū receptiuum, q̄ autem in somnio intercidat, eius mōstrauit descriptio. Ad reliquum ex differentia apparet. 135. & priori. Potest enim reduci ad accidentia animæ vt confidētia & vniuersaliter ad omnia tria medicinæ instrumēta, prout indicationem a superiori didicit salutis. Quātum etiā quæ alterius conuincant adducat monstrauimus apparet. Sed circa illud dubitare contingit, quia somnia videntur nō esse a Deo benedicto sublimi, cum Ari. dicat ipsa nō immitti a Deo: tunc.n. fierent de dietantū. non inessent etiam brutis neq; stolidis, sed sapientibus solum & prudentibus, cum hi sibi sint amplius tanq̄ materia disposita eius nati actionem suscipere. Illi autē somniant nō minus & recte dicēdum: sit q̄ Deus ordinatus, q̄ maxime doctoribus ue affinior. Dicendum Gal. locutum fuisse fm opi. Stoicorū & Epicureorum ponētium somnia nō nisi a Deo immitti: quod apparet cū illic de auspicio loquatur & Aruspicio, aut fortassis verificatur Gal. de prophetia quæ ponit a Deo immediatius a Hierarcis immitti, de qua vt dictum Aristotelis sermonem non condidit.

[Right margin notes: N — De som. & vig. a fine — O — De som. & vig. in fi. — P — Vbi supra in medio. — Q]

DIFFERENTIA. CLVIII.

QVOD digerat innaturalis ostendit. Q̄m proble. prima. ignis præcipitur in quartanis augmentari febribus. tale vero prę ceptum non videtur nisi ad materiæ digestionem factū, quęcunq; enim in febribus exhibentur materialibus & propriè medicinalia sunt ad hunc finem vt materia digeratur et naturæ reddatur obediēs: sed ignis seu igneus calor est innaturalis. Amplius q̄d pōt maius, poterit & q̄d minus, sed calor etiā innaturalis potest plus: quoniam ex putrefactione animal producere. vnde quarto metheo. Animalia fiunt in his quæ putrefiunt. Hoc autem maius est materiam simpliciter disponere naturæ: cum animā suscitet de potentia materię. Eti. illud quod terminare facit ægritudinem ad salutē, digestionem causat: quoniam digestio non est aliud plus: q̄ vt dominet natura & humorem

[Right margin notes: Proble. 57. — In dicti]

A morē vincat prauum quicunq; sit. Haly. sed calor innaturalis ægritudine terminat. vnde apho.4. A spasmo & tetano habito, febris superueniens soluit ægritudinem. Curat et febris epilepsiam & ,pprie longa maxime quartana.3. prima. & Me. in practica. Sed febris est calor innaturalis. Rursus. qñ aliquis effectus a duabus producitur causis vtraq; ad illum operari dicere verum existit: sed sanies circa quam attenditur digestio, a calore fit naturali & accidentali vt apparebit dria cõsequenti. Palin. Volentes materiam digerere frigidam, calida in corpus inducimus extranea: qm̃ digestio perficitur maxime per calidam vt electuaria: syrupos & talia; itaq; calor innaturalis digestionem agit.

IN oppositum quia digō est completio a proprio & naturali calore. mete.4. sed calor innaturalis non est naturalis neq; ,pprius, sed extraneus. Itidem febrium.2. Calor naturalis aptus natus est coquere: extraneus vero corrumpere & putrefacere.2. quoq; re. acu. Digō est similis B decoctioni. innuit ergo Hippo. per illud quod fit a caliditate humida non sicca tenebrosa ut caliditas febris, sed caliditate humida vaporosa, sicut caliditas naturalis q̃ est in animalium corporibus, talis autem non est innaturalis vt hic exprimit valde. Eti. Quod putrefacit: mortificat & corrũpit, non digerit, viuificat & construit. hic autem calor operatur naturalis, illa vero innaturalis vt testantur cæteri. Adhuc contrariorum contrariæ sunt rationes: sed calor naturalis habet digerere. ergo innaturalis oppositum operabitur: ceu putrefacere. Palin: medicorum eximij quos non est insufficiẽtes ponere id minime scripsere. calor igitur minime digerit innaturalis.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q; quid sit calor, & naturalis, quot etiã dicatur modis drña ostensum est.59. & .111. per cuius oppositum calor erit no C tus innaturalis. nam qui bene diffinit, contraria signat. topi.6. Erit igit̃ calor innaturalis morbi instrm̃ quo corrumpitur natura: qui quidē aut est innaturalis omnino, vt qui marcoris, vel secundum quid; puta medius inter naturalem & innaturalem omnifariam: ceu qui saniei, mistus enim est hic calor ex naturali & putrescibili: vincente demum naturali. Esse autem digestionis differentia monstrauit.50. & .62.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, q; aliqui dixerunt calorem non digerere innaturalẽ, quia cum digestio sit opus virtutis (vt dicunt) naturalis digestiuæ, sicut ipsa est naturalis: ita oportet ipsius instrm̃ naturale fore, vt sit proportio agẽtis principalis ad instrale & secundarium. Dicunt etiam q; si calor innaturalis aliquam curet vt tactum ęgritudinem, per accidens id fore; neq; hoc facere per uiam digestionis: sed potius rõne consumptionis siue resolutiõis vel expirationis. Q. quidem falsum apparet ex dictis. eo q; digestio non est aliud D q̃ vt natura dominetur & vincat humorē prauum quocunq; modo ut a calore innaturali etiam. Quid etiam hic positio veritatis cum ipsius motiuo cõtineat, quidq; falsitatis dicendorum ostendet tertium. Fuerunt et aliqui qui rudius horum oppositum simpliciter promẽtes, puta q; calor innaturalis digerit non solum in nocitiuo: verum etiam in iuuatiuo: moti quidem: quia illud quod pręparat virtuti nutritiuæ ac expulsiuæ, digerit. In iuuatiuo enim virtuti proportionatur nutritionis alimentum. In nocitiuo autem aptatur ad expulsionem digestione materiæ. Hæc autem facit calor innaturalis, præparat enim nutritiuæ permutando alimentum & alterando, etiã expulsiuæ materiam incinerando & subtiliando vapores & fumos expellendo: pp quod excludunt calorem innaturalem opus digestionis perficere. Q. autẽ prædicta positio sit absurdior priori ostendet quidem tertium. Minor etiam rõnis absurda. Si enim calor innaturalis digereret, tunc & febricitantes sanis digererẽt melius, quod est præter aliam cõtra Gal. & aplo.2. Neq; ẽt incineratum E est digestum cum sit expulsiuæ & victoriæ naturæ inobędiens redditum, & ideo materiarum incineratarum videmus ęgritudines protelari. Neq; etiam quod subtile fumosum naturę obedit vsquequaq; & proprie, cum fuerit plurima & grossa materia, aut calorem fortasse innaturalem audiunt a rebus non naturalibus & maxime aere susceptum, cum morbos abbreuiet.

PROPTER TERTIVM autem sciendum, q; calor innaturalis siue sit omnino præter naturam, siue nõ, sed mist⁹ quodammodo calori naturali, nullo modo vt sic habet digerere iuuatiuum, eo q; qualis finis, talia oportet esse quæ ante finem illi ordinata: cũ finis necessitet ipsum præcedentia. Finis autem digõnis in iuuatiuo est oisaria naturalis, et si aliqñ iuuetur calore acquisito a motu qui a cibis seu medicinis nihilominus hic omnia ad naturalem ordinantur. Amplius cuius virtus & forma est naturalis. & medicina quibus operatur natura, cũ effe F ctus causæ sit ,pportionalis. sed virtus & forma digõnis est naturalis oino vt indicat effectus. Itidem, nihil agit vltra suam spẽm. Cum igitur calor naturalis & innaturalis sit spẽs alia, & actio erit alia, et ideo si naturalis digerit & perficit, inaturalis putrefacit & destruit. Si aũt digō extiterit in nocitiuo, dicendum q; in ipso calor innaturalis idest oiquaq; ꝑter naturam non digerit aliquo mõ, sed putrefacit cõtinue ac corrumpit, cum calorē perimat naturalem eius putrefaciẽdo materiam: talis autem est calor Marcorē siue uirus aut putrefactionē producẽs calore naturæ penitus tãdem superato, & ab ipsi⁹ æqualitate oino egresso: vt in vlceribus apparet perniciosis & in corporib⁹ mortificatorum, sicut nãq; calor naturalis qñ fortis est potest natura ipso mediãte in humoribus ministrare ſm modũ maturandi & digerendi, & custodire ipsos ac prohibere moueri ſm modum ministrationis caloris extranei ut non putrescãt, sicq; calor extraneus qñ inuenit hu. G non gubernatos administratione caloris naturalis comprehendit ipsos & reddit sibi obedientes, & illos motu mouet extraneo. vnde putrefactio contingit primo secunda. Quod ostẽditur: quia quod est simpliciter pręter naturam, nunq; opus inducet naturale: cum oino sit suæ factum improportionatum causæ, sed calor hic ꝑter naturam omnifariam est talis. Neq; .n. per se habet digerere vt qui naturalis: neq; p accidens: puta virtute calidi naturalis, cũ sit corruptus vt qui infra hunc in malitia: sicut declarabitur latius: pp quod digõnis opere priuatur oino. Si aũt calor hic innaturalis non fuerit oino: sed commistus magis ex calore naturali & accidentali, vt febrilis & ,pprie qñ nondum venit ad perimendũ digõnē facit vtcunq; vñ.3. colliget. Apparet q; calor febrilis & calor saniei sit extraneus: quia lædit actiones membrorum & passiones, & apparet ex parte qua manifestatur ipsa operatio caloris intrinseci digerendo humores & recipit H sanationem, & nõ est sicut calor extraneus qui inuenitur in corporibus mortuorum; & ex hoc apparet qui ẽt est naturalis, & est veritas, quia est calor naturalis commistus cum aliqua qualitate caloris putrescibilis. Calor ẽt saniei commistus testat̃ Gal. progno.1. ita. Si fuerit virtus caloris naturalis adhuc remanẽs accidit dispositio sanguini cõposita ex dispõne extra naturam & dispõne naturali quare pars ipsius pp dispositionem putrefit innaturalẽ, quicunq; istorum vicerit calorum tunc ipsius apparebunt significationes vincentes magis in substantia: odore & calore saniei. vnde apho.11. distinguitur triplex sanguinis transmutatio. Vna quidem est in simpliciter benignum: cuius conuersio in particulas fit animalis. Alia in prauũ absoluté vt illa qua putredo perficitur purulenta. Est & tertia harum in medio vt quæ puris operatiua: quæ neq; a solo innato sicut prima perficit, neq; ab eo qui ꝑter naturã oiquaq;, uerũ ab eo qui mistus est cũ quodam modo

Concil. Ff vt

Margin notes (left): 3. tech. 57 — po. 57 — 1. 5. c. 7 — 1. de epi — ta ante — 14 9. circa fin. — 12. 16. — 3. 1. in f.

Margin notes (right): 1. de virt. naturali C a. 8. in fine & c. 1 — Coll' com. apho. 12. & 16. in fine. — Do. 3. c. 5 post me. — cap. 3 post medium. — C6. 46. post medium. — C6. apho. 47

I vt quę phlegmonis: transmutatio etiam cōscribenda apparebit dña, ac quid dña tactum. 87. Q2 etiam ratione monstratur & paradigmate: quoniam quod per accidēs aliquem introducit effectum illud modo quodam operatur eundem: sed calor pdictus innaturalis per accidens facit ad digōnem inquantum calefacit materiā, & dissoluit, poros aperit. Suscipitur ēt eius actio a calore naturali hunc regulāte, cum supponatur ipso fortiorem existere. pp quod calor innaturalis aliquo confert ad digōnem modo, ut apparet in curatione spasmi thetani et aliarum ægritudinum frigidarum per febrem inducta: Et hoc est videre ægritudines celerius terminari etiam in bonum, qñ calor exacuitur accidentalis: crisium. 3. Hic enim exagitat materiam: poros aperiens, & calorem excitat innatum. Amplius id ostendit frigiditas faciens ad digestionem dña. 62. magis calido naturæ auersa ꝙ calor extraneus: quod in actibus paradigmizatur humanis naturæ operibus similatis, sicut nanqꝫ captores faciunt ciuitatū superatos exponentes ante suos vt reliquas surripiant ciuitates, quemadmodum dicūt Attilam Picardensem in Italorum expugnatiōe obseruasse, hi enim subiugati qui ante in bello suis retropositis exponuntur nō nisi coacti bellātur timore posteriorum insurgentiū in ipsos. Quod apparet: quia suspenderentur cogentes a rebellibus expugnandis deteriusqꝫ habentes ipsi: eosdem inuaderēt acerrime: ita et calor naturalis agit cum innaturali. nam regulato & cohibito calore innaturali & velut instrumēto facto innaturalis facit ad digestionem materiæ, quæ tamē de se machinatur maleficium & destructionem ad modum priuationis continue, per accidens tamē qui ea perfectius operatur præexistenti, cum species non posset in priori cōseruari particulari dato: & ideo inter principia & causas rerum trium & si per accidēs cōputatur phy. 1.

Colli. c. 4 circa me. & c. 6. & ca. 10. t. 6.

K

T. c. 66

L Quod ostenditur: quia mox si calor debilitaretur naturalis, opus putrefactiōis induceret & corruptionis innaturalis tanqꝫ simplex factus & impermistus.

PROPTER QVARTVM quidem. ad primū dicendum ꝙ Aristo. per ignem non audiuit calorem innaturalem, sed magis medium, plus tamen ad calorem attinens naturalem: quod apparet: quia addidit per cibos. Nō enim oportet in fe. materialibus frigidis quales sunt phlegmaticæ, & maxime quartanæ cibos subtiliare, sed potius, ingrossare. & abundantius exhibere, vt eius calore augmentato paucus destruatur febrilis, multus nāqꝫ calor modicum ad se trahit, et maior flamma minorem extinguit. Ad aliud dicendum ꝙ non est calor innaturalis qui animalia ex putrefactione generat, sed cœlestis magis. dña. 48. & 101. Sed id quidem valere minime dicetur quia similiter dicetur calorem innaturalem digerere calidi virtute cœlestis. Propter quod dicendum, ꝙ calor producens animalia nō est innaturalis omnino

M sed in ipso adhuc remanet quædam naturalis portio ca-

T. c. 13 loris. vnde quarto meteo. Animalia fiunt in his quæ putrefiunt: propterea ꝙ segregata caliditas naturalis existēs facit segregata. In putrescentibus nāqꝫ aliqua proportio generalis saltem calidi ad humidum remanet, per quam potest fieri generatio imperfectorum: licet specialis sit corrupta inexistens antea. Non enim ad generationem imperfectorū tanta requiritur proportio, vt ad ea quæ completorum dña. 35. Hmōi autem caliditas naturalis non seruat in calore simpliciter innaturali, uel si seruatur & faciat ad digestionē nocitiui, per accidens ostensum est hoc contingere. Aut fortassis in productione animalis plus vis constellationis operat ꝙ in digestione: pp quod non maius sed minus est producere animal ꝙ digerere, cum ex alijs contineat causis. dña. 101. ptractatis. Ad aliud dicendum: ꝙ calor innaturalis distinctus digerit materiā & exhalare ipsam facit per accidens: inquantū est instrm caloris naturalis. Ad aliud similiter dicendū: sanies. n. licet initialiter fiat a calore innaturali: pficit tn̄ naturali, obtinēte calido & maxime digesta laudata: & multo amplius febris putridę seu alicuius alterius ægritudinis materialis quod saniei extat simile. Ad aliud dicendum ꝙ calor ex cibis & medicinis acquisitus magis est naturalis ꝙ innaturalis: cum ad ipsum ordinetur vt instrm digestiuū. Ad ea vero quæ alterius partis sisr apparet: qm̄ tm̄ Ari. & Gal. loquuntur de digōne in simpliciter iuuatiuo, quæ calore dicta est perfici naturali omnino: nō autem de alio. Ad aliud dicendum id intelligendum esse in contrarijs per se & essentialiter: non autem in his quæ per accidens, qualis est digō calidi naturalis & extranei

N Nihil. n. prohibet quid per accidens aliquid operari, qđ aliud p se facit suo mō. Frigus. n. & calor infrigidat & calefacit differēter, vt vnum per se, alterum vero accidente vt tactum sæpe. Ad aliud dicendū ꝙ auctores magis enumerauerunt causas essentiales digestionem complentes, cū sint accidētalibus efficaciores. Aut ꝙ eas interdū

O tetigerunt sicut dictum est ꝙ a spasmo & thetano habito febris superueniens soluit ægritudinem.

DIFFERENTIA. CLIX.

QVOD digestio non debeatur causæ coniunctæ, sed antecedenti ostēditur: quia si digestio deberetur causæ coniunctæ, tunc putredine digesta febris cessaret: quod nō fit, nā cessante putredine, adhuc eius permanet substantia. Est enim digestio alteratio faciens cessare putredinē manente substātia in techni. Itidem fumus putridus nō indiget digōne, cum per se ipsum euaporet & dissoluatur: nō enim qualitates habet inobedientes ad expulsionem: sed ipse vt ostendetur causa est coniuncta: repletio autem & putredo est causa antecedens. Adhuc puisio competit causæ tm̄ antecedēti, hoc enim ipsius denotat nomen anteuisio: sed per digestionem habetur quædam præuisio. Reducitur enim ad

P benignum causa antecedens. aut præparatur ad expulsionem ne lædat vlterius. Itidem in febre putrida cum sit ægritudo fiens: quiddam est factum: quiddam uero futurum fieri. Si autē quod factum est debetur sola curatio & contrarietas, hoc autem vr̄ factum per causam cōiunctam, futurum autem fieri pp antecedentem quę ponitur subiuncta. Eti. dicunt oportere primitus materiam digerere, deinde ipsam eūare. vnde Mes. in antidotario ait Gal. testari potentiam syrupi acetosi fore ad omnes materias communem. dña. 170. sed causa antecedens est materia, non autem coniuncta, cum sit efficiens: iuxta illud in techni. V namquāqꝫ causarum efficientium abscindere prius, deinde sic venire ad eam quæ tacta est ab illa ęgritudinem. Efficiens autem et materia non coincidunt. 2. phy. cum vnum habeat vicem actus reliquum potentię. Digō igit̄ competit causę antecedenti & non coniunctę.

li. 3. c. 4

Dif. 6

li. 3. t. c.

T. c. 78. colli.

Q IN OPPOSITVM quoniam putredo communiter ponitur causa febris coniuncta: sed ei debetur digestio cum sit alteratio vt dictum existens faciēs cessare putredinem manente substantia, quam a quibusdam causis contingit facere. Rursus ars & medicus imitantur naturam, sed natura causam digerit coniunctam, cum ei dominetur & vincat. V nde Halya. Digestio nō est aliquid plus ꝙ ut dominetur natura & vincat humorem malum quicunqꝫ fit. Amplius digestio est causa quædam curatiua in techni. hoc vero causæ debetur coniunctę. Antecedenti enim magis debetur præseruatio. 11. de inge.

1. techni com 90 Colli. li. 3. t. c. 90. & 91

Ca. 2 in fi.

Palin. vbi competit euacuatio, & digestio: quia ipsa videtur ad euacuationem ordinari, iuxta illud Hippo. Digesta medicari. Sed putredini quæ ponitur causa coniuncta competit euacuatio: secundum illud techni. Euacuatio est totam ex corpore educens substantiam. Eti. digestio est præparatio substantiæ materię ut ad expulsionem ordinetur facilem: sed putredo relinquit

Apho. 1 vpho. 21 li. 3. t. c. 91

A stit expulsioni pp indigestiones, quia grossa vel subtilis vel aliter disposita, digõ itaq; causæ debetur coniunctæ.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q causa in communi est ad cuius esse sequitur aliud fm naturam. vel dispositio per quam habet esse causatum, seu, qua res est primum aut principium rei habentis esse per aliud. Apud vero medicum causa est id quod primo est & ex quo prouenit inuentio alicuius dispositionis in corpore humano aut eius fixionis: primo secunda. Causarum autem quædam sunt sanæ, aliæ quidem ægre, nõnullæ vero neutræ in techni. Quæ duplices extant aut a generatione tales, & ita quædam sunt sanæ & ægræ aut neutræ, ceu & corpus triplex cui referuntur ibidem. aliæ vero post generationem seu a tempore. Et proprius, oẽs causæ sunt sanæ vt dicatur in techni qñ dicitur. Ad manifestos ęgros salubres causarum deinceps percuramus. nam omnis causa vel est sanitatis conseruatiua, vel sanitatis effectiua, quæ posterior natura & tpe prior. Causa B nanq; corpori ægro applicata proprie dicitur sana cum in sanitatem tãq; in finem ordinetur. Motusq; sumit nomen et speciem a termino ad quem: physi. 5. Et iustum est vnumquodq; nominari a fine. 2. de anima. Improprie vero potest dici causa ægra ratione subiecti cui applicaĩ ægroti, aut eius administrationis vt apparebit praue. Sũt etiam causarum quædam necessariæ, quibus corpus nostrum impossibile sit non subiacere, sicut aer, motus & quies, somnus & vigilia: cibus & potus, inanitio & repletio & accidentia animæ. Quædam vero non necessariæ his oppositę: sed potius casuales seu fortuitæ, gladijs. n. & bestijs vti, non necessarium, & ideo circa eas non consistit ars circa corpus humanum idest ars medicinæ. Ars tamen alia vt astrologia potest circa hęc existere, tunc. n. non existent ista casualia, verum necessaria magis. Et hæ quidem sex oẽs causæ sunt sanitatis & ægritudinis tanq; C materiæ: sed in formas consurgunt qñ corpori applicantur debitis aut oppositis quantitate, qualitate, tempore, modo, vsu & ordine. de re. sa. 1. Aut etiam opere. Ioannitius, quarũ principaliores quidem sunt q̃titas & qualitas. quid vero digestio dña ostensum. 50. Sed causæ particulares puta sanitatis & ægritudinis sunt tres. primitiuæ seu manifestæ, antecedentes. & coniunctæ dispositione complexionali: compositionali, & cõmuni. Sũt autem causæ primitiuæ res non corporales idest non de substantia corporis existentes, licet quædam ipsarum in se sint corpora, vt cibus & potus, ex quibus accidũt ęgritudines mediate uel immediate. Interdum enim caliditas Solis immediate febrem inducit ephemeram: qñq; vero mediante ebullitiõe quam in humoribus inducit febrem causat putridam. Causæ autẽ antecedẽtes sunt causę corporales puta humores, aut complexionales, vel compositionales, ex quibus accidet ægritudo non immediate, D verum alia mediante causa scilicet coniuncta, puta repletione & inanitione. Coniunctæ quoq; sunt causæ corporales ex quibus consurgit ægritudo immediate. primo secunda. vnde his existẽtibus adest infirmitas, & ipsis abeuntibus cessat eadem. Ipsæ tamen lędunt operationem alio scilicet morbo mediãte. 6. theo. Sed contra in techni dicitur q a causa coniuncta principaliter læda tur operatio, quod videtur esse immediate. Ad qđ dicendum per serieĩ expositionem hmõi quæ est. Facta vero ægritudo &c. q ipsa est duplex. Vna quidẽ simpliciter & vna ceu hectica et ephemera in qua nulla subest causa eam faciens, abscessit enim omnis: nihil enim est in corpe quod eam generet de distemperantia inæquali. Est & alia fm quid & lata, ceu qñ causa coniuncta sola facit morbum non suscipiens quid deinceps ab antecedenti quæ in uno paroxismo terminatur qñq; quarto prima: vt in vltimo paroxismo apparet magis interpolate, & in continua circa statum non minus. Et talis ægritudo est illa quæ curatur dispõne soluta. i. eã coniuncta & non prima, cum ipsa careat. a qua. s. causa coniuncta principaliter. i. per se & immediate læditur operatio per respectũ ad causam antecedentem, qua lęditur secundario & mediate valde. Quam & ipsam puta causam coniunctam dicimus esse ægritudinis causam. Ipsa. n. p̃ncipalis est illius causa, cũ ea conuertaĩ cum illa, vel in qua. s. ęgritudine principalr . i. simpliciter immediate & non p relatione: q ad causam antecedentem solum vt prius lędiĩ & reliqua sicut antea.

E

QVOD pharmacia in prægnante sit periculosior euacuatio phlebothomia monstratur per Auer.7. colliget id credentem. Eti. Pharmacia grandis est timoris & periculi: phlebothomia vero minime. 2. re. acu. Adhuc: pharmacia hæc materię est solutiua, talis autem est de gen. veneni omnis eodem .2. venenū quoq; peremptiuum, & maxime qñ materia fuerit obediēs de facili passibilis qualis est embryo. Rursus pharmacia inducit agitationem vehementem in pręgnante, cum operatio medicinę non fit corpori naturali sed violenta. Commentator centiloquij. Huiusmodi autem cotilidones matricis absoluit. vnde sequitur aborsus quod in phlebothomia inest minime. Palin pharmaca vel sunt violenta: & tunc nocumentum causabunt præfatum, aut debilia, & sic possibile fiet ipsa mouere, non euacuare praua inducendo symptomata, oportebit etiam de ipsis amplius sumere, quod & laboriosum erit naturæ. vnde primo tertia. Si medicinæ non essent venenosæ, non posset esse quin eas bibere naturæ laboriosum esset. Itaq; in pręgnante pharmacia periculosior phlebothomia.

cap.4. post medium.

Cō. 11. p' medium. Cō. 11. p' pncipiū. & com. 12 post priu.

M

Do.2. c. 1 in medio.

IN OPPOSITVM quia aphorismorum quinta conceditur pharmacia: & detestatur phlebothomia. Et firmatur: quia infirma virtute phlebothomare nullatenus, purgare autem mediocriter. Itidem phlebothomia euacuatur immediate sanguis: qui nutrimentum est prægnantis & embryonis generatiuus, nutritiuus, & augumentatiuus: quod non humores agunt alij. differentia.30. qui & pharmacia educuntur. Non enim scimus medicinam sanguinis eductiuam dissoluendo. differentia. 194. Phlebothomia igitur periculosior est pharmacia.

Collīgitur apho. 30.

N

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, quòd phlebothomia dupliciter notificaf vno quidem modo prout sub organo locatur medicinali, secundum illud prioris quæsiti. Phlebothomia est euacuatio vniuersalis quæ multitudinem euacuat humorum æqualiter abundantium. Aliter vero determinatur prout sub instrumento situatur manuali: vnde Commentator sectarum: phlebothomia est recta venæ incisio: nam dicitur a flex vena & thomi diuisio. Illud vero dicitur periculosum quod læsionis plurimæ plenum extat: ceu aborsus quem sequitur mors embryonis, & mulieris interdum, & maxime quando quarto aut octauo factus fuerit mense. differentia.49. Est autem euacuatio alicuius ex corpore deductio. Quæ præter prius dicta dupliciter existit: vna naturalis quidem natura sola perfecta, quam nō compescere oportet nisi fuerit superflua virtutem prosternens: altera vero artificialis quæ adiutorio perficitur medici: naturā. in omnibus immutantis ferc: quare vnaquæq; adhuc diuiditur in vniuersalem & particularem. vniuersalis autem est vel quia omnes euacuat proportionaliter hu. ceu fluxus quis spontaneus sanguinis & phlebothomia: seu quoniam a toto corpore: sicut spontaneus vētris fluxus: aut aliqua fortis pharmacia. particularis deniq; quædā aut ex loco educit particulari, puta purgatio pectoris p sputum & ventrium cerebri per colatoria narium & palatum: vel quia materiam singularē euacuat alicubi contentam, sicut quæ apostematum. Amplius quibusdā euacuationibus totum euacuatur corpus immediatius, qua les sunt fortiores vt per sanguinis fluxum, vel per ventrē aut stomachum, vel vrinam, seu sudorem. Alijs uero mediate sicut frictionem: balnea & hmōi: per ipsum nanq; non euacuatur, nisi quæ secundum cutem permanent, & non quæ in profundo dispersa. apho.3. sed per accidens euacuat abstinentia seu fames, eo q; ipsa tollitur quod repletionem inducit, vnum enim cōtrarium priuat aliud. Harum euacuationum quædam fiunt permutatione, vt quæ apostematum: reliqua vero in quæ foras deductiōe. Sunt etiam partes ex quibus clam euacuationes fiunt occultiores, sicut quę per sudorem & magis adhuc per somnos profundos. Ex reliquis vero manifestiores. Prægnans aūt dicitur in qua retento semine conflaf embryo.

Collig

O

P

Cō. 16. ...

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, q; colliget.7. Auer. nititur ostendere periculosiorem forem prægnante pharmaciam phlebothomia quasi Hippo. aduersus recitato nāq; eo inquit. Dico q; phlebothomia quando adest repletio qua embryo non indiget, non est mala. Sed pharmaciam non credo ad bonum finem peruenire: immo lædit embryonem, quia in se substantiā habet venenosa;. Adhuc fortasse humores facit malos fluere ad embryonem ut eum lędant. Eti. Medicinæ purgantes prouocatiuæ sunt vrinæ; quod vero vrinam prouocat de genere menstrua extat prouocantium. Tale vero aborsum inducit. His igitur tribus contentus concedit phlebothomia difficiliorem fore solutionem. Sed id ut apparebit simpliciter auditum stare non potest, immo eius oppositum magis neq; etiam ipsius conuincunt inductæ: sicut enim phlebothomia in pregnāte repletionis tempore non vituperāda: ita multo amplius dicatur de pharmacia quando eius aderit indigentia. Sunt autem pharmaciæ quædam benedictæ venenositate carentes, de quibus præsumitur vt scribitur super prægnantes & pueros, ceu cassia, manna & hmōi. Quæ et cū naturæ sufficienter

Ca. 4 p medium.

Q

A ficienter sint amicabiles, humores fluere non cogunt: vt inquit embryonem lędentes. Tales similiter entes, neque vrinā prouocant: neque menstrua. Est tamen necessariū menstrua prouocare qn̄ q̄ suppositorium in collum matricis ponendo paulatim & multis vicibus mundificando, & proprie quando impregnatio facta fuerit in matrice immundiori existente. tertio. 21. Hip. quoq̄ superficietenus auditus vr̄ phlebotomiā negare oīfariā et pharmaciā conditionaliter: ex parte tn̄ necessitatis & tēporis. vn̄ apho. 5. Mulier prægnans phlebotomata abortit: & maxime cuius fœtus est maior. Eorūdē vero quarta præcipitur prægnātes a quarto mense inclusiue vsq̄ ad septimū purgare inclusiue. Ex his igitur elicitur in prǫgnāte pharmacandum non autem phlebotomandum. Saxones tamē brutales communiter in prægnante phlebotomiam celebrant.

PROPTER TERTIVM vero primitus vr̄ sciēdū: q̄ periculosior vomitus est secessu, & alijs eūonibus cæteris paribus. apho. notū secunda. Et secessus phlebotomia: ac deinceps phlebotomia in prægnante pharmacia. Propter primū huius sciendū, q̄ illa difficilior, & periculosior est euacuatio, quæ magis extat cōtra inclinationē naturæ: talis vero est vomitus, cū stomachus sit deputatus attractiōi a natura: intestina expulsioni. naturalium. 3. Vomitus aūt stomacho pficit: secessus vētris pileron & intestinis: stomachus etiā sensibilissimus: via breuior: virtute latior & pronior in deorsum q̄ in sursum. Eti. Actus qui vno perficitur instr̄o, laboriosior est & periculosior eo qui pluribus: sed vomitus solum perficitur tunica extrinseca: secessus aūt eius duabus et intestinorū: naturalium totidem quod secunda sancitur aph. 2. Mes. simplicium primo. Adhuc vomitus deteriora inducit accidentia secessu: puta suffocationem vel rupturā vasis in pectore vel pulmone: quod autē hmōi periculosius. Vomitus igitur difficilior & periculosior secessu: & vr̄ in de eūonibus reliquis. Q̄ autem secessus & similiter vomitus consequēter sit acrior phlebotomia et periculosior monstratur ex febriū acutarū. 2. quia in phlebotomia nō cadit aliquid timoris: in solutione vero accidit multotiēs timor: & proprie qn̄ non fueris cognitor naturę infirmi. Sunt. n. qui difficillime soluuntur medicinis: alijs vero facillime: nonnulli mediocriter ,ppter qd̄ timendū est pharmacari: & maxime incognitos & inexpertos: nam pharmacia indebite administrata aut superflue soluit, aut mouet & non educit: tortiones præstans & angustias cum dolore q̄ multas. Ipsa etiam de se gn̄e ponitur venenorū dissolutiua proprie. Natura nanq̄ medicinarum solutiuarum est contraria naturæ corporū soluendorū, & vniuersaliter sunt pernecantes: & ipsam interimentes ibidē: & præcipue lædunt cor & quæ sunt eius, qm̄ oium nocumentorū corpori aduenientium primus concursus est ad cor tanq̄ ad basim vitæ, stomachū tāq̄ receptorē molestans. Mesue de pharmacijs: non tn̄ principales partes a pharmacia sunt difficilioris passionis: pili enim & vngues quæ sunt oium minus principales sunt magis difficulter passibiles: & ossa ēt q̄ cerebrū & cor simplicius primo cœli & mun. Medicinæ nāq̄ nociuæ sunt ventri, & proprie ori eius: cū sit sensus plurimi: propter neruos disseminatos in eo: motus exhibite nō pōt cōpesci tāq̄ nō existens in nostra potestate velut sagittā emissa: sed phlebotomia pōt repēte cogi nisi fortassis extiterit maior: igiẗ secessus et vomitus amplius acerbior et periculosior phlebotomia: & vomitus: vt probatur adhuc secessu. Sed circa prædicta contingit dubitare. quarto nāq̄ de re. fa. Cum imbecilli virtute nunq̄ minuendum: moderate vero purgandum. Et Haly. Magis conueniens & maiorē cautelam faciens est eūo ęqualis: sed hic sanguinis est eductio. Adhuc plura & digniora eūantur p̄ phlebotomiā, quàm per pharmaciam: vt sanguis et spiritus: periculosior igitur & molestior phlebotomia pharmacia. Dicendum q̄ pharmacia periculosior: quia ut tactū nō pōt ita cōpesci voto ut phlebotomia: laborē infirmi et maiorem inducit pharmacia q̄ phlebotomia: & proprie vomitiua: sed rōne illius quod educit, periculosior phlebotomia est pharmacia: nisi ipsa effrenitās sanguinē siḃ attrahat et eūet: aut sit pharmacia sanguinis eductiua. Aut amplius ad mentem dicendum Gal. q̄ sermo illius est in pleuresi cum fe. alijsq̄ accidētibus acutioribus in quibus timendum pharmacū in sui caliditate & motu immēsioribus: & ideo ad phlebotomiā declinandum magis: & si non adeo cōferat sicut solutiuū. Ad primū quidē dicēdum: q̄ sicut nō est phlebotomandū imbecilli stāte virtute: ita neq̄ purgandum pharmacia dissolutiua: potest tamen aliqua lenitiua vel lubrificatiua: maior enim videẗ esse latitudo in pharmacia q̄ in phlebotomia. vnde si iusta fiat cōparatio non minus timendum pharmacari: q̄ phlebotomare. Ad aliud dicēdū q̄ Haly. comparat phlebotomiā ad ventosationē & ad cibi & potus imminutionē: non autē ad pharmaci sumptionē. Ad aliud qd dicendum apparuit. Propter secūdum huius sciendū, q̄ pharmacorū quædam sunt fortia: periculosa. venenositatis plurimū abundantia, qualia sunt calidiora dissoluētia: vt scamonea, mezereon, euforbiū & hmōi. alia debilia salua: sic cōprimētia: & adhuc magis lęnitiua: & lubrificatiua. vt myrabolani, manna, tamarindi, cassia fistula: mucilago, psilij, & prunorū. vnde. 2. cañ. Cassia fistula soluit sine nocumento & absq̄ mordicatione adeo q̄ est conueniens pregnātibus & soluit eas hyeme: tamē habētibus debilia intestina & lientericis est suspecta. Myrabolanos autem ponunt educere comprimendo. Cogor enim confiteri aliquam virtutem primitus attractionis illis inexistere: sicut alias tactum: cum videam nigros melancoliam a toto educere: citrinos choleram & reliquos phlegma: quod non foret si solum exprimerent: vt coctana vel pira, sed attrahūt antea in locum signatum: deinde finaliter iuuando naturam sui pondere compressiuo soluunt: quod medicina nō operatur dissolutiua tātum, illa enim magis attrahit ad vias signatas: postea vero natura sentiens ipsius acuitatem & humorem satagit expellere. Reperitur & tertium pharmacum tanq̄ horū medium: & si sit dissolutiuū vt aloe, agaricus, & rhabarbarū quod aliquando hic potest competere & præcipue cōsolatum. Deinceps quoq̄ nosce q̄ tēpus imprągnationis in tria diuiditur tēpora: quorū vnūquodq̄ in partu naturaliori quæ est nouem mensium cōtinet tres menses: in alio vero minores habet aut plures s̄m q̄ septimo parturitur mēse vel. 10. d̄ria. 49. in quibus quidē mēsibus fœtus diuersimodē disponitur in matrice. Nā in primis trium paruus est & debilis modico contentus alimento, debiliterq̄ cottilidonibus alligatus: uelut fructus nouiter productus: in alijs quoque tribus sicut quarto, quinto, et sexto. maior & fortior ampliorem expetens alimentum sanguinē & crementū: tuncq̄ fortissime alligatur matrici: ceu fructus tempore intermedio arboribus vehementius inhærent: nec enim humiditas succosa, quæ ligatur mollis est & quasi fluida, vt in principio affuit, neque & maturatione remollita, & fœtus pondere aggrauata, qd̄ eis accidit completis. In reliquis quoque tribus vltimis fortis factus & grandis amplius attrahit sanguinē p̄m in sui nutrimentum & augmentum: tuncque ipsius incipiunt ligamina debilitari. Tum propter eius onus solito grauius. Tum etiā propter finē naturæ. Procedūt. n. debilitando vt hora partus leuius absoluanẗ: & tanq̄ maturi ad casum disponunẗ fructus. apho. 4. siḃ in alijs euenit partus tēporibus inter ipsis sequestratis. Attendendum etiam q̄ licet plures causæ aborsus extent: duæ tn̄ vn̄r principaliores: subractio, videlicet, alimēti embryonis: qd̄ sanguinis fit ductione phlōmia vel alio: ex puriore

Marginal notes: E; F; Tra. 2. ca. 197. De cassia fistula; G; H; Cō. aph. 2; te. 1. ca. 2. in me.; pho. 50 ... 1; aph 35 ... 6.; olli ca. 1. ... prio.; L. 1. dif. ... olli cō. ... pho. 35. ... C; t. 2. post incipiū. ... 11. p° dium.; 11. p° incipiū; D; 1. 2. in ... ma. c. 1 ... 2. post incipiū.; te fac. ... 139. in ... ltem

I tiore.n.nutritur parte sanguinis menstrui.apho.5. Reliqua vero est agitatio & motus vehemens quibus fœtus dissoluuntur ligamenta: vt thenasmus ostendit: quos fortior inducit pharmacia. His igitur breuius perstrictis dicendum: q oibus iuste vniformiter adinuicem comparatis phlebotomia pharmacia vniuersalius periculosior extat, vt series etiã sapiunt veteres. Qđ monstratur rõne: qm̃ phlebotomia non vr̃ conuenire nisi in primis tribus mensibus et maxime in eoꝝ medio cũ tunc embryo paruus & debilis non multũ expostulet nutrimentũ, q̃ si fiat paulatim fit & per interualla minorãdo q̃titatẽ & vices potius si opus multiplicãdo. Phlebotomia.n.taliter mẽsurata non tm̃ agitationẽ inducit, vt inde fœtus dissoluãtur ligamenta: cum id agere sit amplius pharmaciæ: neq; etiam sanguinem sic euacuat, ut fœtui noceat multũ: cum paruus et debilis minori sit contentus alimento. hoc aũt non cõpetit tp̃e pharmacia & proprie vehementer dissolutiua: quæ Hip.notior vr̃ fuisse, nõdum.n.fortassis medicinæ familiares benedictæ fuerant inuentæ: nec tanto eis tunc indigebant vt modo: cum corpora forent robustiora: vt ostensum dr̃ia.9. In secundo vero tẽpore vt in tribus mensibus sequẽtibus constat phlebotomiã periculosiorẽ fore pharmaciæ: cum maiorato & fortificato embryone plurimũ sanguinis expetat in nutritionẽ & augmẽtũ: quo subtracto aborsus accidit prõpte. Pharmaciã vero tolerat, cũ non subtrahat sanguinem ipsius alimentũ: sed humores reliquos nutrientes minime.30.dr̃ia. Est etiã sic fortis ac vehementer vinctus: vt & ligamina possint illæsa tolerare pharmaciæ agitationẽ et motũ: et proprie qñ fuerit ex secundis medicinis vel etiã tertijs ipsa: in reliquis vero vltimis tribus: licet pharmaciã et phlebotomiã difficilius ferat: phlebotomia tñ pharmacia grauius: cum ampliori valde solito indigeat in alimẽto & augmẽto sanguine, eo q maioratus fœtus continue. Quòd & si necessitas ad pharmaciã impellit sit leuior q̃lis est: vt apparuit: maxime tertia. Qđ si Hip. abhorret pharmacari cõtingit: quia vt tactũ apud ipsum fortiora cognita erãt pharmaca: quod innuitur in aphor. cũ per medicari vel purgare Hip.medicinã solutiuã intelligat dissolutiuam. Itaq; vt ad amplius in pregnante pharmacia concedenda quàm phlebotomia. Cõtra prędicta contingit dubitare, quia tempore pregnationis diuiso in tres partes quartus mensis cõiungitur tẽpori primo et septimus vltimo: cũ adhuc cõcessa sit phlebotomia insuspectior in primis mẽs. q̃ in secũdis. Sed 3.21. Oportet vt caueat añ mẽsem 4. & post 7. & in eo qđ est inter illa vbi prius alludit Gal. cõsequẽter vero Halyabba. In oppositũ primus practicæ ac vtcũq; nonus theoricæ inquiens. Si pregnãs aliquo tẽpore sanguinẽ eget minui aut cathartico purgari: propter aliquã passionẽ: nõ oportet accelerare hoc in primordijs donec sit mẽsiũ quatuor p̃gnãs, faciesq; hoc q̃nto vel sexto mẽse, et septio. Cauebisq; hoc idẽ.8. vel.9. In eis.n.est fœtus debilis & opus est illi cibo. Aut vero inanitio minuit cibũ, vnde et moritur fœtus. Octauo quoq; & nono creuit fœtus & eget cibo ampliori: in his si euẽt multũ minuitur cibus, fœtus nec remanet viuus: demũq; consulens subdit. Si autem necessitas ad inanitionem his temporibus impulit & timetur de morte mulieris si differatur tnõ cures fœtum sitq; tibi carior genitrix illo. Dicendum sermonem fortassis Halyabbatis sanum vsque non fore. primo enim quãdo mensem quartum componit cum tribus prioribus aduersatur Hip. & Gal. dicentibus pręgnantes purgare si conuenit s̃m quadrimensem.

Eti. septimus mensis non debet cũ quinto & sexto cõiungi verum cum octauo, vt dictũ & 9. nã s̃m Gal. purgandum s̃m quadrimẽsem & vsq; ad septimũ mẽsem. s. excludendo. Quod apparet ex illo addito, puta quod est in medio conceptionis, cũ certissime habeaĩ in matrice quod cõcipitur. Si vero cõponaĩ septimus cũ quinto & sexto, tunc id nõ erit in medio cõceptionis nisi geometrice valde. Itidẽ, aliqui nascunĩ in mẽse 7. plures et nõ cõplent nonũ: sed partẽ ipsius capiunt solũ: p̃pter qđ rõnabilius vr̃ septimũ mensem cũ tertio tẽporũ & nõ cum secũdo copulare: vt vulgatũ est a multis. Qđ & scđo vidẽtur cõcedere phlebotomiã in quinto & sexto, & septimo & negare ipsam in primis quatuor mensium non multũ recipio: cum declaratio rõnabiliter antedicta directe oppositum in phlebotomia ostendat. Visæ.n. sunt quædã in principio prægnationis una vel duabus mẽstruationibus laudabiliter mẽstruare. Et fortassis Halyabbas plus motum phlebotomiæ formidauit q̃ sanguinis caretiam ab illa inductã. Nosce quoq; aliqñ phlebotomiã expedire non existente plenitudinis significatione: puta qñ morbus fuerit sæuus, & virtus fortis, etiã timor apatis: ut in percussione & casu. Interdum uero et cõtra: tollitur. n. necessitas phlebotomiæ abstinentia vel mollitie vẽtris: pharmacia balneo: exercitio & frictione & virtute cum alijs & in impręgnatione ceu in proposito non parũ. de inge. quarto.

PROPTER quartum vero ad Auer. quid dicendum apparuit. Ad aliud etiam quid Gal. dicendum visum. Ad aliud dicendum, q pharmacia vehementer dissolutiua est de genere veneni: non autẽ reliquæ prædictæ q̃bus potest perfici purgatio benigne. Vel si oporteret eam exhibere in casu ostensum quo tempore cañ. Ad aliud dicendum q prælecta pharmacia non est agitatiua. Quòd si talis administretur, necessario fit tempore quo fortius fœtus matrici conuincitur: in quarto, quinto, & sexto mensibus. Fortassis etiam non est medicina multum violenta: & si humores extent furiosi cum desint agitabiles & ad exitum dispositi, ac si essent digesti. differentia.162. & ideo possunt in principio euacuari, cũ hoc etiam permanent in præiudicium grande naturæ in euacuati. Ad aliud dicendum, quòd pharmacia debilis & non fortis danda vt visum: neq; ea mouebit inuacuans: cum nullam habeat attractionem. sed obuiationẽ magis: neque ineuacuãs nocebit sensibilius, cum sit apta in cibum etiam conuerti. Quòd si est naturę fastidiosa: diligatur quæ abominationis minoris aut dulcibus vel acidis præparatur: Aut audit Auicenna quando quis ea utatur q̃ sępe.

DIFFERENTIA. CLXVII.

QVOD in acuta ægritudine post quartã diem non sit phlebotomandum ostenditur eo quòd medici communiter præcipiunt phlebotomãdum in principio qđ est ante quartã: puta prima: scđa: et tertia die. ceu sentit Rasis p oẽ: Isaac febriũ q̃to et Halyab. practicę.3. Eti.4.prima. Qñ postponiĩ phlebotomia apud principiũ ægritudinis nõ est amplius intẽtio. Et fortasse interficiet per aduentum debilitatis virtutis: principiũ autem terminatur in huiusmodi ægritudine ante quartã, neq; in quarta videĩ euandum, cũ sit in tali ægritudine qs motus naturæ indicatiuus aut criticus. dr̃ia.164. Itidem ibidẽ. Qñ est possibile vt phlebotomes vsq; ad tres periodos, facies quod nõ erit in quarta vt apparuit: neque in quinta: cum sit tunc materiæ motus: in sermone autem variolaꝝ ibidẽ phlebotomia cauetur post duos dies aut tres: & tamen in his expetitur phlebotomia maxime. Rursus. apho.2. Incipiẽtibus morbis si quid videtur mouendũ moue. vnde. 9. teraphcutices. Qui mox a principio non euacuant obedientes Erasistrato qui neque spontaneas hemorrogias imitari poterat: incidunt huiusmodi anxietatem sanationum: quoniam tũc neq; pharmaco possunt euacuare: cum augẽt febrem neque infrigidare, cum oppilationem & causam putredinis augmẽtent. Palm. Cũ natura est debilis non competit eũo. id autẽ in huius passione eueniat post

Marginalia: I 6.aph.37. — K — L — Particu.1. aph.22. & pti.4.aph.1. — Tra.2.cap. 10. p° pn. Cap.19. In medio. Ca.39.iuxta finem. — M — 4.apho. apho.1 — N — O — Ca.5. post principiũ — P — Q

A post quartam. vnde de inge. 10. Rarius est confestim in prima die, vel secūda virtutē imbecillē existere: qđ praua habitudine senio cōtingit vel extrinsecis. Amplius iā digerere, sequestrare, & se versus expulsionē prǣparare incepit natura: cuius etiam actū & modum euōnis medicus non potest sufficienter perpendere. Qñ aūt ita euenit non opus sit eam euacuatione irritare. Adhuc phlebotomia debetur qñ sanguinis est pctm̄ vt in fe. sanguinea, sed tales plurimum terminantur in quarta. crisium. tertio & quarto prima. Non igitur post quartam in acuta phlebotomandum.

HVIVS quoq; oppositum sentitur. 9. de inge. & primo quarta. Vnde Democritus. Qñ plenitudo talis fuerit aut ægritudo apparebit in qua phlebotomia sit necessaria nec naturā, neq; horā expectabis: sed cōfestim phlebotomia consolaberis. Itidem. 2. re. acu. Iubetur in pleuresi vena incidi qñ dolor ad scapulas ascenderit: sed id ut multum post quartā fit diē. vnde apho. prima. die octaua incisus est cubitum Anaxionis. Palin. Qñ est sanguinis abundantia & virtus tolerans cōpetit phlebotomia. hoc vero post quatuor pōt dies contingere, cū sanguis in forti abundet natura. vnde febris sanguinea non nisi in talibus amat fieri. dr̃ia. 164. Amp̄. post quartū cōceditur pharmacia. quarto re. acu. igit̄ multo amplius phlebotomia, cum ostensum sit. 66. difficiliorē fore pharmaciam phlebotomia. Phlebotomandum igitur in acuta post quartam.

B

PROPTER PRIMVM quidē sciēdū: quid sit phlebotomia dr̃ia inducta ostensum et nō pa; ꝙ principaľr phlebotomia debetur humori peccāti quantitate, secūdo vero qualitate. Quid ēt sit ęgritudo ꝗdq; acuta & qūo distinguatur. dr̃ia uisum. 72. & 133. Est autem ægritudo quędam acuta rōne materiæ, vel ſm ꝙ quanta vt synocha, seu qualis velut tertiana: nonnulla ex parte loci, ceu squinantia, reliqua rōne accidētis doloris videlicet, sicut colica. In quadam nempe oia continentur prædicta, vt in syrsen ex sanguine causato cholerico. In eo. n. peccat sanguis & acuitas eius, quantitas. Est & in cerebro quod cęteris post cor nobilius membris. 7. de inge. pessima etiam ei insunt accidentia vt frenesis seu karabitus. i. alienatio vel permistio sensus. Nosce quoq; quæsitum magis ꝓpositū fuisse de quarta die ꝙ̄ aliis: quia amplius in acutis cōterminatur in principio. In ea etiam mouetur natura: cū sit vnus dierum indicatiuorum aut criticorum.

C

PROPTER SECVNDVM vero sciēdū: ꝙ Gal. & vniuersaliter Græci liberius vn̄r concedere phlebotomiā ꝙ̄ Arabes. Octauo nāq; de inge. cōceditur phlebotomiā fieri. Plectorica etiā non existēte dispōne, sed quasi media inter ipsam et inanitionem humoribus similiter entibus grossis & viscosis. Quare. 11. eius. Optimum quidem vt dictum est venam incidere non solū in synochis fe. sed in aliis oibus quæ in putredine humo; qū demū, vel quæ ætatis aut virtutis nō prohibeāt, alleuiata. n. natura dispensans corpora, & deponens quod aggrauat eā uelut onus quoddā, dn̄abitur facile reliquo, indeterminatius etiā aliis cū Gal. Hip. in lypothomiā iussit adduci. Et eodem ideo. 11. quasi castigans eius sermonē ait. Quia non est possibile oppilationem et putredinem curare per phlebotomiam: cum aliis egeāt auxiliis: deponere oportet quid sanguinis in curæ tempore, ne cogamur interdū intemporanee cibare: nam inquātum euacuatur corpus eget cibo: vnde tunc necessariū vel nutritione febrē augumentare: aut in nutritione virtutem dissoluere: quare melius aliquid sanguinis proprium cibum animalis particulis relinquere. Arabes vero videntur phlebotomiā suspendere magis. vnde primo quarta. Melius est quidē, vt phlebotomiæ vices sint multæ ꝙ̄ vt eius quantitas sit multa. Et prima quarti. Consilium meum est in phlebotomia vt dimittatur quantum possibile: si autem non est possibile: tūc multiplicatio numeri melior multiplicatione quantitatis. Cōcedit etiam. A. ducere ad lypothomiā cum timoratione grādiori & digestione: quam & Auer. refellit. differentia. 164. Quod fortassis euenit, quia licet Gal. tradiderit can̄. curationis in toto orbe terrarum, & & non in Italia solū. de inge. quinto ipsi tamen directius & magis clymatibus adaptantur tēperatis, quales Græcorum sunt regiones, ex quibus vt Pergamo extitit oriūdus: in quibus & corpora sunt fortiora ac abundantior sanguis cum ipse sit humor temperatior & multiplicior, vnumquodque enim generatur a sibi simili & conuenienti. A talibus autem indicatio maxime sumitur. Arabes vero regiones inhabitāt distemperatas calidiores: quare ægritudines in eis fiunt cholericiores. propter quod colliget. septimo. Ægritudines quę sunt in terris Hippocra. simpliciter acute: in nostris sunt peracute. In quibus quidem propter dispositiones oppositas eis quæ in regionibus temperatis minus expetitur phlebotomia. Temperata quidem ipsarum sanguinis requirit euacuationem. Cholerica vero choleræ purgationem. Magis siquidem particulariter egrediendo deinceps dicatur 9. de inge. concedi: vt tactum post quartum phlebotomia ita. Optimum quidem vt vidisti semper nos facientes non solum sextenos vel septenos: sed & secundū eos qui deinceps phlebotomabis. Et demum phlebotomia fit omni tempore virtute ferente. Rasis vero 15. continentis dixit. Gal. noli inspicere in diebus: sed minutionem fac vsque ad vigesimum: vnde sexto breuiarii. Non oportet vt cōsideres in numero dierum: quia quando virtus est remanens non oportet vt sis contentus phlebotomare in sexto & septimo: imo in reliquis diebus. quare primo quarta. Cum in febribus oportet te phlebotomare: non attendas quod quidam dicunt. s. ꝙ non est bonū vt post quartum diem phlebotomia fiat: quoniam bonum est vt fiat etiam post 40. dies. Et hoc ſm sententiam Gal. licet præmittere vt ante quartum & præparare postea digerendo sit melius: cū certę fuerint significationes: quare colliget. 7. Tempus faciendi phlebotomiam sequitur virtutis fortitudinem: quia ipsa plus ſm plurimum est in principiis ægritudinum: propter hoc ordinauerunt quidam fieri phlebotomiam in principiis earum. Et multi ægrorum sunt qui phlebotomiam patiuntur vsque ad septimam diem. Et ad remouendum illorum opinio. dicit Gal. ꝙ debilitatem virtutis aut fortitudinem nō sequitur numerus dierum. Qui autem dicunt non post quartam phlebotomandum: iam tacti sunt in communi. unde quinto practicæ. Vtaris phlebotomo primo aut secundo & tertio die si virtus sufficiens est: quarta vero die nil attingas horum: sed quid de his mox apparebit.

PROPTER TERTIVM autē primitus videanť indicationes ostendentes euōnem sanguinis ante quartū vel etiam post. Et deinceps applicētur ad actum. Propter primum huius sciendum. ꝙ indicationes tales: & diuersitas situs materiæ tactæ sunt. differentia. 164. & 152.

Propter secundum huiusmodi sciendum: quod si omnes ostensiones testentur phlebotomiam: aut plures digniores: & virtus dispositio earum cū earum operibus principalibus: cum hoc & vrina grossa spissa in rubrū tendens, non autem adsit nausea neque ventris indigestio: aut eius debilitas vel superfluitas sensibilitatis choleræque susceptio: sint etiam vtcunque fortia cum adiacentibus & sibi deseruientibus principalia: nondum adsit materia ita digesta: quam natura expellat absque artis suffragio. sit & replens venas aut putrefacta cū aliquali sanguinis habitudine. Terminetur etiā ægritudo vltra septimā: tunc licet sit melius phlebotomare ante quartā, cū virtus sit fortis: qm̄ rarius est in prima die, vel secunda virtutem imbecillem fore: nisi laborantis praua habitudine aut senectute contingat. Potest etiā si aliqñ fuerint

Concil. Gg ij omissa

Margin notes (left): Cap. 4. in ordio.; Ca. 3. ca. 4. in fine; 3. s. ante medium.; Cap. 10. p° principiū; Ca. 16. & 66. aph. 13 in medio; c. 33; c. 13 in medio; 4. post principiū.; Cap. 15. medio.; prima pri. 60. aph.; & quar tc. 2.; c. 68; a. 14. in fine; Ca. 10. ad medium; Ca. 2. c. 7. in fine.

Margin notes (right): E; Quarto p̄ma secūda tra.; Ca. 43. p° principiū. 7. colli. c. 8 Arti. 2; Ca. 12. in medio; Cap. 9. in medio; Cap. s. ad medium In argu ad oppositū.; F; Ca. 6. t. s. Ca. 12. p° principiū; Ca. 10. ad medium.; Cap. 9. p° principiū; G; Cap. 13 in principio; H

I omissa etiã vltra quartũ fieri diẽ aut q̃ntũ, aut deinceps, puta nausea vel discordia:ignorãtia & similibus. Q̃d sermones Gal. sentiunt cũ eius cõplicibus inducti. Si vero discordauerint oẽs intẽtiones, aut plures & maxime principaliores vt virtus sit debilis &c. sit & vrina p̃dictę opposita:adsitq; nausea principalis cum horũ administrantibus infirma tendat spõte in digõnẽ materia:sit & ipsa vtcunq; a sanguine alia:fueritq; extra vasa. Suspẽdẽda est phlebotomia, non solum post quartũ:imo ẽt nõ pars ante ipsam. Q̃d fortassis uoluit. A. q̃n dixit. Cõsiliũ meũ in phlebotomia est vt dimittat quãtũ pot est. Si aũt ostensiones scitæ cum alijs cõsequenter additis medio se habuerint modo: non phlebotomandũ oĩario sicut primo:neq; desistendum penitus velut secundo. sed medio criter se habendũ: ita q phlebotomãdum erit lateraliter circa quartũ. Ex his igitur breuius: eo q alibi sunt in amplius hęc ordinata, poterit solẽnis mẽs artificialiter in his

Quarto p. me: trac 2. ca. 7. v. fiñ

K sub contrarietatibus veritatem coniecturari.

PROPTER QVARTVM autẽ. ad primũ dicendũ q ideo p̃cipit phlebotomia in morbi principio: q̃m laudabilius existit, dũmodo nihil fuerit impeditiui p̃tractum:nihilominus tñ si fuerit omissa, põt ẽt post quartũ, vt declaratum fieri. Ad aliud dicẽdũ q. A. loquit cõi magis sermone:non autẽ particulari:q̃n sanguinis expetitur euõ, p̃prie. Apparuit ẽt modus Arabũ, & Græcorũ in phlebotomando diuersus. Ad aliud dicendũ: q in se. tertiana dñatur cholera & cito crisim est habitura, vel ei non debetur phlebotomia:aut si debetur id in primis erit diebus. Ad aliud dicendũ, q secus est in variolis, q̃ in alijs ægritudinibus ex sanguine vel eius feruore:q̃m variolarum & morbillorũ materiã oportet ad exteriorẽ superficiem tendere manifeste, si laudabilis debet esse terminatio:phlebotomia vero post duos aut tres dies ipsam diuertit in contrariã trahens ad intus, non sic vero

L contingit in alijs sanguinis ęgritudinibus, cum non hoc terminẽtur modo. Ad aliud dicendum: q Hip. imitat vt apparuit quod melius in principio euãdo: attamen nihilominus non negat quin post quartã posset phlebotomari. Et similiter dicendũ Gal. Ad aliud dicendum:nõ semper natura est post quartum prostrata, q si esset suspendeda vt dictũ phlebotomia, cũ principalis indicatio sumatur ab ea. Ad aliud dicendũ, q vt concessum q̃n motus naturæ iã ex se apparet ad crisim non est phlebotomandum, cum sit medici energia conformari naturæ: neq; etiã possit oĩario metiri subtilẽ ipsius actũ: attentat nãq; fortassis per vnã viã & aliter q̃ tu volens ipsius imitator fieri. Ad aliud dicendum, q licet synochæ p̃m terminent in quarto. alię tamẽ sunt ęgritudines cum sanguinis abundantia, quæ ultra quartũ & septimũ iudicantur, cũ phlebotomia expostulet p̃p delictũ aliorũ etiã humorũ entiũ in venis. Ad eorũ vero alterius partis primũ dicendũ, q Gal. & A. et Democritus loquunt

M in ægritudinibus in quibus purus peccat sanguis & virtus est fortis, cum hoc sit in 9. vbi ait de cura synocharũ: ac simil'r. A. primo de phlebotomia q̃ in sanguinis ordinatur euõnẽ. Ad aliud dicendum, q fortassis phlebotomiã tardauit a principio Hip. quia cõfidebat se posse cura tentatiua sanare:vt per ea quę applicabat calefactoria varia, vel ostensiones, tunc etiã plures aderãt phlebotomiæ. Ad aliud dicendũ, q pleuresis Anaxionis nõ fuit simpliciter acuta, licet plurima sit hmõi:sed v'is topica:cum in. 34. fuerit terminata diẽ. hic autẽ sermo de simpliciter acuta. Aliud quod sequitur cõcedatur intellectum sane. Ad aliud dicendũ, q non conceditur pharmacia & negat phlõmia post quartũ magis: eõ q sit fortior euõ ipsa phlebotomia, sed quia post ipsum plus contingit reperire materiã indigentem eductione per pharmaciã q̃ p phlebotomiã: cũ sanguinẽ plurimũ in ægritudinibus oporteat, p thesauro recõdere & custodire:ipse ẽt

conuertitur in cholerã & melãcoliã: qũo autem fit timor & in pharmacia, & phlebotomia, et qualiter nõ, differentia visum. 166.

N

DIFFERENTIA. CLXVIII.

VOD in prima quadra Lunationis amplius q̃ in reliquis competat phlebotomia ostẽditur:sunt enim quatuor hæ ceu tempora vniuersalia anni eorũ proportiõatę naturis. Albumasar quarta introductorij, q̃m prima quarta vt ver ponit ca. & hu. vernalis infantilis sanguini proportionata. secunda calida & sic. ęstiua iuuenilis cholerae attributa. tertia frigida & sic. autũnalis senilis melãcolię dedita. quarto vero frigi. & hu. hyemalis senio, p̃portionata & phlegmati attributa. In illa igitur quarta in qua sanguis & natura sibi cõparata dñat, expedit phlebotomia. Hæc autẽ ut oñsum prima. Amp. q̃n uirtus, sp̃us, seu calor, et humores augentur:debetur phlebotomia : cũ ipsa humorũ

O multitudinẽ euet. sed hoc in prima euenit quadra: cũ humores sp̃usq; augumẽtent, & intẽdãtur et p cõsequẽs virtus, ipsa. n. fortitudinẽ sequit calidi innati eiusq; multitudinẽ. primo secũda. Eti. phlebotomia debet p̃ctõ q̃ntitatiuo:pharmacia qualificatiuo. differẽtia. 104. Sed hu. et calidum q̃d quãto associat in prima abundat quadra: in secũda vero & alijs ca. & sic. frigidũ & sic. ac hu. & tri. 'g bus attribuit qualitas magis:cui quidẽ debetur pharmacia:expetit. n. humoribus qualitate delinquẽtibus. Id dẽ cẽtiloquio:humiditates corporũ in prima quadra accedunt:in scda recedunt:& sm hãc, p̃portionẽ erit in duabus alijs quadris:quia in tertia aduenient & in quarta secedent. Q̃n autem accedunt debet minutio: tunc. n. coaugẽtur:q̃n vero recedunt oppositum: itaq; phlebotomia in prima competit quadra:non autem alijs ita.

Coll'r duo. 5. sum. 1. Cap. 8.

IN OPPOSITVM quia in prima quadra hu. nõdum sunt augmẽtati:neq; ebullierunt primo quarta, q̃n

P est mensis initium:tunc. n. phlebotomia nõ cõpetit neq; ventosatio, nõ ergo phlebotomãdum. Quõd in secũda nõ conueniat ostenditur, quia vt tactum, p̃portionat choleræ:p̃p quã non querit phlebotomia verũ p̃p sanguinẽ. Palin. timet ne hu. ebullientes agitati phlebotomia ad putrefactionẽ moueãtur:præcipitur. n. tẽpore motus ęgritudinis ab euãtione desistere:ut possibile. Rursus. In ea interciditur oppositiõis aspectus, qui perfecte iudicatur inimicitiæ latitudinis saltẽ:in eo autẽ præcipit astrologus ab euatione quiescere, & naturæ motione: cum naturæ contrarietatem habeat. Nõ igitur phlebotomandũ in quadra secunda. In cõtrariũ:q̃n uirtus tunc est fortis:petuntq; humores exteriora, his vero cõpetit phlebotomia. Adhuc in ea interuenit trinus aspectus:tunc autem maxime conuenit cum is sit amicitiæ perfectæ: sitq; lumine iam abũdans ualde: cõgruit itaq; phlebotomia.

C. 21. principio.

Cento. p' ... dictum. ... 4. ... 10.

Q Quõd vero in tertia quadra cõpetat præcipue ad Alexandrum secreta edocẽt Ari. Iidem. Halyhamec in de electionibus:q̃n fit phlebotomia oportet vt sit Luna in defectione luminis:hoc autem in tertia euenit quadra magis. Eti. in ea humiditates accedũt: sunt etiã adhuc humores acuti & virtus fortis, quæ phlebotomare præcipiũt:tunc itaq; euãndũ. Huius quoq; oppositũ scribit Halyabenragel: volens phlebotomiã fieri in primo medio mẽsis. Palin. Quia sm quid in ea intercidit oppositionis aspectus phlebotomiæ prohibitiuus. Amplius. quando humores petunt interiora se minorantes: tunc phlebotomiæ non est locus, sed sic est in decremento Lunæ, non itaque expedit. Quõd autem in quarta congruat, uidetur magis:quia q̃n humiditates abundant & diffunduntur, competit phlebotomia: sed hoc est in luminis defectione vt apparet in aere: tunc enim eleuantur vapores plurimi & fiunt amplius pluuiæ. Rursus. medicus imitatur naturam: ea vero euacuat in quarta

quadra

A quadra,& in fine mensis. vnde secūdo posteriorū. Finiēte mense magis fluit Nilus:quia uerior est finis mēsis:propter id quod Luna deficit:quod amplius septimo explicatur historiarū ita: mulierū motus menstruorū. videlicet. fit circa deficientes Lunas: vnde de ge.ani.quarto. Menstrua secūdum naturam deficientibus fiunt mēsibus magis. In quarta igitur Lunationis parte phlebotomandum. Cōtrarium autem sapiunt cæteri. Eti. pituita tūc abundat,cui non debetur euacuatio, sed purgatio vere. Adhuc aspectus interuenit quartanus qui contrarietatis saltem est mediæ:petit etiam Luna solares radios,nō igitur euacuandum in ipsa.

F.c.14.

Cap. 2 in principio.

Cap.1.cir. principiū.

PROPTER PRIMVM vero sciendum: ꝙ quadra Lunationis a mēse denotatur Lunari. Est autem mēsis multiplex:vt ostensum.104.drīa. Sed hic auditur mēsis coniunctionis constructus ex mense peregrinationis Lunę totius sui orbis. quod.27. dierū spatio & fere octo perficitur horis:ac ex duobus diebus & quatuor insuper horis,quorum numerus in 29. dies consurgit cum dimidio. Luna enim a Sole recedēs suo celeriori motu,ipsum non reinuenit in loco vbi prius copulata: sed fere per signum antecessit & ipse:cui demum Luna tempore duorum dierum, & quatuor horarum eidem iterum applicatur. Cum igitur hic mensis in quatuor diuidatur partes, eius siquidem consurgent & quatuor quadræ, quarum vnaquæꝗ septem continebit dies: ac insuper nouem horas, in quibus Lunę variatur lumen diuersimode,in fine nāque primæ quadræ semiplena efficitur seu diacornea. In termino vero secundæ plena omnino siue beclerce. In fine vero tertiæ redditur iterum semiplena: in quartæ vero vltimo Soli comburitur coniuncta lumine carens, & vigore. Recipit etiam alias particulariores figurationes. criticorum tertio.& de sphera mota Mesahalach. Potest etiam dici quadra Lunationis fm ꝙ Luna mouetur ductu primi mobilis in omni die naturali ab oriente in medium cœli,& inde in occidētē:& demum in terrę mediū ac in orientē tādem: iuxta illud centiloquij: humiditates in prima quarta accidunt &c. Est etiam attendendum ꝙ in phlebotomia et vniuersaliter in omni eductione duplex est hora:electa quidem quę horarū est aptior: in qua omnes conditiones aut plures seu digniores,quæ in ipsa expetuntur meliori obseruantur modo: vt in lumine diei clariori:superfluitatibus euacuatis: digestione perfecta, et huiusmodi expetitis. Et necessaria vt quando eam oportet fieri oino, ita vt nulla fere res eam interueniat prohibitiua quæ rarius accidit:ceu in apoplexia sanguinea & sqnātia priori.quarta primo. Licet enim Hip. pręcipiat in acutis morbis eadem die medicari. Dies siquidem latitudinem habet magnam,ita vt orbis & planetę possint aliter signari,ac aliter,propter quod non est diuersitas inter medicos & astrologos,sed potius intelligenti concordia summa, quæsitum quoꝗ hoc & si vtranꝗ horam continet,in electa tamen verificatur amplius. Quid autem sit phlebotomia differentia innotuit.164.

B

Cap.1. in medio

C

4.10. p' edin m. pho.4. in, 10.

D

PROPTER SECVNDVM autem sciendum, quosdam medicos dixisse magis phlebotomandū in prima quadra fore: quoniam vt tactum in argutis proportionatur sanguini calida existens & humida, hoc autem primo non ualet,cum in secunda quadra ante oppositionem & in tertia post.13. præcipiatur ab astrologis phlebotomari pfm. Similiter in ipsa humores nōdum sunt plene amoti exteriora petentes: neꝗ etiam inductiuum sufficiēs est eorū. qm̄ licet Luna fm quadras per diuersas varietur naturas relatione facta ad luminis susceptionem: Ita vt modo dicatur cali. & hu. nunc autem cali. & sic. & huiusmodi. Facta tamē comparatione vt ad Iouem, qui naturæ proportionatur humanę, totum lumen sic variatum frigidum extat & hu. phlegmaticum:ita ut calidū & siccum ipsius proportionetur amplius sanguini: ꝗ̄ calidum & hu.cum magis accedat ad calidum & hu. naturę humanæ. Fuerunt & alij:qui in oppositione phlebotomare præceperunt: eo ꝙ ventosæ in principio mēsis nō apponuntur vt quidā retulerunt, quia humores non dum amoti fuerūt. neꝗ ebullierūt: neꝗ in fine mēsis: qm̄ tunc sunt imminuti:sed in medio mēsis cū humores sint ebullientes & in suo sequatur augmento Lunæ lumini incrementum. primo quarta. Tūc.n. humiditates augmētātur maxime,cum Luna pcipue fiat vt alius Sol minor de ge.ani.4. In medio vero mensis Luna proprie in præuentione cōsistit,cum super diametrū ex opposito vertatur recte. Adhuc tunc est humiditatū augmētum omne, et fluxus. Hoc etiā vt declarabitur stare nō pōt:cum aspectus illa oppositionis sit hora naturæ aduersus oibus ꝓhibitus astrologis. Nec ipsorū inductiuū acceptandū est: quia vel id. A. non ex propria dicit sciētia: sed aliorū: aut qm̄ medium latitudinis grandis & nō arithmeticum pūctale intēdit: ita vt mēsis medium dicat qn̄ aspectus separatur oppositionis:qui spatium vt ostendetur.24. est graduum:quia etiam tunc humores mouentur feruore quodam nimio fluitantes:non mouendum.

E

Cap. 11 cir.prin.

Cap. 10. in medio.

F

PROPTER TERTIVM quidem sciendū primitus,qua Lunationis quadra cōpetit phlebotomia:& deinceps in qua scarificatio, ac sanguisugatio. Propter primum hmōi sciendum ꝙ Luna pōt dupliciter cōsiderari: prout fm quadras immutationes suscipit, aut rōne receptionis luminis, vel sitis ipsius: siquidē primū attendatur virtus corporis regitiua fm humorū augmentum, & motus ipsorū diuersificet:nā cum fit a cōiunctione ad oppositionē,fortificatur ipsa:humores.n. & spiritus incrementum assumunt, & motus ad extra tendit ipsorū. Ab oppositione vero ad cōiunctionē euenit econtrario. Et ideo introducit Alber.3. qui infirmātur in mēsis principio erunt ipsorū corpora ad repellēdas infirmitates fortiora. In fine vero mensis fit cōtra:quod motus affirmat criticus:cum sit expulsio quędā de interioribus ad extra: quem motū habet Luna de cōiunctione ad oppositionē: & ægritudo id non minus inanitionis,cum humiditatis egeat augmento, & virtutis uigore. Ab oppositione autē in cōiunctione contingit opposite vtrinꝗ. Dico itaque phlebotomandū esse magis in scda quadra:partibus oppositionis aspectus exclusis:consequēter in tertia: minus vero in prima, minime quoꝗ in quarta. Qd ex antemissis ēt oñdit:qa qñcūꝗ virtus est fortis,cū ab ipsa principalr sumat eūonis indicatio: & humorū augmētū: humoribus nāꝗ abundātibus dictū est,nō parū phlebotomia deberi:ac motus ipsorū petit extrinseca. Sequunt.n. motum phlebotomiæ,extat phlebotomādū. Id autē cōtingit in scda mēsis principalr quadra. Virtus.n. tunc est fortis p luminis Lunæ receptionē ampliorē: ex qua ēt augmentant humores & ꝗ̄ forinseca petunt,pp caliditatem mouentem de centro ad circūferentiā: Luna.n. qn̄ lumine magnificat,caliditatis efficit impssiones: vnde quarto de partibus. Noctes plenilunij sunt calidiores pp lumen Lunæ,quod in scda & maxime iuxta finem accidit quadra. Deinde vero in tertia:et si hu. sint adhuc satis in augmēto & virtus fortis & proprie in eius principio. ipsi tñ interiora exqrunt magis,plus tñ cōcedēda est phlebotomia ꝗ̄ in prima. vnde Halyhamech. Post præuentionem minutio ꝗ̄ initio luminis magis laudatur: alias tamen reperitur, Aerea,scilicet signa meliora sunt post præuentionem. Minutio enim initio quidem mensis magis laudatur comparatione uidelicet,finis mensis. In prima vero neque virtus adhuc fortis, neꝗ humores adaucti, & præcipue in eius principio, licet motus ipsorum incipiat tendere in exteriora. In quarta quoque nullum reperitur istorum & maxime vltra ipsius medium. Sic igitur phlebotomia competit maxime in secunda quadra: deinde in tertia; minus in prima, minime vero

G

H

Ca. 5.post medium.

I in quarta. Noſce quoq; quadras: differre ſm ꝙ ſunt
ante oppoſitionem vel poſtea: nam minus cõpetit ante:
vt in eorum principio quã in fine gradibus oppoſitio-
nis ſecluſis, poſtea vero ipſam cõtra, magis enim conue-
nit in ipſarũ principijs ꝙ in fine. Si vero conſideratur
Luna ex parte ſui ſitus id tripliciter põt ad pñs continge
re, vel rõne ſigni ſiue domus, aut cõiunctionis cõplexio
nis eius cũ reliquis planetarũ, vel ẽt ſtellis fixis, aut ex par
te aſpectus. Siquidem primũ dicũt aſtrologi in phlobo-
tomia fore præcipue obſeruãda ſigna aerea & ignea: &
moblia ſimiliter. Fixa vero & cõia magis ſpernenda.
Sed aerea non oĩa eligenda qm̃ Gemini & ſi hmõi ſunt,
propter duo tñ in ipſis nõ cõceditur phlobotomia, vnũ
quidem particulare, quia ſignat ſuper manus magnas in
quibus phlobotomia fit p̄cipue. Dicũt.n. ꝙ phloboto-
mia non cõpetit in brachijs Luna ente in Geminis, ſicut
neq; ſcarificatio ea tenẽte Cãcrũ in ſpatulis, in his.n. par
K tibus hæ cõcidũt: vt ſæpe: vñ in cẽtiloquio. Tãgere mem
brum ferro: Luna exñte in ſigno illius mẽbri horribile.
Aries nãq; ſignat ſuper caput, Thaurus ſuper collũ, Ge-
mini ſuper humeros & manus magnas, Cãcer ſuper ſpa
tulas, Leo ſuper cor & ſtomachũ: & q̃ inde: Virgo ſuper
vẽtrem & ei affinia: Libra ſuper vẽtris inferiora, vt circa
pectinẽ: Scorpio pudenda veſicã & anũ, & quæ inde ſi
ſint ſecus coxas: Capricornus ſuper genua: ſed Aquari⁹
poſſidet crura vſq; ad inferiora: Piſces vero denotãt ſup
pedes. Et id oẽ ſignatione eſſẽntiali, qm̃ accñtali põt con
tingere: vt Piſces notent ſuper caput: & Aries ſuper col-
lum, qñ quis ortum cõtraxerit piſcibus aſcendẽtibus aut
aliter differenter. Quæ ſiquidẽ denotatio nõ p̄ſcitur pfe-
ctius niſi ex natiuitatis certa notitia. Eſtq; opus recte iu-
dicare volentem vtrãq; denotationem attendere. Alterũ
vero eſt vl'e, qm̃ Gemini ſignum eſt cõium, ipſa vero Lu
na tenente dicunt non fore phlobotomandũ, ſignat.n.
minutorẽ plus vna percuſſione percutere vel neceſſitatẽ
L minutionis alterius tẽpore interpoſito modico. Sunt aũt
ſigna fixa vitanda qñ volumus vt hic permutare: ſic qa
eligenda cum fixa re. quidã tñ approbant Scorpionem.
Sunt quoq; mobilia: Aries, Cãcer, Libra & Capricorn⁹:
fixa, Thaurus, Leo, & Aquarius, cætera vero cõia. Eli-
gendum eſt aũt maxime vt Luna ſit in Ariete vel Libra:
Veneri aut Ioui vel ambobus applicans. Id.n. omne bo
num denotat phlobotomato. Quãtũ quoq; ad domum
ſit Luna in decima ſcd̃a & tertia: quæ domus eſt ſui gau-
dij ſeptima vel quinta, nõ autẽ in aſcendente cũ Lunę cõ
trarieſ caliditate ſui ac ſiccitate, neq; in quarta quæ dom⁹
eſt foueæ, aut in ſexta: quæ infirmitatis, neq; in 8. q̃ mor-
tis: vel. 9. quia ſui oppoſita gaudio: neq;. 12. quæ inimico
rum, triſtitiæ, carceris, & oĩs praui, aut cum dñis harũ do
morũ, nõ ſit ẽt dñs aſcẽdẽtis in his locis, ſed in. 10. magis.
Si vero ſecundo Lunæ obſeruetur cõiũctio, coniunga
tur hic Veneri vel Ioui, ſeu vtriſq;: non autẽ Soli cõiun-
M cta niſi fuerit vnitio cuius terminus eſt ĩfra. 16. minuta in
ante vel poſt. Ponunt.n. oẽs planetas in vnitione ſoli in
hmõi vigorari, hoc tñ quia breue ac tãq; punctale actib⁹
non multũ congruit medicinę. Aut ſub eius quidẽ radijs
per. 15. vel. 12. gradus ſit ante vel poſt, aut in cõiunctione
Satur. & proprie qñ ea fuerit lumine diminuta vel Mer-
curij. De Marte tñ quia medicinã denotat curatiuã et ma
xime materialẽ: diſcordãt fere aſtrologi. Inquit nãq; Ha
lyhamec fore phlobotomandũ qñ Luna fuerit in ſigno
maſculino Marti cõiũcta: nec timeãt illũ niſi ſit: aſcẽdẽs
in latitudine & in ſuæ augis circulo: ſitq; dñs domus Lu
næ illum laudabili aſpiciens aſpectu: vnde lumine a prę
dicto induct⁹ Mars eſt infortunata in oĩ opere, niſi in his
quæ pertinent ad ſanguinem: & venarũ apertionẽ & mi-
nutionẽ ſanguinis per ventoſas aut in medicandis ægro
tis. plures tamen Martis cõiunctionẽ, ac etiã aſpectus de
teſtãtur ipſius prauos. Vnde Haly haberagel, nõ eſt bo-
na minutio Luna eunte ad Martẽ. Et Ioãnes Hiſpalẽſis. N
Non ſit Luna Marti coniuncta, ſignat.n. poſt minutio-
nem choleræ motum ſicut applicatio ad Saturnũ melan
coliæ. Quibus magis aſſentio timens Martis verſutias.
Infortunæ nãq; auaræ ſunt & infideles, cũ.n. quid præ-
ſtauerint boni pœnitentes conantur illud aufere, fortunę
vero contra. Albumaſar in aphoriſ. Tertio quoq; rõ-
ne aſpectus: qm̃ cũ quadruplex ſit vt ſextilis, quartus, tri
nus & oppoſitus faciẽda eſt quidẽ minutio qñ Luna fue
rit in aſpectu magis trino Iouis vel Veneris: cõſequẽter
qñ in ſextili: aſpectus autẽ quartus iſtorũ nõ nocet neque
oppoſitionis etiã: licet non cõferãt: ſed vitandus eſt aſpe
ctus oppoſitionis proprie. ac demum quartus ad Satur-
num & Mercurium maxime: deinceps ad Martem: tri-
nus autẽ aſpectus, & ſimilr̃ ſextus Martis fortaſſe iuuat,
eo ꝙ hoc Martis eſt artificiũ qd̃ nõ Saturni ineſt & Mer
curio. Eſt autẽ aſpectus ſextilis cõtinẽs ſextã partẽ cœli:
puta duo ſigna qui & in duo ſeparaſ, ceu alij præter op-
O poſitũ. Reſpicit.n. planetã in ſigno tertio exñtẽ añ ipſm
& poſt: ſicut qui exiſtit in principio Arietis illũ qui fuerit
in exordio Gemini ac Aq̃rij. qui mediæ aſpectus dr̃ ami
citię. quart⁹ vero eſt quartã cõtinẽs cœli ptẽ vt tria ſigna:
qui duplex eſt vt prior, ceu qñ ante ſe conſpiciſ qui eſt in
Cancro: & poſt eum qui in Capricorno, dictus inimici-
tiæ dimidiæ. Trinus vero aſpectus eſt continens tertiã p-
tẽ cœli, vt q̃tuor ſigna: ſicut cũ ex Ariete uideaſ ille qui in
Leone & Sagittario: & hic perfecte dr̃ dilectionis. Aſpe-
ctus quoq; oppõnis eſt ſimplex vt de aliquo ſigno data
quocunq; in ſeptimo perfecte cõtrarietatis erit ac inimici
tiæ. Et qd̃ dictum de exñtia planetæ in Ariete & alijs, ita
per ſimilẽ diſtãtiã fit in ſignorũ reliquis. perdurat quoq;
hmõi in Luna viſio per quãtitatẽ luminis ipſius, ſicut in
cæteris quæ. 12. eſt gradũ anteceditq; poſt in ea. vñ cum
aſpectus oppoſitus, ac etiã quartus ſint praui ſuſpenden
da phlobotomia per 12. p̄dictos grad⁹ añ et retro. Erga
P trinus & ſextilis ſunt laudabiles: in his phlobotomãdũ
viſionibus: prædicta graduũ quãtitate obſernata. vñ cũ
in aſpectu trino primo Luna ſit duas ptes trini luminis
iam adepta, ſitq; beniuolus diſtans ſufficienter a quarto.
E doq; adiuuat ad hoc vt venenum penetret ad profundū prohibēs attractionem ad exteriora. Quod enim trahit humores ad interiora, cum eis etiam venenum cōtrahit. Cui dicendum q̃ in principio principiante nō debet fieri euacuatio f̄m A. timendo attractionem veneni ad interiora peramplius. Principiū nanq; latitudinem habet. quædā.n. pars ipsius magis attinet ad principiū certum alia ad finem eius: nōnulla uero ad mediū & merito, q̄m anteq; praua superueniant accidentia. vnde paruū præterijt tempus: aliquando enim 7. dies, interdum quarto, quandoq;. 6. menses: interdum f̄m alios annus. Et dixerunt aliqui. Et non est creditum aliquando talia post septem annos apparere. Accepit igif Almansor pro principio partem mediam princip ij aut quod attinet eius extreme. A. vero partem primā exclusit vt principium initians. vnde subdit post attractionem ex loco. Quādo igitur trahis qd̄ tibi possibile est post duos dies aut tres: tunc occupare in euacuando quod forsitan iam penetrauit.

Vbi supra Imediate. ca. 7. iux. fi.

F Propter huius tertium sciendum quòd aliqui dixerūt morsum terreri ab aqua propterea quia facta est complexio ipsius mala æqualis cōplexionalis. q. ita vt refugiat contraria & similia concupiscat. nam discrasiæ naturales appetunt similia: ægritudinales vero cōtraria in techni. 2. vnde quarto sexta inquit Ruffus. Non terrentur ex aqua & diligunt volutari in terra, nisi quando complexiones ipsorum iam dilexerunt siccitatem, quare abhorrent contrarium complexionis & diligunt conueniens. Consequenter vero subdēs eum detestatur. A. inquiens. Ad hunc sermonem non est declinatio. Declinatio nāq; ad illud quod conuenit complexioni propinquę est ex illis ad quæ non currit. q. d. complexio æqualis non introducif ex propinquo vt hæc non raro. Aut licet sit aliqua ho℞ propinquitas, non tamen tanta q̃ inducta sit naturalitas concupiscendi quæ similia. Et fulcitur: quia hi sitiunt vehementer & appetunt aquam, licet ea uisa terreātur q̄maxime. Eti. specul. & vniuersaliter tersis species repræsentantibus eis timor incutitur. Rursus marasmatus complexionem prauam habet æqualem calidam & sic. & tamen frigidam appetit aquam vehementer illi contrariam. Rasis vero medicus sophistica in eius prob. sentit prętactum euenire symptoma ex subingressione aquę in poros stomachi angustiores: vnde spūs causat phantasiam inducens terribilem. Sed id tunc nō minus fortassis deberet liquoribus consurgere reliquis. Propter qd̄ dicendum id magis contingere ex imaginatione corrupta phantasiantur nanq; canes in liquidis & tersis ac ipsorum viscera. Almansor & Halyab. & ideo formidāt aquam & abhorrent: licet egeāt propter sitim illa. Quod aperif: quia nocumētum infixum membris est principalibus & maxime cerebro: theoricæ. 8. Spūs enim animalis cum reliquis conuersus ad naturam melancolię, de cuius ratione timor existit, vnde quinto de accidenti. Non est mirum si tristitiam & timorem mortisque suspectionem melancolici patiantur: cum melancolia fundamento dominetur animæ rationalis. Nihil enim videmus extrinsecus occurrens tantum timorem vt tenebras inferre. Nam Ruffus inquit hanc passionem quandā melancoliæ speciem fore. theo. 8. hic siquidem spiritus ita corruptus cogit quod non est imaginari & tandem sentiri visu, aut auditu vel sensu reliquo. vnde colliget tertio. Propter ægritudinem aliquam fixam timorem vel tristitiam: vapor quis dissoluitur cerebrum ascendens in quem forma imprimitur cogitati: in cuius quidem ascensu spūs concitatur animalis: ita vt vsq; ad virtutē perueniat imaginatiuam, qua mediante sensus mouetur cōis: hic autē monet particularem taliter vt resentiatur extra. Populus tñ credit q̃ hm̄oi sensatio ab angelis vel a dæmonibus imitaf. Cum.n. uisus spū fretus huius corrupto: ac occurrens liquidis & tersis imaginem repræsentantibus canis similitudinem

Tra. de vi. tre. i. cō. 5. Vbi supra imediate.

G

Lib. 8. cap. 10. in fine. theo. 8. ca. 10. Vbi supra imediate. Ca. 7. in fi.

H

Vbi supra imediate C. 32. in fi.

I tudinem: in cuius virtute agit. facit videre. Et quia melancolicus huius pauor: & hinc timorem incutit vehementem: quare medici liquidum quod trepidati assumunt iubent occultari, per cannellumq; fugi. Recolo nãq; cum furore quodam in conualescentia turbarer, mihi ex corruptione imaginatiõis accidisse, vt omne visum auia videretur mei nuper defuncta. Similiter cum diu in ignem conflassem erectis oculis, apparuit fumus subniger altus qui per motum circularẽ a superius incipiens euanuit in deorsum. hoc siquidem proportionale tangitur meteororum. 3. cuidam vt Antiferoni erithi fm Alexan. accidisse debiliter & non acute videnti: tanq̃ semper intuenti idolum ipsius ex opposito antecedere. Formæ vero in pinguedinibus in matula decisis repræsentantur, quia omnis elicitur effectus fortitudine agẽtis, & materiæ aptitudine, quod hic concidit cum id venenũ calidum sit & siccum vehementer acutum sibiq; assimilatũ. Omne nã que qd' deducitur ab aliquo: eius notã obtinet a quo producitur. Nam orta principijs contestantur. in techni. materia etiam in qua repræsentatur effectus est subtilis humida de facili passibilis apud Galenũ. propter quod effectus est formis vtiq; canum consimilatus poterit in matula causari: quo quassato dissolutio accidit vt nihil appareat residere. Id autem persuadet virtus seminis informatiua & vrinæ dispositio in phiala: vt denotant granula magis superius vrinæ inferius vel in medio entis reumate partes differenter percuti, similiter hypostasis circulusq; cum alijs contentis.

Cap. post medium.

K Li. 2 t. cõ. 31. in fine Collir. de dif. inqua li. doc. 2. c. 2. in med. & pmo de dif. feb. ca. 7. in fine.

PROPTER QVARTVM vero ad primum dicẽdum. A. loqui fm alior; opinionẽ. Modus nanq; ipsius est cum aliquid non affirmet scribere dĩe fertur, ceu quędam ipsius indicãt, præter prognostica Hippocratis attributa prognosticis. Ad aliud dicendum, q; partibus theriaces. Dio. non inest nisi uni fere, videlicet gentianæ, vt conferat morsis: propter quod si aliter prosit non ab alijs ipsius componentibus, sed ab isto fit tñ, cuius quidem iam datus modus. Ad aliud dicẽdũ, q; in quibus ipsa præstat auxilia, in alijs fortassis minime. hæc ẽt perfectiori dicta sunt modo & plurimis alior; medicaminũ consurgere. Quare non huic multum ascribẽda talia. Ad aliud quid dicendũ apparuit. Nam cõcessum est huius theriacen exterius oppositã morsis cõferre pręcipue. Ad ea etiam quæ alterius partis quid dicendũ visum: qm̃ gratiosissimi medicorum considerantes nullum, aut q̃ paruum iuuamentum istius medicaminis fore morsis, id explicarunt minime. Ad aliud dicẽdum, q; si quid conferat complexione & qualiter monstratum: & non proprietate cum ipsa careat, nisi ea sit quæ gentianæ mirifice in hac punct ura laudatę.

L

DIFFERENTIA. CLXXX.

M T. 3. ca. 7

VOD in scabie non competat phlebotomia ostenditur. A. eam minime præcipiente quarto septima quem non est insufficientẽ ponere, cũ cæteris particularior extiterit. Adhuc phlebotomia est eũo quæ debetur humoribus æqualiter abũdantibus, cum sit euacuatio multitudinem humorũ educens quarta primo. sed in scabie hu. non abũdat ęqualiter: immo humor adustus aut salsum, phlegma magis. Rursum vndecunq; repit natura, indeagere per conuenientia loca. apho. prima, cum medicus sit imitator naturæ, sed ea per cutim reperitur ducere, quæ vna euacuationem extat laudabiliter criticantiũ, vt sudor ostendit. Palin. quando san. fuerit bonus paucus et humores multi mali, phlebotomia bonum rapiet, et malum relinquet: primo quarta. huius autem euenit in scabie, cum extet species lepræ. Eti. eadem rõne qua coitus prohibetur hic: eo q; mouet materiã ad exteriora, & excitat vaporem putridũ calidum aduenientẽ ad partẽ superficiei cutis in qua putrescit. quarto. 7. ita & phlebotomia: quia motum in humoribus causat ex eis vapores eleuando & fumos. Quare quarta primo. Minutio est turbans donec quiescatur, & ideo phlebotomatis interciditur somnus. Itaq; in scabe non cõpetit phlebotomia.

Cap. 1. In princi. Apho. 21.

Ca. 10. p° principiũ.

Tra. 3. c. 7. n princi.

N Ca. 1. circa principiũ. Cap. 7. in prin.

IN OPPOSITVM breuiarij quinto. Euentus scabiei fit ex sanguine grosso qui putrescit. Quapropter sit inceptio curationis eius cũ phlebotomia. At Theodorus Priscian⁹ phlebotomo prius sub gemina detractiõe subueniendum est, & uentris purgatio frequenter. Rursus in lepra communiter phlebotomia præcipitur. 177. Dictum autẽ scabiem lepræ speciem existere. Adhuc aũt 11. de inge. Optimum est venam incidere non solũ in synochis fe. sed & in alijs omnibus quæ in humorũ putredine. In his autẽ timor potest gratia fe. aduenire. Ideoque quarto prima. Consilium meum in phlebotomia, vt dimittatur quantum possibile. Sed in scabie, vt ad multũ nõ est fe. suspitionis illatiua periculi. expedit igitur in scabie phlebotomia.

Cap. 1 5. in medio.

T. 1. ca. 7 ver. finem.

O

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q; scabies est corporis uniuersalis superficiei defœdatio cum pruritiua punctura & vlceratione modica, propterea nanq; inter passiones annumeratur communes: cum fere totã corporis superficiẽ cõtineat: quo a plurimis differt subcutaneis passionum: ulcerat autem non profundius cum acredine quadam & punctura propter nitrositatem, seu bauracitatem humoris acquisitam. Dicitur autẽ cuti superficialis fœditas, eo q; non sub ægritudine cõi, verũ in his quæ de decoratione tractatur. Ea propter nosce q; scabies dupliciter potest se habere. Vel quia interdũ totius essentialiter impedit actus. Et ista ęgritudinis sapit naturã: cum id ratio existat morbi. Aut non lædit omnes operationes, sed vnius solum, puta eã quæ cutis, ex qua tñ læsio nõ consurgit in totum. Et sic dedecoratio quantũ ad corpus extat reliquum: morbus tñ quo ad cutim, ceu solutio imparis q̃ parua digiti, et si actũ eius non impediat partis, tñ in qua est ita ut virtutes illius actibus impediantur proprijs morbus est non digiti, sed partis solũ in qua cadit. at quia rarius scabies actus impedit corporis vniuersi, ideo non sub ægritudine: verum sub dedecoratione locatur cõmunius. Existit autem scabiei, ceu plurium aliar; triplex ægritudinum causa. Primitiua uelut cibi, et potus salsi acres & amari, priuatio balneationis, mutationis pannorũ, exercitij & frictionis. Añs ceu hu. peccantes in sanguine maxime. coniuncta sicut quis humor corruptus ad cutem delatus. Propter quod sciendum, q; materia quæ in cutẽ propellitur aut est incorrupta naturalis, uel est corrupta putrescẽs. Et siquidem prius, aut est fumosa terrestris, fm tamen amplius & minus grossa: ex qua pili generantur & vngues. differentia. 54. vel humida vaporosa, quod tripliciter euenit. nam aut est subtilis, & sic in vapores insensibiliter foras demandaĩ trãspiratione nominata occulta. vnde proble. quinta. Semper corpus nostrum proprium quendam tepidum uaporem emittit a se aerem calefacientem propinquum: uel grossa, quæ sub cute remanens affecta calido corporis ac extrinsece: Dæmonis virtute in pediculos conuertitur. Aut media, quæ in sudores emittitur extra. si vero extiterit corrupta virulenta, uel est subtilis & tunc ex ea proueniunt furfures & pruritus: in minus tamen & magis diuersificata, aut grossa: & ita scabies: aut alterutra, & sic alopicia: impetigines & serpigines. Et nosce q; scabies crisis extat interdum quarundam ægritudinum & proprie chronicarum. Et est ægritudo contagiosa. quid autem sit phlebotomia. differentia ostensum est. 164. cum alijs.

P

Q Probl. 36.

PROPTER secundum quidem sciendum, q; aliqui omiserunt phlebotomiam in scabiæ adhærentes, vt pręmissum est. A. & quoniam phlebotomia cum sit vniuersalis euocuatio hu. debetur quantitate peccantibus: non autem contristantibus, quales qui scabiei generatiui. Et

quia

A quia materia ipsius vt extra venas existere, quorum quidem defectus tertio & quarto propositorum ostendetur.

PROPTER vero tertiũ sciendum, q̃ in scabie competit phlebothomia: ceu oẽs exprimũt vel patiuntur ẽm oẽs, dummodo aliæ non obstẽt indicationes a virtute & ab his quæ eam consequuntur sumptæ, atq; ex rebus nõ naturalib⁹ inter virtutẽ intermediis & dispõnem. Quod monstraẽ: qm̃ aut materia eius intra venas existit, vel extra. Siquidem primũ cũ amplius hic dñetur san. expedit phlebothomia. Ea. n. ipsius ꝓpria eũo est. Quod firmaẽ qm̃. 4. 7. Materia ex qua generaẽ scabies, aut est materia sanguinea cui cõmisceẽ cholera, quæ forsitan est cõuersa in melãm, aut conuersa est pars eius in melãm, vel materia cui commisceẽ est phlegma salsum baurachitũ. un. 4. practicæ. scabies fit ex phlegmatis salsi cum sanguinis melci admistione. Qñ aũt san. peccat singulariter, aut ẽt aliis permistus humoribus, competit phlebotomia. 8. apparẽs de inge. Non. n. semp quis phlebotomaẽ & si principalius ꝑꝑ sanguinis multitudinẽ: verum ẽt ꝑꝑ malitiã eius vel vtriusq;. primo. 4. Rursus prius opus fit vnamquãq; causarũ efficientium ægritudinẽ abscindere in techni. 3. talis aũt san. potest esse antedictus & si mediãte alio, vt ea quæ coniuncta. Est. n. his causa penitus antecedẽs. Ampli⁹ passioni vľiori cura debeẽ huius vt vnũquodq; coaptetur ꝓportionali. Phlebothomia vero & scabies (ut inductum) tales extant, conuenit itaq; in scabie hmõi phlebothomia. Si vero humores ipsam causantes nõ extiterint in venis, verum iã ad cutim ꝓpulsi, fuerintq; multum a sanguine alieni tunc non competit ex opposito inducti phlebothomia. Rursus timeretur ne materia corrupta traheretur intra venas, in quibus amplius putrefacta febrem posset causare. Quod cauendum potissime: cũ ea fuerit ægritudinis indiciũ alicuius, immo potius trahẽda est quantũ possibile ad cutiz, ceu in aphoribus p̃ceptum est fieri criticis. Igitur tunc phlebothomãdum & ad vnum opus est in scabie & pruritu magis pharmacia q̃ phlebothomia: cum plurimũ hu. ex quibus causaẽ distãtes facti sint a sanguine: q̃lis est illa: quæ sanguis diciẽ mundificatiua, eũ ab infectionibus superfluitatũ alioꝶ mundãdo.

PROPTER QVARTVM vero ad primum dicendum q̃. A. non negat phlebothomiam: immo amplius eam facit audiri: cum dicat. Cura scabiei prima & melior & cum qua est sufficiẽtia est eũo cum eo quod educit humorem adustum, acutũ, & salsum phlegma. Eũo vero proprius debetur sanguini, maxime qñ dixit scabiẽ generari ex materia sanguinea cholerę uel phlegmati permista salso. Ad aliud dicendum, sicut apparuit q̃ licet principaliter expetatur phlebothomia ꝑꝑ hu. æqualiter abundantes. debetur ut inductum hu. ẽt contristantibus: dummodo extiterint intra venas cum sanguinis abundantia. neq; qñ debeẽ humor extat choleric⁹ adustus omnino aut salsus uel sanguini permistus. Ad aliud dicendum, q̃ ille Hippocratis sermo audiendus est qñ expulsio fit critica velox & violenta a natura, qualis nõ est scabies: quæ si talis fuerit vt dictum: est qñq; a plebothomia cessandum. Oportet. n. primitus totũ eũare phlebothomia: cum opus existat ne san. per amplius corrumpaẽ, & q̃ corpori destruat superficiale. Ad aliud dicendũ per interemptionem minoris assumptæ. Non enim in scabie semp est bonus san. & paucus, alii hu. multi extãt & praui. tunc enim expetiẽ magis pharmacia q̃ phlegma. Scabies ẽt licet dicatur species lepræ, multum interius differt ab ipsa, conuenit tamen in superficie corporis magis, cũ vtraq; sit ægritudo contagiosa & corporis impediat superficiem. Ad aliud dicendum, quod motus & perturbatio facti per phlebothomiam non sunt tanti vt hi qui coitu contingunt. Aut phlebothomia euacuatur causa scabiei futura. non autem coitu: verum potius multiplicatur ꝑꝑ fumum putridum a coitu dispersum per omne,

Margin notes (left): Tra 3. c. 6 in prin. Collr ca. 6 in prin. & 7. theo. — Ca. 27. in principio. cap 4. post principiũ. — B — Ca. 10. in prin. T. c. 95 — C — ca. 7. i fin. — a. 6. i fin. — D

DIFFERENTIA CLXXXI.



QVOD solutio continui ad interius penetrãs cranei non possit sine ossis eleuatione medicinari ostenditur auctoritate omniũ scribentium & operantium fere. Gal. quidem primit⁹ in fine sexti terapeutices. Albucasis in eius parte secunda operationis manualis. Halyabbatis nono prac. quarto quinta. Et colliget. 7. hi nanq; & vt vna sit differentia cæteri conueniunt vt ossis fiat ablatio circunstantiis. Adhuc monstratur ratione per topicã. Si quod minus videtur inesse aderit, & quod magis. Minus autem videtur cum os aliarum partium a craneo fuerit indebite restauratum & ligatum: cuius fractio vsq; ad medullam penetrat, quòd oporteat restaurationem & ligationem iterare: ne sanies medullum cum osse corrumpat. Sed hoc propter accidens superueniens oportet gerere. Cum igitur in quodam aliorum ossium contingat prętactum: quanto magis in osse capitis: cum non possit ligari & restaurari vt aliarum partium ossa: multo igitur magis. Rursus si fractura sit parua capillaris dicta: uirtus propter grossitiem partium circunstãtium medicinæ vsq; in profundum nõ poterit peruenire in techni. &. 7. de inge. Neq; etiam materia prolapsa ad interius ingrossata poterit per huiusmodi scissurã paruaz educi. Amplius si dicat quòd huius medicinatio solutionis cõtinuitatis fiat medicinis vt emplastro aut vnguento absq; ossis attractione, oportebit quòd medicina hæc saniem generatam extrahat ab interius ad extra. Quod nisi duobus aut tribus poterit euenire modis. Nam omnis attractio tertio naturalium fit, aut virtute qualitatis: qua magnes ferrum ad se conducit: vel consequentia eius quod euacuatur. Nõ quidem prius: eo q̃ virtus specifica est potentia quædam naturalis consequens introductionem formæ in materiam secundum aliquem ad orbem aspectum. 71. forma autem hęc introducta qua talis operatio consequitur artis existit: & ita accidentalis. Omnes enim formæ accidentales sunt accidentia propter quod virtute non poterit hoc contingere specifica. Neq; a vacuo: quia vt actus eueniat consequentia euacuationis oportet esse attrahens quod subtilius & vas continens: non autẽ dispergens, quæ non reperiuntur in emplastro aut vnguento forinsecus applicato. Neq; etiam potest saluari huiusmodi per calidum attractio: quia hæc est ipsum ad implendum vacuum attractio. primo prima. Quare nullo modoꝶ est huiusmodi attractionem saluare. Itidem in ossis fractura non solum exterius: verum etiam interius mala introducitur complexio: quæ sanari non poterit nisi eadem remoueatur. Quare medicinam oportebit ad locum interiorem peruenire. motus autem attractiuæ medicinæ secedit ab illo. Palin. vulnera omnia præter contusa debent exiccari. 107. Exiccatiuum autẽ tenet se cum frigido: eo q̃ siccitas maior q̃ debet reddit corpus frigidius q̃ oportet prima primo. Quod autem tale foramen vulneris obturabit amplius & saniem impellet interius. Igitur opus fit os eleuare.

HVIVS quoque oppositum nondum quis fide dignus auctoritate confirmauit. Rationibus tamen & experimento potest non parum conuinci. Emperia siquidem, quoniam cum cuiuslibet fit addere quod deficit. hecticorum primo. Quidam taliter operantes hodie laudabilius & absque minoribus concisionibus curant primis. Ratione quoq; : quoniam quod prauiora infirmo adducit accidentia, non debet administrari. huiusmodi est ossis eleuatio cranei. Sequitur enim non parum dolor cerebri communis: concussio, spasmus & mors subita, vt testantur sapientes præmissi. Adhuc in percussione cranei primitus occurrit fractura: postea humorum decursus: deinde malac omplexio: quam quidem in omni curatione (vt dicunt) pri-

Margin notes (right): E — Cap 6 Cap. 85 T. 3. cõ. 1 ca. 36. i fi. li. 3. ca. 16 — F — Lib. 3. a t. c. 99. vsq; ad te. cõ. 103 & t. c. 164. ca. 13 iuxta fi. — ca. 14. cir. medium. — G — Do. 6. ca. 3 post ini. — H — Do. 3. ca. 1 versus fi. — Ca. 10. in prin.

I mitus oportet remouere. Hoc quoq; agit medicina super posita: non autem ossis eleuatio: immo hæc complexionem deteriorem amplius inducit. Quare emplastris vel vnguentis insistendum absq; ossis eleuatione.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q; solutio continuitatis siue imparis omnibus aduenit membris etiam sanabilis, nisi cordi. Illud enim solutionem non tolerat continui. 87. Aut nisi ad intimam partis intrinsecæ peruenerit, vt ad ventriculos cerebri vel pro- funditatem hepatis. aphoris. sexta. Ad hanc enim im- moderatus sanguinis prosequitur exitus. Gal. vero ibi- dem. Incisionem cerebri vidi sæpe sanari. semel enim in Nubia ciuitate Samariæ quandam quàmmagne & concaue incisum cerebrum habere conspexi, & tamen mortem euadere: quod contingit rarissime, quæ quidem solutio continuitatis secundum quòd diuersis aduenit membris: diuersa vt aiunt sortitur vocabula. nam si cuti aduenerit, dicitur excoriatio uel scarificatio. si vero carni plaga siue vulnus. Quando autem factum fuerit sanio sum appellatur vlcus. si autem occurrerit ossi aut cartilagini, & hoc secundum latitudinem vocatur incisio. si vero secundum longum & paruæ fuerit quantitatis dicitur scissura. si vero magnę contusio. Quando autem aduenit lacertis secundum latum dicitur separatio. si vero in eorum extremitate, puta in corde aut neruo dicitur separatio, secundum longum autem vocatur liquæfactio & dissolutio. In extremitate vero ipsorum eueniens vt in chorda vel neruo vocatur attritio. si quoq; aduenerit arterijs aut venis vocatur apertio, & si fuerit secundum latum dicitur incisio vel separatio. si vero secundum longum scissura nominatur. si autem panniculis dicitur ruptura. quòd si iuncturis vocatur separatio & dislocatio. differentia tactum. 75. Quid autem sit craneum & eius compositio. 39. Deinceps quoq; sciendum, quòd modi figuræ solutionis continuitatis capitis cum eius nominibus & causæ sunt multiplices, quædam nanque ipsius solutio est simplex, & alia est composita. Simplex quoque multiplex est. nam quædam est in cute tantum: alia in craneo: quæ proprie dicitur fractura. istiusq; aliqua peruenit vsque ad medium craneum. Est nanque compositum ex duabus partibus inter se, rimulas & anfractus quàm plures habentibus, quas & tabulas vocant, quorum nonnulli penetrant vsque ad interius omnino. Est & alia duram etiam soluens matrem: quædam & piam: alia vero ad medullam peruenit cerebri, & non nulla ad ventres mortalis iudicata. & adhuc aliqua est contusiua ita quòd cutis exterior non videtur læsa, & interius erit os fractum, aut etiam non fractum: sed solutio continuitatis interius & contusio. Item quædam est lata quæ os frangit in plures partes, alia in quo ossa confracta in interius propelluntur marusis dicta. quædam subtilis minima quæ non apparet nisi per enclaustri aut alicuius liquidi colorati appositionem, mergitur enim in eam & ipsa dicitur capillaris. Contingit etiam interdum quòd cutis aut os non frangitur sed in interius applicatur, sicut vasa metallica quando fortiter cõtunduntur. quod in capitibus mollium euenit puerorum. Diuersificantur etiam huiusmodi solutiones penes illa quibus inducuntur. nam os quædam ensis perficitur percussione auferente totum os vsquequo in panniculum penetret, quæ fractura dicitur axalis. similis enim est incisioni ab axia ligno immissa. aut ense inciditur superior pars ossis tantum absq; penetratione omnina quam dicunt absolute fracturam: quæ autem lapide aut alio consurgit lato dicitur attritio. Craneo etiam aduenit quædam perforatio quæ acutis contingit hu. Fit etiam quædam superius: quædam ante: alia retro: alia dextra: quædam sinistra: & harum vnaquæq; potest penetrare & non penetrare. Est autem composita quando fracturæ aut solutioni continuitatis apostema: carnis deperditio & vlcus associantur.

aphο. 18

Solutionis cõtinui varia vocabula.

K

L

M

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, quòd huiusmodi continui separationibus diuersis medicamur modis. secundum quòd indicationes ab eis suscipiuntur differentes. Omnium tamen solutionum fere modo curationis omisso, capillaris in exemplum maxime assumatur sicut eam aliarum paradigma inducit. A. Quam quidem solutionem omnes hactenus scribentes curauere per ossis cranei ablationem, ingeniantes se in instrumentorum plurium aptorum ad hoc inuẽtione. quorum vnum est strictæ & subtilis aciei acutissimæ instrumentum, post quod aliud præcipiunt latius administrari, & adhuc si oportet latius. Est & instrumentum aliud serra subtilis ingeniose facta: qua os serratur leuiter. Aliud vero quod terebrum seu tripanum dicitur cuius acutum subingrediẽs proportionatur cranei spissitudini quare ne amplius penetret additamentum superius relictum est rotundum, ne possit ad interius amplius peruenire. Cum hoc quoq; instrumento perforatur os perforationibus crebris: postea inter eas cũ aliquo fit separatio acuto incidente velut quando quis terebello perforat parietes, hoc tamen instrumentum exercent in fortioribus & craneo solidiori. Est & aliud quod dicitur lenticulare quoniam est illi pars eminens extrema sicut lens super quod malleolo percutitur, quod fortassis est instrumentum illud ad hoc laudatum quod Gal. collophysos appellans cum. A. laudauit & alijs. Ante tamen horum ad ministrationem si craneum non fuerit patens præcipiũt incisionem crucialem super locum præcedere: q; si san. ef fluat locum panno oleo ro. & vino infuso iubent repleri donec coerceatur ipse. Hanc vero cranei eleuationem nisi ad matrem duram peruenerit, præcipiũt differri diutius, differenter tamen æstate & hyeme: quoniam in hac prius, in illa autem posterius. vnde Albucasis. In diebus hyemis oportet vt studeas in ablatione ossis ante diẽ. 14. ſm omnem dispositionem. Et si est in diebus æstatis, vt properes remouere os ante diem. 7. anteq; corrumpatur quod est sub osse ex panniculo: & hoc accidant accidẽtia sæua timorem manifeste denotantia, ceu choleræ accensio: amissio intellect⁹, abscissio vocis, syncopis, fe. acuta, egressus oculorum & eorum rubedo, cum quibus in pluribus dispositionibus non sananť patientes. Tp̃s autem remotionis ossis siſr Haly. determinauit. si hyems fuerit oportebit partem ossis ante. 14. diẽ educere. si vero æstas est ante. 7. anteq; p̃dicta patianť accidẽtia: nam si illa patianť, curam nõ adhibeas: tendit. n. in interitum. vñ. A. Ne pus fundať ad interiora oportet vt extrahať si fuerit plaga capitis completa: quæ. s. p̃dicta nõ egeat ossis eductione. Aut incidať vt præhabitũ si non fuerit cõpleta et non fiat occupatio in restauratiõe illius, & oportet vt nõ tardetur illud in æstate vltra. 7. dies, in hyeme vltra. 10. et quãto fuerit velocius tãto melius & longinquius ab hoc vt accidant nocumenta magna. Si autem solutio continuitatis ad duram peruenerit matrem, die primo aut. 2. p̃cipiunt medicari modo p̃lato. Considerant ẽt in hmõi fracturis, ne peruoratio quædam quam faciunt, in loco fiat in quo neruo possit concurrere, aut panniculo a cerebro exeunti. Siſr & subtiliorem perforant cranei partem locum vnde sanies liberius valeat expurgari. vnde. Gal. Scio nãq; qm̃ cuiusdam caput vidimus cuius craneũ fractum erat & os quod tpa dicuntur passum est: tunc tpa dimittens quod in craneo erat inciso & æger sanitati restitutus est. Et adhuc viuit. Si enim craneum postponerem necessario pelliculæ quæ sub eo erant putrescerent priusquàm os solidaretur: quia nisi saniem a superiori ad inferius scirem semper descensuram, incisio non foret vtilis ossis. Vidi inde alium habentem sicut prior in capite fracturam: tamen arbitratus fui dimittere os quod superius

A

q̃rto qnta. Tra. 3. c. 1

O

5. de inge. Cap 6. Vbi supra imediate.

P

nono pra. cap. 94. in medio. Vbi supra ante medium cap.

Q

6. terapeu. cap post medium.

A perius erat,& incidere ea quæ iuxta illud erant, vt sanies locum haberet fluendi. Cumq; huius ossis duritiem considerarem & grossitiem, vidi magis vtile esse vt os qđ superius erat abscinderetur, q̃ vt in sanie studium impenderetur, quoniam timui ne cerebrum moueretur: timui ẽt ne si latum foramen fieret in ossibus lateraliter existentibus causa huius, cerebrum ascẽderet & foras exiret. Si autem quæratur posita ossis capitis fractura in communi, vt alij ossium minime adhæreat nunquid debet permitti cæteris conglutinari, vt in alijs fit ossium foras educi. Tibi quoq; de hoc satisfacit. A. inquiens ligamentum super caput non posse vt alijs ossibus administrari. propter illud ergo necesse est os subleuare, & fracturã cui est quantitas: donec egrediatur virus: sicut est necessarium. ossa etiam capitis ab alijs diuersificãtur ossibus. Quãdo enim frãguntur non restaurat natura super ea orosboth idest porum fortem sarcoydem, sicut ipsum adducit & nasci facit super alia ossium: immo rem debilem: quod ẽt apparuit in argutis ex sermone Ga. Id autem quod mouet eos ad ossis incisionem aut perforationem & ipsius eleuationem saniei affuit expurgatio: ne illius retentione quæ sunt cerebri corrumpãtur. vnde septima colliget. Si fractura sit in osse cranei vt penetret vsq; ad telam, tunc necesse est vt circa scissuram os remoueatur, vt mundificari possit a sanie tela, ne corrumpatur, & si ita non fieret sanari non posset: sed in hoc nostro loco non inuenitur qui hoc facere sciat.

Vbi supra 5. quinta. Tra. 3. c. 1 ante me.

B

ca. 36. in fi.

PROPTER TERTIVM autem sciendum, q; opus sit modum alium empiricum dogmatiçare prædicto aduersum: curã; prædictarum solutionum sine ossis eleuatione visum sanare, & hic quidem perficiatur cum appositione solum emplastrorum aut vnguentorũ absq; ossis eleuatione omnino. obseruandum tamen ne in causis applicentur in quibus sua valde p̃fata iam apparent accidentia vt stolidi & methodoici operantur: hmõi medicaminibus vtẽtes nullam indicationem nisi a morbo & adhuc praue sumentes: neq; etiam applicẽtur locis in quibus propter contusionem cranei humores concurrerunt intra super matrem duram, aut quando fractura nõ penetrat & cursus factus est prædictus: quod ex accidentibus potest timorosis notatis perpendi. primitus igitur his cõditionatis modis hic empiricus recitetur curatiõis duplex existẽs. quidam enim san. cessante fluere modorum quocunq; post secũdam diem, aut tertiam, vel quartam, emplastrum ponunt hmõi. Vinum enim suscipiũt doricum siue maluasinum & stupas in illud infundunt, deinde exprimunt, & demum puluere s plantaginis & siliginis habent non vehementer contritorũ: primitus quidem plantaginis puluerem super stupæ puluillum spargentes immittunt in maiori quãtitate, deinde siliginis in minori addunt, & quidam secundum aliquam partem nigrarum fabarum grana tosta cõtrita modo prædicto, & super hoc puluillum itidem multaq; infusa, reliqua in prædictum vinum & expersa superapponunt diligẽter & dimittunt per. 3. dies aut. 4. & maxime in hyeme, demum vt amplius materiam trahant magis in quæ foras vtuntur fermenti emplastro. ipsius enim est materias ex profundo corporis euellere. deinceps aliquo consolidãt communiori. Hunc autem vidi modum vtilem & expertus quandoq;, non tamen alijs membrorum a capite applicentur. sicut enim vidi idiotas alibi applicãtes apostemata non parum in partem attrahere. Est autem alius modus artificialior & vtilior & communior iam factus saracenis, vt post sanguinis hemorrosagiam tale desuper applicetur vnguentum. Quod ℞. gummi elemi vncias. iij. rasinæ purissimæ. ℥. iiij. ceræ. ℥. vi. olei ro. ℥. iij. ʒ. armoniaci. ℥. ij. terbentinæ. ℥. iij. drachmam. 5. fiat vnguentum. Aliud huic satis affine. Suscipe gummi elemi. ℥. iij. & opopanacis. ℥. ij. bdellij vnciam semis. rasinæ pini. ℥. i. ceræ quantum sufficit fiat vnguentum. E

C

D

Quod & ratione non minus ostenditur consequenter quoniam apho. 7. Naturæ forti nihil potest repugnare in expellendis: licet materia sit grossa, & viæ strictæ. Videmus enim quando natura materiam apostematis aliquibus expellit locis, etiam ossa trãsit. vnde. A. 14. 3. Natura expellit pus quod est in pectore ad concauum, & hæc penetratio non est mirabilior penetratione puris in ossibus pectoris, sed natura fortis est hic. Et nosce quia non debet medicamen applicari quando praua vt ostensum est mortis apparent accidẽtia sub modo spei salutis: fortificabis etiam ipsa per medicamẽ adhibitum. Etiquod malam non permittit fieri complexionem, aut fientem impedit, & humorem delapsum ad interius super duram matrem antequàm sanietur educit, vel sanantis dolorem mitigat, aerem impedit ne suo introitu cerebrum alteret, partes circunstantes ossis elargat, & purificat, oportet tanquàm laudabilissimum administrare in cranei fractura etiam capillari. Sed huiusmodi repertum est antedictum agere unguentum etiam ab idiotis. Quod similiter certioratur non parum consideratis diligenter quæ ipsum ingrediuntur & eorum proportione & maxime gummi elemi quod attractiuum sufficienter existit: doloris mitigatiuum: malę complexionis propter familiaritatem ipsius ad corpus nostrum correctiuum, quæ rasa de furzolo a quibusdam vocatur: alterat malã complexionem: attrahit & mundificat. Cera vero commistionem præstat & prædicta confirmat, armoniacũ quidem cum terbentina in his, secundum tamen plus & minus conuenit cum prædictis. Et quia armoniacum minus est familiare: calidius enim est & magis attractiuum, ideo minus de ipso in confectione proijcitur. Oleum quidem ro. prædicta commiscet & sua temperata commensurat qualitate, stipticitate quadam etiam partes confortando læsas: ita vt ex his consurgat quid æquale virtuosum omni læsiuo contrarium. Quòd autem possit antedictam materiam extrahere ad extra, ostenditur per Haly. Nobis quidem præparatur vt ponamus medicinas sub vmbilico, & attrahunt humores ex corpore, & vt retineatur medicina in manu & attrahat hu. & vt ponatur sub pede & attrahat ex capite, igitur emplastrum relatum vel vnguentum poterit, cum ei sit via per rimulas multo melius, attrahere. Itidem quod prauam intendit complexionem alteratione subita & continui solutione: his enim de causis dolor consurgit, & accidentia plurima sæpe inducit deteriora vt cerebri eius eleuatione ad eam quæ foras egressionem, febrem, spasmum, syncopim & mortem non parum: & huiusmodi non debet eligi supra illud quod id non operatur: hoc autem causat cranei eleuatio sicut idem testantur. Est nanq; craneum cerebri clypeus & defensiuum. Similiter. 6. de inge. colofisos quod apud eum & alios est instrumentum laudatũ valde, licet cerebro sit minus molestum alijs, non est tamen liberum a suspitione, cum aliquando craneum capitis ab eo moueatur: in quo tempore caput necesse est fore quietum. Itaq; laudabilior est medicatio emplastris aut vnguentis facta quàm ossis eleuatione inducta. Sed quòd in isto curationis modo non conueniant omnes est, quia medicamen ignorãt: aut quoniam verecundantur a consueta secta secedere, volentes eam conseruare illæsam & elatam. Vana gloria enim quæ circa hæreses malum quoddam est scabie omni difficilius quidem sanatu naturalium primo. Vel quia timent hunc nouum sibi modum & insuetum imitari, vt enim ait Gal. medici communiter vtebantur post ossis eleuationem cranei medicina doloris capitis mitigatiua. Quidam tamen medicus senior in ciuitate nostra solitus est facere, hoc super pelliculas quæ sunt sub craneo, quas denudabat ab osse, mox ponebat vnguentum quod dicit essilios, et sup

Cõ apho. 5 5

Tra. 4. ca. 5 iuxta fi.

F

Gummi elemi cõmoda.

G

3. techni com. 199.

cap. 6. ante medium. H

ca. 13. post principiũ. 6. de inge. cap. 6. & 8.

I vnguentum ponebat mel & acetum mistum. Is quidem in hac medicina studiosus erat, nec etiam ipsam ab vllo Romæ fieri vidi: nec audaciam habui vt eam facerem. De hoc tamen suus testis ero ante Deum: quoniam plures ab eo cum hac medicina curati sunt in Asia quam ab illis qui medicinam doloris mitigatiuam imponebāt: quare volui ipsam probare quando in Asia eram: quia tamen Romæ nunc sum, eam postposui, eo quod secutus sum chirurgos Romanos: vñ. A. tertio prima recitans hos duos medicationis modos fracturæ cranei ait. Per manus posterorū peruenit maior incolumitas quam per manus priorum: & non est hoc mirum: cum complexio sit ossis & panniculi secundum Gal. sicca. Sic igitur apparet quòd Gal. dubitauit de virtute medicaminis ne regione virtus frustraretur: sic & nunc plures hic dubitāt forte: ne ita laudabilis appareat effectus vt in partib⁹ Arabicis, vbi hic modus medendi originem contraxit: quod non oportet K cum experientia eius in his sit verificata regionibus & forsitan in regionibus temperatis laudabilior est ipsius effectus quam in frigidis summe propter vinum: licet minus noceat propter aliud. Ducatur ergo hic modus medicationis deinceps securius in vsum.

Tra. 3. c. 14 in fine. 1. complexionum. Cap. 9 iuxta finem. & 6. de inge. ca. 6. in fine.

PROPTER QVARTVM vero, ad auctoritatē scribentium iam apparuit quid dicendum. Ad aliud dicendum, quod medicamen oppositum non permittit materiam effusam saniari: ante enim educit illam. Aut si saniari incipiat, nō redditur sic praua: neque tanto moratur tempore vt quæ sunt cerebri lædat. In argumento autem supponebatur saniem iam esse lædentem. Ad aliud dicendum quod immo virtus poterit penetrare tum virtute naturæ iuuata medicamine. Natura enim tempore ægritudinis ad se trahit medicinam sicut cibos tempore sanitatis septimo breuiarij: Tum quia etiam vnguentū sui quadam mulcebri & subtili humiditate partes ossis inspirat & aperit circunstantes: Tum quia substātia medicinæ in L fumum resoluta subtilem poterit per scissuras arctissimā penetrare. Potest etiam materia per scissuram etiam capillarem educi. Si enim ab extrinsecis interius penetrauit ut & intrauit, ita & retro poterit educi: propter naturam expellentem & medicamen subtilians & attrahens. Si autē non intrauit, sic tamen scissura eo medicemur modo. Si vero non adest & intrauit materia interius aggregata: quod cognoscitur ex eius signis: tunc oportet vt dictum est ossis eleuationem procurare: vt edocuerunt priores.

Cap. 5. in medio.

Ad aliud dicendum: quod attractio euenit a virtute propria calido coadiuuata medicaminis mensurato. Si dicatur quod virtus specifica non inuenitur in artificialibus: dicendum vt. 178. differentia. Ad aliud dicendum, quod natura sagax primitus substātiam ad se & fumum attrahit medicinæ: qua male resistitur cōplexioni: deinde ipsam materiam dissoluente & agitante natura expellit extra- M neum contentum ad extra medicamine apposito exterius attrahente, & ita remotione causæ male complexionis remouetur & ipsa. Ad vltimum: verum esse quòd vulnerā oportet desiccare quando volumus consolidare, per hoc autem medicamen non consolidare intendimus, sed potius aperire, & materiam saniaturam expurgare. Quando autem expurgatio completa fuerit, tunc ad curationem cum siccis stipticantibus proceditur: maxime cum consolidatio dicat partium distantium inuicem copulationem quod calidis perficitur temperatis & siccioribus magis. Et quis idiota medicaminis delator facta materiæ subsidentis mundificatione nesciens medicamentum mutare: sed putans prædicto consolidare, derisus est prius. Similiter errauit: quia omnem ægritudinem uolebat hoc curare: cum tamen sit capitis proprius. Audio tamen id ab expertis etiam visum in vulneribus cassalibus: saniemque ex pectore euacuare. Cauendum tamen quando & quibus apponatur & quo mediante freno infrenetur, ne maiorem quam expediat actionem inducat. N

DIFFERENTIA. CLXXXII.

QVOD in apoplexia nihil ifra. 72. horas sit operandum monstratur per quintum prac. id testantem. Adhuc in ægritudine mortali non oportet operari: sed solū prognosticatiōe vti. vnde apho. prima. Quibus stantibus mors sequitur, præcognoscitiua parte artis sola vtimur, prædicentes quod futurum, vt incauti ne eorum quæ contingūt simus. Et. secunda eorūdem. Nō oportet in victis conari. 11. quoque de inge. In quo desperabilis est salus vanū est detrahi ab idiotis ea quæ sanauerūt multos auxilia. Sed apoplexia & præcipue maior est mortalis. Iuxta illud veteris Hippo. Soluere apoplexiam fortem est impossibile. Amplius in crisi nihil est agendum. aphor. prima. Sed nonnulla apoplexia est in crisi. vnde tertio prima. Cum apo O pleticus febricitat, fac moras in re illius donec detegatur. Fortassis enim est crisis: sitque mora vsque ad. 27. horas: tanto nanque tempore sepulturā præcipiunt differri. Rursus re. ac. & apho. 4. & primo crisium. Quicunque phlegminantia in principio ægritudinum mox conantur soluere pharmacia, phlegminantis nil aufert: quia non remittitur cruda existens passio sed resistētia ægritudini & sana colliquāt, huiusmodi vero est apoplexia, cum eius materia sit quandoque apostemās & incuneata plurimū. Et fulcitur: quia tertio prima. Scias quod apoplexia & paralysis constringunt meatus cerebri: quia non sunt medicinæ facientes euacuationem euacuantes ex materia ipsas faciente proprie. Palin. in statu Hippo. præcipit quiescere: sed apoplexia ceu & alia ægritudinū per peracuta mox omnis est in statu. apho. prima. Et. Medicus operatur cum diæta, potiōe, vel chirurgia. Ista enim sunt tria P instrumēta quibus ipse facit necessaria naturæ occurrere, non quidem diæta, cum secundum veterem ad vltimas ægritudines vltimæ curæ idest diætæ, qđ est nil dare sint ad certitudinem optimę, huiusmodi autē est apoplexia. Neque potione: quoniam aut alteratiua digestiua, & hac non: quia calida & sicca liquans & dissoluens adauget materiam & incuneat. vnde. 8. terap. Melius euāntes quod prius cachochimię ad expurgationem postea ire. Neque euacuatiua: quoniam digesta medicari, & mouere non cruda, qualis nō est apoplexię materia. aut manuali operatione, quia ea presupponit organa premissa. Igitur in apoplexia nihil ante. 72. horas ceu tres dies agendum, vt aliquis actus preappareat naturę.

ca. 2. 3. c. principiū. Cō. aph. 8 Cō. apho. 19 Cap 9. 2. apho. apho. 42 apho. 10 Tra 5. ca. vlti. iux fi. T. c. 1 ? Cō. apho. 1. in fine. Ca. 9. iuxta finem. Tra 5. ca. viti. in 6. 2. apho. apho. 19 Cō. apho. circa prin. apho. 1 apho. 6 cap. 4. post principiū. apho. 1 apho 22

CVIVS OPPOSITVM Mesue sapit in practica. Rursus apho. quarta. Medicari in valde acutis si expedit eadem die cum tardare sit prauum in talibus. Id autem expedit perampli⁹ in apoplexia. Est enim peracuta valde ac repletionalis. Adhuc cū medicus sit diligens minister & adiutor naturę, differentia prima. In maxime nanque periculosis casibus eam habet amplius gubernare. Talium vero est qui apoplexię, cū in ea regitiua mox auferat vis omnis ipsius. Itaque infra. 72. horas confestim operandum. Q

Sī. 1. fē. propria. apho. 10

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, antea quid apoplexia: deinceps quot eius causæ & modi, & tertio qualiter conueniat & differat cum passionibus quibusdam. Propter huius primum sciendum, quòd apoplexia est mollitia totius corporis cum ablatiōe regitiuæ virtutis. tertio de accidenti. vnde aphor. secunda. Est insensibilitas repentina, & totius corporis immobilitas. At Cassius fœlix. Passio dicta est hoc ab eo quòd mortifero ictu corporis & animæ concidant patientes: vnde Theodorus Priscianus. Appellati sunt apopletici: eo quòd velut ictu quodam percutiantur repentino. Tertio quoque

cap. 3. in medio. Cō. c. 5. apho. 42. in principio.

A quoq; prima est ociositas membrorum a sensu & motu propter oppilationem contingentem in ventriculis cerebri, & in meatibus spirit⁹ sensibilis & motiui, & ipsa quidem est accidēs sicut epilepsia, propter prauum motum spasmantem in ea. Est enim actio læsa: est siquidem passio acuta cū spasmo facta, sed ægritudo prout lædit partium figuram & receptaculum replet & oppilat. Propter huius secūdum sciendum, q̄ apoplexia causatur interdum a causa exteriori vt ab aere frigidissimo: sicut in iter quandoq; agētibus hora maximi gelu. de morbo apparens. primo constringit & coartat humidum quod interius & spiritus, vt in partes nequeant pertransire. Aut ex percussione vel casu sensum & motum confestim priuante, vel ex ebrietate. vnde apho. 5. Si ebrius aliquis repente sine voce fuerit spasmo innato moritur: si non febris eum acceperit, aut ad horam ueniens secundum quā crapulæ soluuntur, locutus fuerit. Aut propter coangustionem factam in laqueo: vel digitorum compressione.

Tra. 5. c. 11 in prin. — cap. 5. in medio. Apho. 5

B Potest tamen quis tam vehementer sub mento lateraliter constringere arterias venas iuueniles & neruos, vt inde decidat in apoplexiam. vnde tertio prima. Cū oppilantur arteriæ & venæ ex repletionis vehementia exinde accidit, quod euenit quando cōstringuntur duæ venæ apopleticæ ex casu sensus & motus: quando enim simile accidit illi ex causa primitiua efficit illi actioni quod simile Aut a causa interiori, et ea phlegma maxime, consequenter sanguis: minime vero humorum alius, quam quidem operantur sua multitudine oppilādo, & hoc quidem aut est apostemans quæ apoplexiam perniciosam inducit, siue sit calida vel frigida: vel non apostemās plurimum eueniens, quæ vel fit in cerebro ipso aut in meatibus spiritus: in cerebro accidens ex humore mox ad ventres cerebri effuso sanguineo aut phlegmatico superabundanti

Trac. 5 ca. 11. circa medium.

C vel in meatibus spiritus ad cerebrum quando arteriæ oppilantur & venæ ex repletione vehementi. Quare spirit⁹ non habent transitum, velut ille cui dictum venas constringi apopleticas: apoplexia quoq; secūdum medicos communiter est passio cerebri. apud Aristo. vero cordis vnde proble prima. Vetustioribus apoplexiæ quando coagulatum solutum humidum cadit in cor: quod propter imbecillitatem innati coagulatur calidi, & merito, quia apoplexia secundum. A. accidit habētibus ætates. Vult nanq; Aristo. q̄ humidum hmōi aliqua de causa motum per arterias & venas subethicas siue apopleticas aut iuueniles in cor concidens suffocet confestim. Series tamen communis hmōi est veteris: senioribus catarri celeriter perire faciētes. Species siquidem apoplexiæ sm Hippo. sunt duæ, fortis & debilis, siue maior & minor, dicentem fortem soluere impossibile: minorem autē non facile: sm vero. A. & Zoar. 3. Vna quidem existens cæteris prior, in qua neq; anhelitus apparet: neq; spuma, neq; vox auditur strangulati, adeo vt mox non distet a mortuo. Et alia in qua instrumenta motus & anhelitus euacuatur spiritu, aut debilitant ita vt difficilis fiat anhelitus: immo illic est spuma, & eius vox est ceu strangulati vel ista posita hic secunda est communis ad primam & tertiam, priorem nanq; ipsam scribit. A. & tunc duæ solum erunt. Est & tertia in qua nocumentum non magnificatur in anhelitu, et quod immittitur in guttur penetrat patientis, quæ non euacuatur a timore: quāuis de ipsa habeatur fiducia. apho. vero secunda. penes Gal. ponunt 4. vel. 5. vna in qua repēte redditur insensibilitas in toto corpore respiratione sola excepta: quæ si demum fuerit prohibita maxima erit & apoplexiarum acutissima: in quibus verbis duplex potest tangi modus apoplexiæ. Est & alia in qua respirat, sed cum violentia vehementissima, & hic fortis est apoplexia. Alia vero fortis: sed hac minus quando sine tensione & violenta inæqualem, & inordinatam, & adhuc difficilem habet quis respiratio-

pble. 9 in fine. — 3. 1. tra. 5 ca. 11. 4. 5. — 1. apho. apho. 42 Colligitur. Vbi supra immediate. in prin. capitulū.

D colli. 5 distinc. tra. 3. f. c. 11 — Coll. com. apho. 41

E nem. Est & reliqua in qua quis seruatur ordo imbecillis existens, qua fortassis sanatur omnia si gerantur opportuna. Circa prædicta euenit hæsitare: cum ita diuersimode species numerentur apoplexiæ. Dicendum, q̄ ipsa vel distinguitur rōne sui finis qui est ad mortem vel ad vitam: sicut cuiuslibet ægritudinis: quod crisis signat descriptio: & ita eius sunt duo modi. Aut rōne symptomatum vel talis anhelitus spumæ & hmōi, & tunc. 3. 4. vel. 5. possunt maneries ipsi⁹ fore sm q̄ perspicacius aut aliter considerantur. Amp. dubitatur, quia dictum est prius, & interiorum. 3. in apoplexia fortiori sensum omnem & motum auferri præter eum qui anhelitus. A. dicente q̄ in quibusdam anhelitus non apparet: non tamē ipsorum pulsus deficit integre. Dicēdum autem: quòd Gal. tangit quandam apoplexiam in qua motus cuiuscunq; partis deficit vt eam quæ maxima & acutissima, vel q̄ loquitur de ablatione motus causati a virtute animali, non autem vitali. Neq;. A. negat simpliciter motū abesse quemcunq;, sed motum virtutis animalis, non autem vitalis vt pulsus: hic autem potest inesse cum singularis sit actus vitalis ab apoplexia simpliciter non impeditus, nisi apoplexia audiatur secundum Aristo. in corde causata: anhelitus vero deficit, quia actus est virtutis animalis: cuius defectum est iuxta medicos apoplexiam fore passionem, ac vitalis etiam, cū sit mistus. quarto de accidenti. Cum enim in apoplexia cerebrum oppiletur, spiritus animalis nequiens a cerebro in neruos & musculos progredi, motus pectoris & vniuersaliter omnis cessat, ita vt animal oporteat suffocari. Aut enim. A. nec in ea simpliciter tollit anhelitum: verum dicit eum non apparere. Propter hmōi tertium sciendum q̄ apoplexia cum pluribus conuenit ægritudinibus sibi comparibus aut in membro & accidentibus vel in his saltem. Differt tamen in non paucis: ceu sunt epilepsia, subeth, stupor, congelatio syncopis & suffocatio matricis. de accidenti. 3. interiorum quarto. apoplexia enim & epilepsia conueniunt in subiecto vt in cerebro. In causa quia vt plurimū fiunt ex phlegmatis oppilatione, & in accidētibus anhelitus & spumæ. differunt autem secundum magis & minus: eo q̄ apoplexia maior morbus est, uel enim mox perimit, vel in paralysim conuertitur. Differt autem apoplexia a subeth, quia apoplexia clamat cum anhelitus læsione, & omnifariam praua sensus & motus, non autem hæc adsunt subeth laboranti: immo potest intelligere ac excitari. Sunt & motus ipsius sensibus leuiores. Et p ante dicta differt apopleticus a stupidis & congelatis. differūt etiam inter se: quia stupidi oculis permanent clausis, cathaleptici apertis. distatq; subethic⁹ a syncopizato, quia pulsus subethici fortior est & similior sanorū pulsui, syncopizati autem debilior & durior. In eo etiam mutatur color ad citrinitatem & ad mortuorum coloris similitudinem, frigescuntq; extrema, quæ quidem non accidunt subethico. Differt similiter subethicus a suffocato matricaliter: quia hic intelligit & loquitur concitatus, illa vero cum difficultate intelligit obmutescens omnino: motus etiam patientis subeth, præcipue colli: capitis, & pedum, extat facilior: in suffocata vero sensus etiam & palpebrarum apertio facilior. aduenit etiam suffocatio matricis subito & minus subeth perdurans. Per horam vero hic audis æqualis seu æquinoctialis quę præcise est. 24. pars diei naturalis ita vt vnicuiq; signo duplex hmōi correspondeat hora. Est & hora inæqualis seu artificialis secundum quòd quilibet dies & nox longior & breuior vel melius in. 12. diuiduntur horas, ita vt quando dies fuerint noctibus ęqui, in idem ambę concidant horæ, ceu quando etiam in climatibus sol fuerit in principio Arietis vel Librę, quod sub linea euenit ęquinoctiali perpetuo. Operatio vero est alicuius in subsidium apopletici administratio, siue dięta fuerit medicina siue aliud

Ca. 7. iuxta finem. 3. 1. trac. 5 cap. 11. in medio.

F

Colli. ca. 7 versus fi.

G Ca. 3. in medio. Ga. 1. post medium.

H

I aliud minus tamen diætæ quam medicinæ insistendum.

PROPTER SECVNDVM quidem sciẽdum, quod aliqui auctores simpliciter absque protestatione nil operandũ docent fore in apoplexia. Quidam vero protestantur ne appareat defectus operantis mox agendum. vnde Mes. In cura oportet apoplexiæ vt omne genus regiminis ad ministretur ilico. dilatio enim ad mortem perducit festinam: cum etiam morbus de se parum recipiat curam, verumtamen vt non appareat ex parte operantis defectus conaberis a principio materiam subtrahere inquantum possibilitas expetit siue sãguinea fuerit aut phlegmatica. Aliquis autem honore ac amicitiæ solatio practizans. vnde Theodorus Priscianus. Ægrotos sub plena iã desperatione positos nõ vt medicinarum iam medelis, sed magis tantum amicorum solatio uisitamus. quidam etiã concitati pietate: nam si dimiserimus in huiusmodi accidet mors secundum omnem dispositionem, sed proportionabimur ad materiæ paucitatẽ. Nonnulli vero testantur non esse operandum: in quadam tamen apoplexia nisi tempore definito: vnde practicę quinto. In cura apoplexię prius intuendum: quod si facies ægri rubet, aut liuida est, vel viridis repleta, cephalicæ vtaris phlebotomo aut saphenæ, quo a remotioribus trahatur materia locis, & iuxta quod virtus patitur & repletionis quantitas de sanguine educatur. Si autem hæc non videris signa, patientẽ non moue omnino, nec aliquid ciborum adhibeas aut medicaminum: donec. 72. pertranseat horas. Alman. vero nono. Si spuma egrediatur ab ore non est apopletico medicandum. vnde aliquando dictum est quod actio quæ debetur in apoplexia interdum est vera redundans in salutem apopletici: & tunc nõ semper medicãdum: sed quando spes affuerit curæ. Interdum vero apparens palliata, ut ne defectus in arte videatur & artifice, & ita mox in ea indifferenter semper aliquid agẽdum. Sed quid de his in tertio & quarto monstrabitur dicendorum.

Vbi supra in ar. ad oppositum. — K — *ca. 21. circa prin.* — *ca. 4. circa prin.* — L

PROPTER TERTIVM primitus quidem veritas subdatur: deinde videatur cur Halyab. dilationem actus in apoplexia. 72. pręcepit horis. Dico itaque primo confestim a principio agendum & proprie cum educentibus in apoplexia: nec tempus aliquod expectandum: Tum ne defectus in operatione vt prædictum est appareat, atque ut misericordes, & amicis compati videamur: Tum quoniam acutorum morborum non omnifariam sunt certæ pronuntiationes salutis uel mortis. Hic autem est acutorum morborum maxime, vnumquodque enim indiuiduum a sua constructione materiali ca. & hu. & a superis habet virtutes & proprietates occultas: ad quas intellectus peruenire non potest humanus, differẽtia. 115. Nos nanque in cognitione talium non possumus ad id quod est certum peruenire: cum aliquando extraneitas idest monstruositas in morbis accidat sicut in rebus naturalibus, vt vlceratio pulmonis & similia, coll'm. 7. Quod amplius firmatur per. A. dicentem. Accidit ut hõ in apoplexia incurrat, & non sit differentia inter ipsum & mortuum, & non appareat aliquid anhelitus, deinde reuiuiscit & sanatur. Et nos plurimos uidimus tales. Ad huc materia apoplexiæ furiositatem quãdam importat. In huiusmodi autem confestim præceptum est mouere. Rursus operationis istius intempestiuæ non reperiuntur nocumenta præscripta. Igitur cum protestatione tamen mox in apoplexia operandum. Propter secundum huius sciendum, quod ideo voluit Haly. dilationem actus. 72. horarum: & si quidam librorum praue ac etiam contra Rasim in cõtinente & A. habeant. 70. quoniam. 72. horæ tres dies cõstituunt integros, in quibus declaratum est omnem hu. euentari. differentia. 88. cum melancholia etiam in. 3. diebus suã perficiat periodum. Et propterea Ioãnis illud undecimo. Cum Lazarus fuerit morte quatriduanus, ac etiam fetens, quæ nequeunt in apopletico reperiri, miraculo magis ascribendum quàm naturæ, hic etiam trinitatis numerus a philosophis est pręlatus adeo vt in significationes sit institutus huius conscriptionis prooemio. Verens etiam occultam distrahere Haly. actionem naturæ. Amp. quis forte causam assignabit ex motu Lunæ per circulum zodiacum secundum quadras & medietates ipsarum. Nam in trium dierum spatio ad medium eam dicens quadræ vnius peruenire: sed id potest calumniari. Non enim Luna peruenit ad quadræ medium, nisi quando fuerit cursu velocitata: tunc enim vt apertum est differentia. 104. 15. gradibus in die mouetur naturali. Ter enim. 15. 45. cõstituunt gradus quod est quadræ medium: cum tota gradus contineat. 90. Si autem fuerit motu tardata, solum mouetur. 12. ita vt tribus diebus. 36. tantum peragret partes, & sic a medio deficiet quadræ. Quando autem inter has duas dispositiones media fuerit, gradibus intermedijs çodiacum perambulabit. Sed circa prædicta dubitatur: quia vt inductum Almansor negat medicandum quando apparet spuma. Sed id in secundo iuxta. A. contingit apoplexiæ modo. In secunda igitur non est operandum specie, multoque amplius in prima. Dicendum quòd Almansor audiendus est in ipso actu spumationis: quia tunc strangulatur. Et suffocatorum, & dissolutorum, nondum autem mortuorum, non referunt quibuscunque fit spuma circa os. Quando vero nondum apparet spuma: quando habet spatium, operandum, vt in Halyab. cõtinetur, in cuius concidit hic sententiam. Plures enim curam magis videntur minori coaptari apoplexiæ.

Ca. 3. iuxta finem. 311. trac. 5 cap. 11. in medio. — M — *Lib. 1. ca. 1 in fine. Vbi supra imediate.* — N — O

PROPTER QVARTVM vero ad primum dicendum, quòd Halyab. fuit illius opinionis, quæ non appprobatur in præsenti. Ad aliud dicendum, quòd in ægritudine mortali quando essemus omnino certi de morte celerrima, nihil esset agendum, quod hic vt ostensum non euenit, aut nihil agendum sine protestatione. quod de eo, quod quinto de inge. &. 10. suscipiuntur in cura hecticum phthisicis, salutem parentibus & amicis non promittendo, sed vitæ tantum per dies, menses, aut annos protelationem, vel quid operum: ne actus inscitia cum alijs imputetur medico. Ad aliud dicendum, quod nil agendum in crisi quando fit æqualiter: tunc enim natura non est medicaminibus stimulãda. iuxta illud Hippocraticum. Quæ oportet agere undecunque maxime repit natura &c. Ad aliud dicendum, quòd non semper immo rarius apoplexia (vt dictum) ex apostemate & cum fe. consurgit, quod prauum est valde. unde. A. post sermonem antemissum. Si autem ita non sit, sed cum feb. est propter apostema & putredinem, tũc est mortiferum, dictum etiam fuit, quòd apoplexia materiæ imaginem habet furiosæ, mox ad eductionem cogentis in principio. Et similiter ad inductum dicendum Aui. Et fortassis hic mouerunt Halyabbatem dilationem prædictam apponere. Ad aliud dicẽdum, quòd apoplexia sicut ægritudinum cæteræ habet principium: licet sit breue. Aut in statu quiescendum si natura operetur sufficienter, si vero nõ, moue tu hora motus eius ut tactum antea. Ad ultimum dicendum, quòd non est multum cum diæta operandum, dummodo apoplexia ex causa contigerit interiori, nisi post. 72. aut ampli' horas, & proprie quando apoplexia minor in paralysim terminatur: sed magis negociandum cum eductiuo: licet enim materia sit cruda, indigesta, habet tamen morẽ furiosæ confestim euacuandæ in principio. Quæ autẽ partis alterius, quantum etiam conuincant, ostensum in anterius.

P — colli. c. 1 ... colli. c. 7 ... Q

CIrca prędicta dubitare contingit, eo quòd dictum febrem cum apoplexia concidere. Quod non uidetur: quia apho. 5. &. 2. Acutæ ægritudines raræ quam sine feb. qlis est apoplexia. Et i. Paulus apopletici iacent sine feb, Sisr perquirẽs practicas minime inuenit febrem

Cã. 1 in fine. Cã. 1 ... circa ... Ca. 7. iuxta ...

A febrem apoplexiæ consociari. Itidē. Apoplexia mox accidit vt tactum. unde interiorę etiaʒ tertio. Apoplexia propter repentinā generationem indicat frigidū humorem grossum vel viscosum repente simul implētem principales ventres, qui secundum cerebrum non secundum discrasiam totius substantiæ ipsius, sed febris non fit repente. Oportet nanqꝫ putredinem a suis causis præinceptis fieri: deinde resolui fumum inde putridum cor petentem, tandem ab eo per totum corpus refrangi. dřia. 88. febris etiam discrasia existit. Ea vero paulatine superuenit.

Amp̄. vt dictum est in febre de qua sermo fuliginē putridam opus fit cor petere. Id autem contingere non potest, cum in apoplexia (vt visum) oppilatio intercedat totalis, quod in epilepsia non contingit. Et firmatur: quia spiritus etiam animalis subtilissimus nō potest in partes diffundi subtiliores. apho. 2. Rursus. propter apoplexiam necessitas immensissima euetationis inducitur: ita vt suffocatio ea sola intercedat apho. 3. si ergo feb. superueniat multiplicabitur peramplius taliter vt non permaneat vita: febris enim necessitatem extinctionis coauget non parum aphoř. quarta. cum sit passio cordis calida per omne diffusa. Non itaqꝫ febris poterit cum apoplexia concidere.

Cō. apho. 41. in me. Coss. com.

B

apho. 17. ante me. Coss. cō. apho. 34. circa prin. Dřia ſce. iam, & ar. 4. 3. pra. tra. 5. c. 6. in fi. apho. 51

IN oppositum sicut visum Auicen. & glosa noni Aman. ita. Apoplexia quandoqꝫ contingit in ventriculis cerebri ex phlegmate: quandoqꝫ ex sanguine superfluo: quandoqꝫ ex apostemate cerebri, apostema vero tam nobilis membri febrem inducet. differētia. 95. apho. 6. Quibuscunqꝫ sanis dolores repente fiunt in capite, & continuo sine uoce fiunt, & stertunt: in. 7. diebus pereunt, si nō febris accipiat. Sed hæc fm Commen. est apoplexia. concidit igitur feb. cum apoplexia.

PROPTER PRIMVM quidem sciendū, ꝙ quid sit apoplexia, & q̄ ipsius causæ ac modi visum est prius: & quid feb. 87.

C

PROPTER SECVNDVM vero sciendū ipsum ex argutis apparere.

PROPTER TERTIVM quippe sciendum, ꝙ cum apoplexia fe. concidere potest quandoqꝫ, nā ipsius quædā est quæ fit ex materia plurima mox oppilatione suffocante, velut ignis tegmine corrumpitur: & cum hac breuitate more vt probatum febris non valet concidere: cum hæc maxime a materia contingat phlegmatica febri opposita substantia & qualitate. alia quidem fit ex materia minore: ita ꝙ vigorato cerebro super ipsam in latus expellit sæpius dextrum dřia. 183. paralysim causando. & cum tali propter motum & agitationem naturæ, & non ob apostema: potest febris associari, & laudabiliter vt iudicatum ab Hippo. coniungi: cum secundum Commen. calefaciat & dissoluat grossam & inflatiuam ventositatem, aut materiam phlegmaticam vnde contingit. Quare. A. Quando apopleticus febricitat, fac moram in re illius donec discooperiatur: fortasse enim est crisis, sitqꝫ mora vsqꝫ ad. 72. horas ut visum, si vero iter has duas materia fuerit media quantitate, ppriecp sanguinea non mox suffocans & sufficienter subingrediens, potest apostema causare, & quia rarius talis occurrit ꝗ minus ipsa contingit, sicut ex prima indicat. A. vt plurimū contingente. Quod probatur: quia fe. concidit cum apostemate partis nobilis intrinsecæ. vt visum differētia. 95. sed cerebrum potest apostemari sicut ostēsum. 96. Et apostemate adhuc apoplizante & præcipue de sanguine. vñ etiam apho. 2. Omnis apoplexia fit animali virtute influere nequeūte in quę inferius in capite: aut, ppter phlegminosam quandam dispositionem in ipso cerebro existentem, aut uentriculis eius quadam repletis humiditate phlegmatica. Eti. vbi est reperire causam coniunctam fe. & ipsam erit inuenire, cum inseparabiliter comitetur eandem, sed in apoplexia possibile fit hāc vt fumum petentem intimius reperire propter saniem apostematis.

6. apho. apho. 51 Vbi supra in ar. ad oppositum.

D

Cō. apho. 42. post principiū.

E

Tempus enim dat trium aut quatuor dierum quandoqꝫ quæ huius in quibus sufficiēter potest causa produci coniuncte præmissa. Amp̄. cum arteriæ sint partes cordis & in eius seruitiū ordinatæ. Si ergo quis calor extraneus petat illas lęsiuus, mox in passione deducetur ad ipsum. Sed hæc eis accidet apostemate. Et firmatur: quoniam omnium accidentium occurrētium corpori, primus concursus est ad cor tanqꝫ ad basim vitæ. Mes. phar. scilicet Potest iterum fe. cum apoplexia quādoqꝫ concidere præcipueqꝫ phlegminosa: sepius tamen sine ipsa. vnde. A. Quandoqꝫ cum apoplexia fuerit febris, tunc illic est apostema secundum plurimum. Sed circa id dubitare accidit: quia inquit is ꝙ apoplexia accidens ex apostemate est ex speciebus apoplexiæ peruersæ. Non igitur dat moram fe. productioni. Dicendum ꝙ triplex extat sicut etiam tactum apoplexia, vna quidem peruersior et mox suffocatiua: nonnulla peruersa sicut phlegminosa, & tertia minus peruersa ceu quę paralysim magis incurrere facit. Ex hac nanqꝫ primo fit euasio non raro, cū fuerit machinatum contra ipsam perfecte. A prima quidem mors repente contingit, sed a media tēpore differtur vt visum. sæuior tñ vltima, vnde. A. Si feb. est propter apostema & putredinem, tunc est mortiferum. Sic itaqꝫ fm minus & amplius est peruersa. Adhuc hæsitatur: quia histo. 3. in cerebro non est modica: neqꝫ magna venula aut arteria: nihil enim sanguinis habet in ipso & siccissimum: de partibus secundo sicqꝫ non apostemabitur de sanguine. Dicendum, ꝙ licet arteria aut vena non sit in substantia cerebri: ipsa est tamen in pia inuoluente ipsum matre immediate, & reti mediante & dura, vt inde fiat continuatio cuʒ corde. Ratione igitur societatis, arterijs inerit compassio cerebri.

Inten. 1 fē. 1. ca. 1 can. 1 3. 1. tra. 5 ca. 11. iux ta finem. Vbi supra imediate. pᵒ pn. ca.

F

Vbi supra immediate. Ca. 13 i fi. cap. 3. in fi.

ca. 7. circa prin.

PROPTER QVARTVM vero dicendum. ad prima eos se transtulisse ad ea quę sæpius cōtingunt, qualis est apoplexia prior trium. Sic plures vt visum proferunt eam simpliciter ex phlegmate fieri. Ad aliud similiter dicendum vt ad multum verificari. Neqꝫ etiam apoplexia fit secundum discrasiam immediate, cum nō sit morbus siue passio complexionalis, verum officialis. Cui tamen vt ostēsum discrasia superuenit febrilis quandoqꝫ. Ad aliud dicendum, ꝙ licet sit oppilatio neruorum in apoplexia per quos spiritᵘ defertur animalis sensus & motus delatiuus: non tamen arteriarum, ita ꝙ nō valeat per eas fuligo putrida cor petere, & maxime quia dictum in hmōi apoplexia phlegminosa non superfluā materiæ quantitatem interuenire: nec repente suffocationem. Et per hoc apparet ad aliud. Propter enim ipsiᵘ minorem materiam etiam cum feb. non tam grandis inducit extinctionis necessitas quin aliquibus diebus vita permaneat. Et fortassis aliquid materiæ dissoluit fe. Nō ea igitur amplius intēdetur necessitas: quod certum extat in spasmo de repletione concurrente, vt quem veritas edocet aphoristica.

G

H

DIFFERENTIA. CLXXXIIII.

particu. 2 apho. 16

QVOD paralysis sinistri lateris sit curatiōis difficilioris ea quæ dextri monstratur per Paulum id dicentem. Adhuc. vbi est ratio curationis maior, cū hæc perficiatur contrario, ipsa completur melius. Ea vero in dextro reperitur laterum, cum sit calidum & siccum oppositum materiæ frigidæ & humidæ vt multum hanc passionem causantis, & non in contrario eius sinistro. Rursus. vbi virtᵘ regitiua fortior, cū ipsa sit morborū fm Hip. curatrix, viæqꝫ latiores, quibus potest materia euari & æmitti, ægritudo facilioris est curationis. Hoc siquidem euenit in dextro, cū laterum sit nobilius ac latius. Eti. ægritudo reddit difficilioris curæ causa ipsius

6. epi. pd. 5 T. c. 1

Concil. Ii iiij amplіore:

I ampliore, sed in sinistro plus colligitur materiæ frigidæ, cum sit imbecillior ex qua cõsurgit ęgritudo hæc frequentissime. (Collī c. 11) Itidem defectus & peccata in partibus ignobilibus contingunt magis ꝙ in earum oppositis. 3. apparens de partibus: pars autem dextra nobilior sinistra, sicut anterius posteriori, & sursum eo quod deorsum. differentia. 47. Palin. simile videtur de paralysi & pleuresi & adhuc magis de tremore et sciatica, cum vbilibet ratio similis seruetur partium. (Tra. 4. c. 1 post me. cap. 11. in fine. Isaac ca. 18 circa prin. Tra. 2. c. 34 circa prin.) Sed pleuresis sinistri lateris deterior ea quæ dextri. 3. decima. Et tremor sinistri: eodem secunda. At sciatica eodem modo. Viatici. 6. vnde. 3. 22. In parte sinistra est difficilior. Erit itaq; paralysis sinistri lateris curatione deterior.

IN OPPOSITVM illa ęgritudo deterioris est curę quæ in parte occurrit nobiliori, & ideo ægritudines cordis sunt pernitiosæ, talis est paralysis quę dextræ partis, cum q; sit nobilior sinistra. Rursus illa ægritudo difficilioris est curæ, quæ fortes non tolerat medicinas, & maxime cum huiusmodi ægritudo fortibus egeat remedijs. K Sed hæc est paralysis dextri, cum ipsam oporteat curare calidis. Dextra vero est calidior & vsibilior sinistra. Est itaque difficilioris curationis paralysis lateris dextri eã quæ sinistri.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum ꝙ paralysis dupliciter accipitur: communiter & ꝓprie: primo quidem significat mollificationem cuiuscũq; partis, proprie vero medietatis totius corporis sensus & motus priuatio. Aliquando tamen dicitur paralysis priuatio sensus & motus ſm totum, quod idem sit apoplexiæ quod nomen ostendit: dissolutionem enim dicit. Differt autem paralysis a stupore, & tremore, qa in ea sensus ablatio est & mot⁹, sed in stupore sensus debilitas, in tremore vero motus: sunt enim hæ duæ passiones in paralysim præuiæ. nosce quoq; in ipsa maiorem oppilationem interuenire ꝙ in tetano, & deinceps in spasmo, ac demum L in tremore, stupore & saltu: et ideo in illis non tollitur sensus & motus omnino. Eti. paralysis aliquando est per se contingens, nõ raro vero ex alia euenit passione vt apoplexia, cholerica febre acuta & hmõi. Est etiã ad multũ cum humoris vitio & proprie frigido, quãdoq; vero ex simplici qualitate, apud enim. A. cõtingit ex apoplexia (3. 2. ca. 2 versus fi.) a crisi colicæ, & ægritudinis acutæ: dislocatione spondilium: frigore: casu, percussione, ligatura forti, veneno, & hmõi. Dextrum quoq; animalis est pars duarum ipsius nobilior qua mouetur: sinistrum autem vilior qua fulcit: moueri nanq; est in dextris, in sinistris autem fulciri de animalium motu.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ Paulus & aliqui motiuis præinductis detenti protulerũt paralysim sinistri lateris difficilioris curationis ea ꝗ dextri, de quibus tertio & quarto dicendorum apparebit, M quod verificabitur fortasse indicatione a loci imbecillitate per se sumpta, cum virtus sit curatiua non considerando quid accidit.

PROPTER TERTIVM siquidem sciendum prius ꝙ paralysis sæpius contingit in parte dextra ꝙ sinistra, & demum ꝙ deterior quæ partis dextræ. Propter primum huius sciendum ꝙ experimẽto percepi crebrius valde lat⁹ dextrum paralyticari sinistro: præcipue cum ipsa vt frequenter eueniat ex apoplexia minori. vñ (cõ. aph. 13 versus fi.) apho. 3. His qui satis senioribus catarros ꝑ raritatem et eliquationem venarum vt repente pereãt, hos autem ꝑ apopleticos seu paralyticos fieri in dextris. Quare alia translatio, celeriter pereũt vel in dextro latere paralysim sustinebunt. (Post me.) Sed de aere & aqua: alijs vero desiccantur latera dextera. quod ostenditur: quia paralysis ad multum accidit ab apoplexia minori ex materia ꝙ multũ phlegmatica replente vẽtriculos cerebri: minus tñ ꝙ in maiori. Quam quidem phlegmaticam in seipsa natura expellit ad latus dextrum. Tum quia maior pars huius materiæ colligitur in parte sinistra, cum sit infirmior dextra. N Repletur ergo magis, cum natura semper expellat quod superfluum ad partem imbecilliorem. Ea vero impleta nõ poterit in ipsam fieri expulsio cum plenum non recipiat sed uacuum. expelletur igitur ad dextram minus repletã: Tum quia fulcita est in sinistris, motus autem & propulsio in dextris: Tum quoniam vię & meatus latiores sunt in parte dextra ꝙ sinistra causa calidi, & quia ipsum cũ sit attractiuum præcipue. Crebrius igitur in latere ꝙ multum accidit dextro. Sed contra videtur enim magis in sinistro ꝙ in dextro contingere. Quoniam Serap. Si humor viscosus abundet super duos ventriculos cerebri anteriores, facit apoplexiam. (1. bre. c. 15 circa prin.) Si vero super posteriorem, paralysim inducit. Si in latus debilius trãsmutatur, hoc autem est sinistrum. dñia euidens. 47. Contingit igitur amplius in sinistro. Dicendum ꝙ latus debilius in hmõi apoplexiæ labore illud est quod natura stimulata reddit O magis aptum recipere vt ostẽsum materiam a cerebro in latus propulsam. vnde tertio secunda. Non elongatur (Cap. 2. in medio.) quin seruet naturam vnius. duorum laterum purgando vt expellat materiam ad latus quod est debilius, & pro id est, quod magis extat susceptibile materiæ primum, id autem dextrum vt ostensum. Propter secundum vero hmõi sciendum ꝙ deterior paralysis est curatione quæ lateris dextri ea quæ sinistri: nam is ſm veterem vt ostensum. 174. est deterior morbus qui cum disconuenientia et (2. apho. Apho. 34) improportione particularium contingit eius opposito. Sed talis est paralysis dextri lateris, cum magis ipsum eidem contrarietur ꝙ sinistrum, ꝙ caliditas motus & fortitudo cum reliquis monstrant. Neq; instandum ad istã rationem vt plures modernorum dicẽtes sermonẽ Hip. verificari in acutis tantum: qm̃ scribitur primo secunda. (Do. 2. fẽ. 1 ca. 11. in medio.) ꝙ in habitantibus septentrionis loca non accidit epilepsia: eo ꝙ sunt interius sani. & quia calor innatus est multus, quę si accidat erit fortis, qm̃ non contingit eis nisi ꝑ P fortem causam. Et eodem tertio. 14. Homo de quo vehementius timetur cum aduenit ei hydropisis est ille cuius (Tra. 4. c. 4 post me.) complexio naturalis est calida & sic. Non enim ægrotat per contrarium suæ causæ nisi ꝑ rem magnam. Epilepsia vero, nisi dũ spasmat, & hydropisis ęgritudines sunt chronicæ. Adhuc illa ægritudo difficilioris est curationis, quæ amplius lædit fontem & materiã vitæ ac nutrimenti, & ita curationis fundamen tum. Talis vero est paralysis lateris dextri magis ea quę sinistri, cum cor virtute magis respiciat dextram. dñia. 47. Hepar autẽ situeẽ in eadem. Eti. morbus colligẽs materiam ampliorem plus ꝙ disseminatam & insertam, deterior curatione redditur, sed hmõi est paralysis lateris dextri (vt ostensum) neq; in ipsa fulcire possumus curationis basim, cum partium sit læsa nobilior. Itaq; paralysis dextri & maxime quæ ꝑ apoplexiam cõtingit minorem peior est cura ea Q quæ sinistri. Fortassis autem si esset aliqua paralysis seu mollificatio particularis, cum hmõi causa absq; cerebri & nuchæ & aliorum principalium læsiõe possent, puta quæ propter ligaturam quæ sinistri lateris illa quæ dextri ceu in podagra contingit sinistra & dextra ac in plurimis talium passionum cum curatiua principia saluentẽ illæsa magis. Et sic audiendus est dicens Paulus paralysim dextræ partis facilioris curationis ea quæ sinistræ.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum apparet quid dicendum. Ad aliud vero dicẽdum per interemptionem hic, & licet latus dextrum sit calidius & siccius sinistro q; fortius: debilitatum tamen & infrigidatum ac humectatum non remanet quid quo possit ratio curationis haberi, sicut si foret in sinistro: per viam etiam reumatis ostensum ꝙ materiam hic maiorem suscipit sinistro. Ad aliud siłr quid dicendum apparuit: verum enim cum latus dextrum in sui permaneret dispõne naturali

A turali quod secus hic accidit. Ad aliud dicendum, q licet per modum congestionis seu aggregationis materię nutrimenti superfluę plurimum ipsius aduenit in parte sinistra q in dextra, per viam tamen reumatis vt visum amplius corruit in dextram. Ad aliud dicendum, q sermo ille verificatur relatione partium reliquarū ad cor tamen si ei accidat nocumētum ex aliqua fortiori causa, deterius remouetur: cum non sibi auxiliū adueniat aliun de vt in corde ostendit læsio. Ad aliud dicendum, q non est simile, cum non adeo huiusmodi morbi lædant partes quibus accidit vt paralysis ab apoplexia contingens. Amplius enim naturæ læduntur principia, in quadam tamē (ceu tactum) paralysi particulari secus potest contingere.

DIFFERENTIA. CLXXXIIII.

B QVOD in tortura faciei locale remedium ponendum sit sup partem visam sanam ostenditur per Alexandrum in proble. quærentem pp quid in paralysi maxillæ non ipsi afferim⁹ auxilia, sed alteri. Adhuc locale remedium debet apponi super partem visam sensibiliter infirmam, cum medicus sit artifex sensibilitatis & euidentiæ. Hmōi vero est quæ sana: vnde Alexander ibidem. Videtur musculus qui est fm alterutram maxillam san⁹ infirmus, & infirmus vt sanus. Eti. Locale ponēdum est auxilium super partem fluētem cum in ea compositio corrumpatur: ipsa vero vt dicunt est quæ sana videtur.

Rursus. super partem mollificatam seu resolutam remedium applicandum, vt humiditates exiccentur illam imbibentes, hæc autem apparens est sana, cum non refugiat uersus suum principium: sed magis reliquum videat impellere. Itaq super partem apparentem sanam locale situandum est auxilium.

C IN oppositum tertio. A. secunda. Quidam dixerunt q latus ægrum in tortura est quod sanum videtur, quamuis causa sit in ipso & latus sanū agit actionem propriā. Sed hoc fm plurimum nō est verum. Nam anatomia & quod scitum est de dispositione lacertorum faciei facit te scire corruptionem hmōi. Itidem. Super locum in quo est morbus remedium applicandum: talis vero quí non sanus apparet cum in eo ægritudo extet compositionis. vnde interiorum. 4. Sanum latus vt scitis erga mollificatam conuertitur latitudinem. Rursus. quorum sunt ortus differentes, ptractus, & fines, diuersis egent remedijs. Huiusmodi uero est alterutra laterū pars in tortura. Itaq super latus infirmum & non visum sanum locale figendum remedium.

Cap. 15

Ca. 2 in fi.

PROPTER PRIMVM vero sciendum, q tortura est officialis ægritudo in facie qua ipsius pars ad innaturalem trahitur partem, formaq permutatur naturalis eiusdem, ita vt remoueatur bonitas obuiationis vtrorumq labiorum & ambarum fm partem palpebrarum A. cuius quidem causa vel est mollificatio seu paralysis aut dissolutio chordæ incisio, aut spasmus lacertorum faciei & palpebrarum. vñ de causa secundo. Scema quidē fm naturam corrumpitur aliqñ vt elephantiosis: phthisicis & hmōi. Interdum vero fm accidens, sicut in dissolutis seu paralyticatis, vel spasmatis, aut phlegminantibus, vel induratis: aut neruo abscissis, uel chorda, siue duris cicatricibus alligatis. In omnibus his talibus in aliam particulam repens fit particula, alias fm aliam. Tortura nanq hic euenit propter læsionem factam in neruis venientibus a tertia coniugatione neruoꝶ cerebri & quinta sub ossibus paris vtrinq duobus sepulta & defensa & a neruis venientibus q plurimis colli spondilibus, ex quibus cum ligamentis & carne construitur colligante panniculo lacertus. A qua quidem passiōe & si duo musculi latigonales hoc nomine noti apud. A. velut culcitra fm Gal. existentes quoq vnicuiq sunt quatuor venientes a

D

3.2.ca.15

1.p. do. 5 fū 2.ca.6 circa prin.

totidem partibus branchi seu rami principaliter peccent nihilominus compatiuntur qui labioꝶ quatuor duoq nasi: in qua etiam passione qui oculorum cum palpebris & ppriæ in parte torturæ contorquetur musculi. Nosce quoq q si omnes nerui qui cerebri patiuntur & p consequens reliqui, consurgit apoplexia. Si vero qui fm alteram sunt partium omnem paralysis seu dissolutio. Si autem fm aliquam partium mollities causatur illius partis, q si partis alteri⁹ faciei tortura vel eneruatio. 3. interioꝶ.

E

Colli. c. 11 fi vti. partic. cap. 4. in medio

Ex qua tamen coniugatione neruoꝶ spondilium manibus paruis nerui mandentur veraciores discordes reperio. 4. enim de accidenti scribitur ita. Sensus manuum quibus spinalis medulla patitur fm quintam spondilem perit omnis cum motu, quibus vero fm sextam non omnis. Primæ nanq brachij partes impassibiles custodiuntur. Multo autem vtiq magis si fm septimam spōdilem spinalis patitur medulla, si autem quid post ipsam non adhuc quid patiuntur manus. Cui quidem sermoni alludit primo secunda vtcunq taliter. Si ergo situs ex communitate fit sicut qñ per nocumentum quod est in digito ex causa antecedente cognoscitur quando est pp nocumentum quod sexto ex paribus neruoꝶ colli accidit apparet igitur ex his seriebus q fm quintam spondilem & sextam demum, minus autem fm septimam minime vero fm octauam nerui deferuntur in manus paruas. In contrarium primo interioꝶ quis cadēs de vehiculo cum iret Romam in principio spatulæ percussus fuit in quo tribus digitis manus sensus iam. 30. dieb⁹ defecerat motu illæso custodito, de quo præsumpsit Gal. q in prima excisione nerui qui post septimam spondilem percussione particulam aliq phlegminantem duram dispositionem habere. Sed neruus qui est post septimam spondilem & ante octauam ex pari ægredit neruoꝶ octauo vnde practicę quinto vbi hic refertur casus concluditur ita in com modum hic neruis contingit qui ad annullarem medicū & medium digitos sensum ferunt: quibus a spondili est origo. 7. colliget. Quare theori. secundo & primo prima expressius de hoc anothomiçatur ita, plurimum septimi paris neruoꝶ colli peruenit ad adiutorium: quidam tamen rami vadunt eius ad collum, caput, dorsum, & diaphragma cū ramis quinti associati. sed octaui post commistionem & societatem omnes ad brachium & asseid uel vlnas perueniūt, neq eoꝶ quis peruenit ad diaphragma. Ramus tamen qui est ex quinto pari versus partem directus manus spatulam non pertransit, neq qui ex septimo adiutorium: sed ille qui ex spatula in brachiū peruenit est ex octauo misto cum primo ramo qui nascitur ex spondilibus dorsi & ad dorsum tendit. Dicendum q hic sermo secundus est verior & particularior: qui autē de accidenti vniuersalior. Per manus enim adiuit earum exordia supre:na vt spatulas cum ipsarum iuncturis ad quas quinta pars neruoꝶ rami & sexti dicuntur peruenire, aut lęsio facta in neruoꝶ explanatione circa quintā spondilem non fuit eius tantum: sed communicans his quæ inferius. Q. autem prius sit acceptabile dictū ostendit: quod vidi de quodam adolescente super collum ex gradibus cadente: vbi percussionem incurrit circa spondilem septimam, in qua factus est tumor, & phibitus motus tandem in manibus totis. Cum autem eum iuuarem, melius habere incepit, motū in manu dextra reassumens a focilibus in antea, sed adiutorij extremum cum focilibus mouere non poterat: in sinistra vero magis erat contra, quod contingebat fm læsionem aut salutem neruoꝶ ortoꝶ a septima et octaua spondilium, qui tandem sanatus perfecte tumore medicamine soluto. Sit tamen imprę sentiarum dicere tantum de hmōi auctorum contrarietate. Fortasse nanq eius amplior sermo deinceps cōcurret.

Colli. c. 10 post prin cap. 5. in medio.

F

Doc. 3. c. 1 in fine.

cap. 6. post mediū & li. 3. c. 10 in fine.

Ca 16. iuxta finem.

G

Ca. 10. iuxta finem. Do. 5. ca. 3 in me.

Cap. 8

H

Est autem facies pars quæ sub craneo anterius in homine solutio ppriе reperta. historiarū primo. Locale quidem

I dem remedium est auxilium post vniuersalem euacuationem seu purgationem ꝙ plurimum administratum, cum in paucis aut in nullis talium hmōi contingat ægritudo, absq; corpis plectoria vel cacochimia, quę prius euacuatione indigent, aut purgatione. Res equidem videtur aliqua talis & est ipsa, vt aurum perfectum aut hō: quandoq; vero neq; videtur neq; existit, vt homo Asinus. Interdum quoq; videtur & non est ceu fixæ distantes stellę apparent non scintillantes scintillare. Nonnunꝗ est & non videtur vt appositione diuersorum colorum superficies existens plana concaua de longe apparet, quod autem certificat istorum amplius sunt duo extrema: consequenter vero quod existit: non tamē visum reliquum autem fidem plerunq; fraudat.

PROPTER SECVNDVM autem sciendum, ꝙ aliqui ambiguitatibus & diuersorum auctorum seriebus paralogizati dixerūt latus visum sanum fore infirmum alteri vero contra, & ideo secundum hoc diuersimode re
K medium applicādum locale: quid autem de hoc mox videbitur ex dicendis.

PROPTER TERTIVM vero sciēdum, ꝙ eneruatio seu tortura si fiat mollificatione aut chordæ dissolutione vel incisione apparente quod exterius ipsius, tūc super partem visam sanam ponendum est remedium, cū ea taliter sit ægra, & ideo fluens trahitur a sana perficiēte sanum actū directe. Apparet enim superficialiter in tortura ꝙ latus quod cōtrahit sit sanum. Contrahens enim & recedens ab eius debito situ ægrum: vt duo trahentes funis extrema seorsum rotulæ infixæ, qui enim plus trahit videtur reprimi & alter subleuari. Si uero tortura contigerit a spasmo humectante vel exiccante: aut a pate vel
Coll.2.de ac.& mor. Ca.7.in medio. &.4.inter. ca.2.inf. duritie cicatricis ſm Gal. super partem apparentem infirmam & vere huius entem ponendum locale auxilium vt durities aut nodosa cū in altero laterum fuerit pendendi; quod series insinuāt præmissæ. Fulcitur quoq; medio breuiori, quoniam super partē veraciter infirmam quic
L quid sit de apparentia quandoq; phantastica locale applicādum remedium: hmōi quidem est pars visa sana in tortura causata ex mollitie vel ei proportionabili. In ea vero quæ a spasmo & sibi similib⁹: talis quidem est visa & existens infirma, propter quod in hac locale remediū ponetur super apparētem sanam partem cum realiter sit ægra. In reliqua vero tortura super entem infirmā & apparentem, quod & signis discernitur certis, quādo enim a dissolutione contingit eneruatio sensus & motus in ea sunt hebetes, & sentitur in cute lenitas & in lacertis absq; extensione, & demergitur oculi inferior palpebra: & partium altera panniculi palati: consequens torturā est mollificata humida laxa: & quia aspectus fit ad inferiora, videtur patiens .q. meditari. Quæ autem fit a spasmo sicco vel humido nota habet signa in parte spasmata, ceu contractio cum repletione non siccitat: stringitur causa cutis
M frontis in illo latere & extensio in altero fit latere: paucitasq; adest saliuæ ac sputi cum sensuum turbatione. Apostematis vero nota sunt signa in eius parte.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum ꝙ Alexan. loquitur de tortura facta ꝑpter mollificationem in qua concessum remedium ponendum super partem visam sanam. Ad aliud dicendū: licet medicus sit artifex sensibilis & euidens, eius tamen sensibilitas & manifestatio veræ debent esse & non sophisticæ quales sunt quæ in tortura apparent ex dissolutione. Nā dictum est quoddam apparere: non autem existere super quod locale non est applicandum auxilium. Aliud sit concedendum, cum lęsio sit in parte visa sana, licet enim in parte apparente infirma corrupta videatur compositio: non tamen proprie: sed per alligationem quam habent musculi vnius partis cum his qui alterius. Quando enim qui sunt alterius partis mollificantur alteri actū suum exercentes contrahunt non habentes aliquid æquipotens. Ad aliud dicendum, ꝙ hmōi tortura contingit ex paralysi siue dissolutiōe: vnde super eam remediū ponendum quādo illic ægritudo existit. Ad ea etiam quæ alterius partis apparet quid dicēdum: quoniam sermo est in tortura facta spasmo vel apostemate, & quia hmōi sæpius euenit ꝙ ea quæ mollificatione, ideo dicit A. hoc ſm plurimum nō esse verum. Ad aliud dicendum: ꝙ in loco sano non est ægritudo compositionis, cū tortura mollificatione contingat nisi apparenter & non vere. Cum enim lacerti vtrinq; habeant suum actum perficere: si qui ex vna parte deficiunt alteri suam perficientes actionem. non eis correspondentibus refrenantibus contrahuntur in seipsos & videntur infirmi, cum tamen extent. In tortura vero ex spasmo euenit secus.

DIFFERENTIA. CLXXXV.

QVOD vinum competat in ægritudinib⁹ neruorum ostenditur: quia tertio secūda. Vinum antiquum paucum cōfert valde ęgritudinibus neruorum omnibus. Et firmatur: quia practicæ .5. Vinum propina vetus modica ꝙtitate vt venter ostendit & oculus. Hęc autem neruosa, multo igitur magis quod medium a nouitate secedens, cū sit antiquo amplius naturæ accommodum: tripliciter enim tempore variatur. dña.70. Rursus. morbus is aut erit ex inanitione, & ita confert vinum maxime, cum humectatione curetur: vinum nanq; humectat, tale enim actu similiter & potentia, cum inter cętera celerius subeat & amplius in partes. Cito enim replet corpa obnoxia inanitioni. apho.2. Ratio etenim nutritionis in eo saluatur maxime, cum calidum sit & hu. dña.70. vel ex humore erit replente, vt phlegmate: cholera vel melancholia aut sanguine. His autem singulariter cōfert: phlegma enim digerit, incidit & resoluit, choleram rub. in vrinam extrahit, & nigram labere facit velociter, quia cogit exire contrarietate flectens illius nocumētum. primotertia. sanguinem etiam clarificat: feces ipsius in euacuatiuas deriuando partes.

N

O Cap. 4. in medio. Ca 16. p⁹ medium.

C6. apho. 21

P

Amp. quo virtutes animales alleuiat & requiescere facit, confert neruis, quoniam iuuamentum fundamento neruorum vt cerebro ministrat. hmōi est vinū etiam inebrians. Alman. 4. & tertia primi. Et curatio ac etiam reductio perficitur contrario, nerui vero sunt frigidi & sicci: vinum quidem vt dictum calidum & hu. Itidem contrariorum contrariæ sunt rationes secūdo de ge. & cor. sed vinum causat ægritudines neruorum repletionales vt paralyses: spasmos & consimiles. Curabit itaq; illas quæ de inanitione saltem. Vinum igitur confert neruorum passionibus.

Do.2.c.8 in medio.

Colligitur ca. finali. Do. 1. c.8 versus fi. T.c.56

IN OPPOSITVM quinto theo. Vini proprium est cerebro nocere et neruis, in eos enim materias penetrare facit. tertio secunda. vnde Mes. in practica. Vinum uitare oportet. Facit enim ad neruos penetrare materias quæ forsitan non penetrarent. Et scito ꝙ inimicum est oculis vinum & neruis. Amp. omnia interimuntur et corrumpuntur a contrarijs de distemperantia inæquali. Vinum autem neruis contrariatur, cū sit calidum & hu. sufficienter. Ipsi autem frigidi & sicci nō multum a cutis recedentes tꝑamento: complexionum apparens primos itaq; vinum ægritudinibus neruorum non competit.

ca.30. 4.f. cap.4. post principiū.

Q Sū.4. ſ. de paraly. post principiū.

Do.2.ca.4 in medio.

ca.7. iuxta finē. & li.2 cap.3. ante medium.

PROPTER PRIMVM siquidem sciendum, ꝙ quid sit vinū, eiusq; multiplicitas, quidue neruus, & morbus differentia monstrauit. 70. 41. & 42. Nosce quoq; ꝙ vinum sumitur aut gratia nutritionis: prout cibum & seipsum deportat in partes & conuertitur in eas: aut medicationis causa secundum quòd alterare sibi & cōfortare taliter inexistit.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ aliqui dixerunt vinum competere neruoꝝ passionibus:

Tum

A Tum quia calidum eorum remittens frigiditatem: Tum etiam quia ipsorum superfluitates vtplurimum coquit et digerit. Sed hæc non valent, cum peritiores cōtrarientur eis veritatis çelatiores, licet enim neruos calefaciat & humectet, ea tamen sunt natura neruorum elatiora ita vt illis noceant cōtraria excessu facta: sui etiam subtilitate penetrando & superfluitates in ipsos nocet inducēdo: neq; materijs eorum confert modo quocunq;, sed quādo fuerint digestæ naturam in earum excitans expulsionem.

Post prin. Alij vero dixerunt id conferre quia virtutem confortat, & digestionem procurat, & maxime cum humores fuerit crudi. vnde quarto de regi. sa. Vinum & digerit semicrudos hu. pręomni alio. Sed id similiter nō stat, quia hoc accidentaliter eis aduenit vt ostēdetur, hic autem magis quod per se sicut apparebit expetitur.

PROPTER TERTIVM vero sciendū, q; vinū simpliciter & per se nocet neruis & proprie alitionis gratia datum, vt illustriores cōiter exponunt & præcipue B subtile: acutum: citrinum: quando fuerit antiquum potissime, oppositū vero minus. Quod firmatur, quia quod neruos relaxat & dissoluit, materias in ipsos deducens, non confert eis, immo eos perampliius lędit, tale quidem vt scribunt est vinum: ipsum nāq; subtile penetratiuum: existit. In neruis etiam debilis digestionis existentibus in digestum conuertitur in acetum: nihilq; vt firmant neruis inimicabilius est aceto, intātum vt dictum sit re. acu. T. c. 41 3. fœminis plus ipsum propter læsionem vuluæ q̃ maribus inimicari, neruosa enim existit. Eti. A quo præcipitur a dogmatioribus abstineri suspectis neruoꝝ ægritudinibus ipsorumq; ipsas inducit: neruos lædit: sed vi- Proble. 6. & 17 num est tale. proble. 3. & complexionum tertio. quod signo fulcitur, videmus enim homines vinum non potan- Cap. 2. iux ta finem. tes propter legem vt Agarenos, aut propter carentiam: quia illuc non perueniat, uel inopia seu abominatione fa- C tali, vel pietatis studio, neruorum passiones incurrere minime. Sic igitur vinum neruis simpliciter nocēs non confert, & similiter sicera et maxime pomacea. Per accidens autem & medicatiōis causa potest interdum eisdem conferre, quia ipsos humectet cū fuerint exiccati, & proprie aquę admistum non paucæ, velut in spasmo qui ex inanitione, vnde in diuisionibus. Detur in potu vinum cū Cap. 17 aqua multa. & tertio secunda. Si misceatur vinum cum Ca. 7. ante medium. Ca. 27 fi. c. 42 aqua quā bibit, nō est remotum a rectificatione. Breuiarij siquidem primo. Sumat in potu vinū subtile velocis penetrationis, & id videtur non plurimum iudicio distare ab eo quod fortius multæq; fuerit aquę cōmistum. Et firmatur: quia aqua humidissima apparenter trāsire: tamē moratur tertio re. acu. vino vero commista subtilitatem acquirit & penetrationem vt deueniens in neruos sine læsione dupliciter humectet, substantialiter propter vinum aqua remollitum: ita vt absq; siccitate humectet in ipsos D conuersum, & accidētaliter propter aquam qd' est quodAm deforis irrorare. Cōfert etiam aliter accidente, quia Ca. 9 & 11 materiam digestam incitat in expulsionē calore naturæ instrm fulciendo. Prius autem spargens eandem & amplians incrudat & nocet non parum quod febres totius signant passiones. 11. curatiuæ: prodestq; itidem: quia uirtutem roborat & confirmat, quod denotat in syncopi eius indifferens exhibitio. Spiritum enim & cor vrr confortat: animam enim lætificat et gaudere facit, adeo vt nihil inueniatur quod ipsius vicem suppleat. Alman. 4. in Cap. 13 casu tamen & accidentaliter confert. Nosce quoq; q vinum vniuersaliter nocet alitionis datum rōne. Medicinæ autem confert gratia quādoq;, aut si forte nocet neruis simpliciter, confert tamen illis modicū appetitus gratia, diuersificatum enim fm minus & amplius diuersos inducit effectus. vnde Dioscorides. Vinum vetus si mul- Ca. 671. in principio. lo at. tum bibitum fuerit, præ nimietate virtutis neruis & sensui contrarium est, pro suauitate autem modicum bibitū

E bonum extat. quare tertio prætactum secunda. vinum antiquum paucum confert ægritudinibus valde neruoꝝ Cap. 4. in medio. omnibus, plurimum enim ex eo sumptum est res nocibilior: ita vt de ipso dicatur quod exponitur de squilla se- Ca. 591. in medio. cundæ secundo ita. Nocet neruis sanis parumper conferendo doloribus neruorum & iuncturarum paralysi & sciaticæ proprie. Sicut nanq; vinum prohibendum est in neruorum passionibus: ita & in his quæ arteriarum, ipsum enim neruosa & frigida lædit maxime. vnde tertio 22. Oportet patientem dolorem iuncturarum dimittere Tra. 2. c. 7 versus fi. vinum omnino vsquequo sanet ex eo integra sanationes: q; si aliquando concedatur in hmōi vinum id: per accidens vt tactum euenit: aut propter abusum prauum quo Ca. 32. iuxta finem. in dilectionem deductum est infirmis. Propter quod Rasis concedit de iuncturis qn̄q;, satagit tamē id interdum meliorare admistione passularum mellis & apij spermatis: quod autem amplius conuenit est mellis aut çucchari F aquæ secundum tamen materiæ varietatem.

PROPTER QVARTVM vero, ad primum dicendum: q;. A. non dicit vinum simpliciter conferre: verum antiquum coniunxit & paucum: quod per accidēs vt visum confert medicinæq; gratia: virtutem enim confortat & materiam educit. Ad fulcimētum vero dicendum, q; venter non est simpliciter neruosus, uerum etiam carnosus & proprie illius intrinsecum fundale: licet neruosum dicatur respectu eius quod extrinsecum hmōi. Neq; etiam in substantia oculi certe natura dominatur neruosa: sed amplius aquosa. dria. 64. Aut licet vinum absolute. Alman. 4. noceat oculis, per accidens tamē eorum materiam vel spiritum iuuat vt indicatur aphor. 6. Modicum etiam q̃titate concessum. Ad aliud dicen- Ca. 11. ante medium. Apho. 31 dum q; vinum non confert spasmo ex inanitione simpliciter: verum commistum aquæ vt tactum plurimæ, aut per aliud ceu tactum: licet etenim vinum conferat neruis G rōne medelæ, nocet tamen (vt ostēsum) eo q; materias in ipsos deducit crudas, cum eo q; eorum dissoluit substantiam. Similiter ostensum est quomodo vinum cōferat & quando gratia materierum contentarū in eisdem. Ad aliud dicendum, q; etsi vinum simpliciter noceat neruorum fundamento ac ipsis: virtutem tamē eius alleuiat & requiescere facit atq; hmōi instrm spiritum. v3. animale: vrinam etiam prouocat, & sudorem, reliqua relinquens superflua & proprie non in fieri verum in facto esse, & ideo ebrietas vt dicunt continua esse non debet. Cauetur enim in eo cuius cerebrum est debile. Maius nanq; nocumentoꝝ vini nō est nisi in cerebro. tertia pmo. Passio ve- Doc. 1. c. 8 versus fi. ro neruoꝝ præparatis debile cerebrum habentibus concurrit. Ad aliud dicendum, q; q̃q; vinum opponatur neruis in complexione ita vt eos reducat siue ipsoꝝ curet passiones sibi, tn̄ illi alia insunt præmōnstrata nocibiliora: vel vinum est amplius calidum & hu. q̃ nerui sint H frigidi & sicci cū immediate & ꝑprie sensitiui iuxta temperamentum sint cutis: ita vt neq; neruos reducat, neq; illis opponatur directe. Ad aliud dicendum, q; illud verum est in p̄dicatis per se, non autem in his quę per accidens, cum ostensum sit vinum neruis per accidens iuuamentum ut nocumentum p̄stare. Nocet nāq; paralysi & ꝑprie sumptum in multa quantitate materiam multiplicando & in neruos illam amplius figendo: parum autem acceptum similiter dictum est iam conferre.

DIFFERENTIA. CLXXXVI.

QVOD coitus non conferat ægritudini phlegmaticæ monstratur, qm̄ sperma qd' coitu emittitur nō est phlegma, cum illud sit vtilis superfluitas vltimi alimenti sanguinei: hoc autem primi. 36. Conferentia sit ipsius passionibus phlegmaticis eo q; ipsarum educat materia. Et fulcit: quia impossibile sit cibum conuerti in chilum, nisi ex ipso generentur superfluitates

tates phlegmaticę, cum phlegma sit primum indigestum proueniens ex cibis. dña. 33. quod autem multum tale ꝙ multum distat a spermate. Eti. Quod corpus desiccat & minuit virtutē naturalem, ideoq; infrigidans ægritudini, cum ea sit frigida, non cōfert phlegmaticæ, hmōi vero secundam Io. est coitus. Rursus. quod lædit maxime partem phlegmatis causatiuam & receptiuam in curatione passionis ex eo generatæ, non iuuat. Itidem nanq; grandius valde suscipit nocumentum conferētia ea vero est stomachus. vnde tertio. 13. Plurimū quod inuehitur in stomacho aut generatur in eo ex hu. est phlegma. quare Isaac ipsum posuit phlegmatis susceptaculuз: sed hic maxime prosternitur vt monstratur ex coitu.

parti. 5.6 epi.cō.25

Tra.1.c.16 in medio. Feb. 5.c.9 post me.

Amp. aut confert per se vel per accidens. nō quidem primo: quia euacuatione mediante. neq; secundo: eoꝙ talia eligenda sunt per se secundum virtutem & non secundum accidens & apparentiam. Adhuc. si iuuaret libido ægritudines phlegmaticas, ipsius præciperetur vsus, cum non sit medicorum gratiosos insufficientes ponere vt febribus apostematis, tyriæ, & similibus quæ phlegmatis: id vero nō iubent, verum eius oppositum magis, non igitur coitus passionibus confert phlegmaticis.

K

IN OPPOSITVM Hippo. epidi. 6. quinta. cum alijs plurimis. Palin. Quod animā hylarem facit corpus alleuians, ægritudinibus confert phlegmaticis & melancholicis maxime: hic autem coitus. Alman. 4. & in techni apparēs. Eti. Quod calefacit & desiccat, phlegmaticis confert ægritudinibus, cum frigidæ sint & hū. Talis vero est coitus: ex multa enim concussione corpus calefacit & desiccat consequenter. Io. Itaq; coitus ægritudini confert phlegmaticæ.

T.c.25 — Ca. 17. in prin. — Lib.3. t.c. 35 in epi. — Vbi supra imediate.

PROPTER PRIMVM vero sciendū, ꝙ quid sit coitus cum eius multiplicitate, differētia visum. 124. quid est ægritudo. 72. Est autem phlegmatica ægritudo vt reliquæ cōplexionales, duplex, quædam siquidem absq; humoris vitio, altera vero cū eo. 74. Et hmōi vel diffunditur per omnem partem fere: ut in se. lepra: scabie: hyposarcha: cacesia & talibus. Aut in partem consolidaſ, ceu vndimia, colica & huiusmodi.

L

PROPTER SECVNDVM autem sciendum, ꝙ qualiter aliqui & maxime Epicurus negarūt hic coitum & vniuersalius conferre ostensum differentia. 124. Quidam vero plurimas coitus aduertentes iacturas in eius hęsitauere iuuamentis omnino: sed quid de hoc ex dicendis in amplius apparebit.

PROPTER TERTIVM vero sciendū, ꝙ coitus confert ægritudinibus phlegmaticis: modificatus tamen vt ostendetur. vnde Hippo. Libido a phlegmate ægritudinum proficuum. Democri. vero. Vsus Venereus maxime quæ est phlegmate fiunt ægritudinibus extat adiutorium magnū, quare Oriba. ad Eustachium. Ægrotantibus ex phlegmate Venus optima. & proble. pria & 4. Propter quid coitus confert ægritudinibus quę ex phlegmate. & quinto theo. melancholię passioni prodest, confert etiam phlegmaticis morbis. Tertio vero. 20. Coitus cōfert ægritudinibus phlegmaticis: vt autem horum verificentur sermones, oportet ipsos prius indicationibus subinniti quibusdam sicut ostendi proble. Aristo. expositione, & demū id idem firmare. Propter huiusmodi primum sciendum, ꝙ caliditas expetitur coeūtis innata fortis, quam nō destruat spermatis exitus, quod indicat desiderium cibi. A. Sed quomodo dicet quis in ægritudine phlegmatis poterit calitas innata fortis esse. Dicendū ꝙ non simpliciter sed vtcunq;. Potest nāq; phlegmatica ægritudo esse in aliqua partium & maxime ventre, & cor cum alijs principalium sit sufficienter calidum forte: sit etiam ægritudo cum humoris vitio. Repletis. n. competit coitus, adsit etiam stomachus non debilis prostratus & maxime melancholicus. Quem coitus lædit

Epi.6.parti.5 — T.c.25

M

proble. 50 — proble. 16 — Ca. 36. in medio. — Tra. 1. c. 5 in medio. — Vbi supra imediate.

Vbi supra imediate.

ꝙ maxime: iuxta illud tertij. 13. coitus est ex rebus magis nociuis stomacho, & dimissio eius ex rebus est conferentibus magis. vnde illius. 20. Dimissio coitus est cōuenientior res ei qui stomachum habet debilem, non sint quoq; eius neruosa cum cerebro, oculis, ac corde debilia: neruis enim coitus principaliter obest: licet enim cōferret ex parte materiæ quæ educitur: nocumentū fortassis magis consurgit neruosorum causa: quod patientes iuncturarum lęsiones ostendunt. Non sint etiam in corpore aliqua corrumpi parata uel corrupta ceu in scabie phlegmatica. vñ quarto septima. Scabiosus dimittat coitū omnino. Ipse nanq; mouet materias ad exteriora & excitat vaporem putridum calidum venientem ad partem superficiei cutis, quare putrefit illic, & in lepra similiter cum tyria, ex phlegmate nanq; causatur. 175. in qua præparatio non raro deducitur in actum. vnde quarto. 3. Oportet ut alienetur leprosus a coitu penitus: neq; sit putrefacta secundum corporis totum vt in febribus aut secundum partē: ceu in vndimia. Coitu enim corpꝰ inflammaretur & dissolueretur. Amp. commisceretur malignū cum benigno ex motu & agitatione: quare in hmōi nō præcipitur coitus, sed tacite potius prohibeſ. Propter secundum huiusmodi sciendum coitum mēsurate adhibitum: vt ostensum. 123. phlegmatis conferre morbis, quoniam illud qdꝰ materiam educit phlegmaticam, calidum excitat naturale sopitum, corpusq; calefacit & desiccat: ægritudines iuuat phlegmaticas, talis vero est coitus. Educit enim de phlegmate partem non paruam, cū in talibus præcipue sit quoddam superfluum spermati assimilatum: vnde Aristo. Coitus confert ęgritudinibus phlegmaticis, quia eo superfluitas phlegmatis expurgatur, & natura simile phlegmati: quare coitus auferēs multum phlegmaticum: iuuat. Et ideo video phlegmaticos emissionis multæ: ac crebræ, maxime cum ventositas coadiuuans erectiua. Et firmatur similitudo eo ꝙ cerebrum cum eius ortus est phlegmaticum. Plurimum autem materiæ spermatis descendit a cerebro. differentia. 34. vñ de aere & aqua. Quibuscunq; inciduntur venæ quæ post aures, hi prorsus oi orbantur generatione. & ideo quæ cerebri læduntur coitu ꝙ plurimum. proble. apparens. Excitat & naturæ calidum motu & eductione, ex hisq; duobus subsequitur calefieri & desiccari. Rursus signo notatur: quia est videre pueros phlegmaticos ægritudinibꝰ phlegmaticis multum ægrotare minores & hebetes permanere. Quando autem coire incipiunt, sanos reddi, maiorari, ac velocitari multum iuuat igitur coitus ægritudines phlegmatis vt expedit: tamen conditionatus & indicationibus prætactis determinatus. Sunt autem huiusmodi ægritudines quibus is confert, foda maxime a consueto capite mox abscisso vertigo, seu scotomia, modus quis epilepsiæ, subeth, malitia animæ, tenebrositas visus, & vniuersaliter sensuum hebetudo, deiectio appetitꝰ, dolores & grauitates renum repletorum emunctoriorum, ancharum & earum vniuersaliter quæ circa pudibunda partium pręseruat ab eorum apostematibus, pręfocatio matricis, & omnifariam tollit vaporem fumosum præcipue retentione seminis diu coartatum: qui tandem petens cor et cerebrū symptomata inducit ꝙ praua: mox ēt accidentia quandoq; interiorum cum. 124. euidens. 6. Confert etiā coitus regulatus non modicum propter eandem causam ægritudinibus melancholicis. Halyab. & Alman. Dilatat enim animam hylarem & iocundam reddens. vnde tertio. 20. Coitus confert melancholiæ & pluribus ęgritudinibus cholerę nigræ. pp quod dilatat & expellit fumum spermatis aggregatum a parte cerebri & a corde.

N — Tra 1.c.36 in fine. — Tra 1.ca.6 versus fi.

Tra.1.c.7 in prin.

Tra.3.c.3 in medio.

O

5.proble. proble. 50

P — versus fi.

4.proble.1 & complexionibus aliis.

Q

Ca.4. post principiū. — 5. theo. cap. 36. in medio. — Li.4.c.7 in prin. — Tra 1.ca.5 in me.

PROPTER QVARTVM vero. ad primū quid dicendum iam apparuit. licet enim sperma verum nō sit idem phlegmati: est tñ sibi multum vt tactum affine proprie in languorosis a phlegmate: non enim inconueniens

phlegma

A phlegma ita spermati simile coitu educi, cum eo sanguis sequatur q̄nq;. Iuuat etiam coitus non propter id solum: verum etiam quia corpus calefacit, & phlegma desiccat. Ad fulcimentum quidem dicendum visum. 33. Phlegma enim impropriè tamen potest dici chilositas anteq; in sanguinem trāsducatur, quæ magis distat a spermate. Dicitur & phlegma vere quod cum sanguine simul vt multum generatur in hepate. d̄ria prællegata de quo hic ratio. Ad aliud dicendum, q; id est verum q̄n coitus fuerit superfluus valde etiam corporum & quocūq; qualis non hoc expetitur loco. Ad aliud etiam quid dicendum iam est visum. Tunc enim coitu læsio consurgeret grādis propter læsionem alicuius partis principalioris, aut cōsurgeret dissolutio virtutis propter exhalationem spirituum. Ad aliud dicendum, q; coitus per se cōfert eo q; non per accidens & causaliter proficit: licet aliquo accidat mediāte, puta motu vel euacuatione & per se q; ipsius iuuamentum est permanens verum. per se nanq; opponitur ei quod per aliud, ac illi quod per accidens: et ipsum quod secundum quid. Ad aliud quid dicendū vtcunq; apparuit: quoniam in ægritudinibus præmissis exceptis coit⁹ prohibetur, aut tacite subauditur nociuus. In reliquis vero vt expressum asseritur coitum conferre.

B

DIFFERENTIA. CLXXXVII.

QVOD sanguis desuper fluēs sit compescendus ostenditur: quia quod est præter naturā est compescendum, cum ipsam impediat & prosternat: talis vero est fluxus sanguinis desuper factus. Omnis enim sanguinis fluxus menstruali excepto, extra naturam existit. de accidenti sexto. qualis quidem non est exterioribus proueniens. (Ca. 1. t. fi.)

Itidem: omne malum est cohibendum, cum sit naturale læsiuum: hmōi vero hic fluxus existit. quarta enim Apho. Sanguis desuper fluens qualiscunq; fuerit malū, deorsum vero, bonum si niger fuerit. Rursus, quod educit filium & thesaurum naturę de corpore & proprię per partem superiorem, quæ deputata est attractioni, vt inferior expulsioni. differentia. 166. est compescendum. Id autem fluxus agit sanguinis desuper, maxime cum ipse sit præcipue proprius & familiaris naturæ elementorum. 2. Palin. prohibenda est declinatio & transitus materiæ ad principale. Sed hic euenit fluxus sanguinis, cum cerebrum sit desuper locatum: itaq; sanguis desup fluens cohibendus. (apho. 25) (C) (Aetsus fi.)

IN CONTRARIVM Alman. 9. Quibus per os etiam solet sanguinis exitus cum interpolatione accidere ex quo nullum sentiunt nocumentum: ideo sic dimittendum. Rursus quod salutare seu salubre tranquillitatē præstans & iuuamentum, non est cohibendum: talis autem sanguis est desuper fluens. vnde apho. 7. Quicunq; sanguinem vomentes si quidem sine feb. salubre. Atter. tio. 13. Multotiens est in vomitu duarum librarum san. v. g. tranquillitas & iuuamentum. Adhuc motus naturæ non est compescendus, & maxime cum fuerit sufficienter regulatus illa. Hmōi autem non parum repertus est fluxus desuper sanguinis factus, quod reuma fluxus sanguinis a naribus ostendit iuuatiuum. Itaq; sanguinis fluxus desuper non est constringendus. (a. 59: in medio.) (D) (apho. 38) (Tra. f. c. 10 post me.)

PROPTER PRIMVM quidem sciēdum, q; quid sanguis & quotiens dicitur: d̄ria ostendit. 30. Est desuper quod a diaphragmate superius. Inferius vero quod reliquum: de quib⁹ quoq; partibus sang. effluat desuper differentia uidebitur. 190.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, q; aliqui imitantes Erasistra. 9. de inge. dixerunt sanguinis fluxum fore compescendum, omnes euitātes etiam spontaneos fluxus. Acquiescentes quoq; aliqui Gal. denotāti omnem fluxum extra naturam, eo qui menstruorum excepto protulerunt desuper factum: p̄ter eum qui narium fore compescendum. Nōnulli autem a se asserunt vt omnis sed quid de his tertio propositorum ostendetur. (cap. 5. post principiū.) (Vbi supra in arg.) E

PROPTER TERTIVM vero sciendum, primitus vt dudum innotuit: q; sanguinis fluxus desup occurrens, aut est a naribus, vel ab ore. siquidem primum aut symptomaticus, vt propter aliquam malam cōplexionem partium contentiuarum: vel sanguinis acuitatem et mordicationem, aut ipsius quantitatem naturam stimulantem ad sanguinis excretionem, & ita sanguis compescendus per ipsius causę remotionem, cum symptomate fact⁹ naturam prosternat. Siquidem criticus digestionis etiam signis præcedentibus, vel aliter periodicus, cōsiderandum, an sufficienter sit expellens quod superfluum. Ex cuius quidem eductione sequatur iuuamentum, q̄m tunc cum motus sit naturæ naturaliter operantis, non est coartandus, ni excedens ex quo humores eūentur & spiritus resoluantur, vt tandem virtus subiaceat prompta, tuncq; vt sanciunt cō pescendus. Si vero fit ab ore, aut exiuit locum suum, vel intra ipsum cōtinetur: siquidem egressus: educendus mō quocunq; ad illud medicatione naturam incitante, q̄m sanguis præter naturam in ventrem. i. cōcauitatem effusus necesse est putrefieri. apho. 6. Quod autem putrescit feb. & q; deinceps inducit. q; si intra locum contineatur proprium, tūc aut egreditur a partibus superiorib⁹, ceu ore, vel a medijs, & ita compescendus, ad inferiora ducēdus, cum eductio expostulet oppositionem etiam loci & proprius q̄n intēditur deriuari. Si autem a partibus labatur inferioribus, ore aut tussi educitur, vel vomitu: quod siquidem tussi, tunc ex spiritualib⁹ exit. unde apho. 7. Sanguis a pulmone cum sputo exiēs non est salubris etiam carētibus fe. q̄m si hæc passio elongetur, ex necessitate subsequitur fe. iuxta illud eadem. 7. In sanguinis sputo phthisis & fluxus capillorū: vbi vero saliua retinetur moriūtur. Si quoq; egressus fuerit proprium locum, vt in cōcauitate pectoris delapsus, educendus, ne putrefactione corrumpat quod reliquum omne. vnde liquoribus hmōi sanguinis eductiuis commiscent acetum minus acutum, vt eius incisiōe ac quadam tussis excitatione cum fluxus cessauerit, quod residuum foras educatur eiusdem. interdum autem fere inter hæc mediās loca vt in apate sanguineo, & tūc nisi in p̄ncipio fuerit educendus omnino medicinis pectoris lenitiuis & maturatiuis, cu; eius cura perficiatur digestione ac eductione. (F) (apho. 20) (C6. apho. 38) (apho. 16) (G)

Si vero educatur vomitu, ceu quod in ventre continet tunc effusus in eum. Aut erit pp sanguisugam stomacho infixam, vel aliud quodcunq;: & ita vt apparuit: ne ibidem corrumpatur eūandus. Si ide; in ipsum refundatur ex alijs locis considerandum: quia vel periodice depellit vigore sufficienter naturæ pp aliquas ipsius consumptiones derelictas aut eūones prohibitas consuetas, vt in manifestius mutilatis, vel retentionibus menstruorum, hemorroidarum, aut exercitijs derelictis vsitatis, vt ostendetur. 190. Et series taliter uerificat Alman. cum. 7. apho. & A. Vel educitur symptomatice magis propter causa; complexionis simplicis, aut materialis, aut compositionis. Et sic vt firmatum a natura compescendus est flux⁹, ceu conspexi in mulieribus nocentem ipsum adhuc menstruantibus, & de his quarto interiorum apparet. Nosce siquidem in amplius, q; bonu; aut malum dupliciter accipitur, ut vniuersaliter sit dicere, uel simpl̄r ceu Deos reuereri, & parentes honorare, aut hmōi oppositum, vel secundum quid, sicut voluptas, seu mercium in pelagus tempestatis hora prostratio: digitiq; abscissio, causa causati aut eiusdem contrarium, vel quod hmōi. simpliciter quidem hic bonus est fluxus sanguinis menstrualis solummodo, cum mulieri competat etiam tēperatæ in suo genere, non aūt in viro temperato fluxus quis est sanguinis naturalis: conferatq; in præsenti & ordinetur illa depurata in prolem. tunc enim peramplius aduenit concipere, (H) (Cap. 5)

I pere vnde tertio.21. Ex consuetudineqꝫ mẽstruationis delapsus ad matricem sanguis hora prægnationis retinetur clausa eadem, ita vt eo embryo conficiatur, nutriatur, & foueatur. Ordinatur igitur fluxus naturaliter in indiuiduum & speciem magis, quod apparet, quia plurimæ sterilium mẽstruantur ꝗ minime. Alij vero fluxus licet sint simpliciter mali, secundum aliquid tamen laudabiles, vt per vomitum: periodicus etiam iuuatiuus malus extat relatione fluxus menstrualis seu fluxus sanguinis narium: aut per hemorroidas, uel similiter intestina, cum id quod secundum quid extat latitudinem hic contineat grãdem. vnde apho.4. Deorsum uero bonum & reliqua: bonum non proprie dictum intelligere congruum: sed impari huic idest melius ac si & ita dictum. deorsum autem melius exeuntes nigræ. Veræ nanqꝫ aliquis eliget sanguinẽ deorsum ferri anteꝗ per os qualitercũqꝫ. Apparet igitur ex his veritas non parum quæsiti. Sic igitur fluxus sang. K quidã est innaturalis ex toto: sicut qui corporis optime sani. alius autem medius tamen simpliciter innaturalis. ſm quid autem vti propter iuuamentum potest dici naturalis, quod inde consurgit, sicut quod est naribus & hemorroidibus. Alter vero simpliciter naturalis vt qui in aliquo genere ceu menstrualis, cum mulieri etiam temperatæ hoc opus sit habere.

Colligitur. Tra.1.c.1 versus fi.

apho.25

PROPTER QVARTVM quidem. ad primũ dicendum naturam sumi anguste ualde prout in eius omni naturalitate consistit, quando dicitur omnẽ fluxum san. fieri præter naturam &c. Iuxta quod dixit Diocles. Sudores præter naturã: & similiter hypostasis, ita quælibet erit innaturalis. in corpore nanqꝫ temperato certe nulla debet sensibilis superfluitas ꝗ per vias deputatas manifestas emitti: sed insensibiliter foras omnis excerni, & ita superfluum sudorale vel hypostaticũ non aderit eidem. quare dictum de accidenti.6. fluxum omnem sanguinis extra naturam fore in toto. Latius vero sumendo naturam plurimi fluxus sanguinis & præter menstrualem naturales existunt iuuamentum præstantes, ceu quinarium & hemorroidarum valde plura præter optime sanum, corpora sana & in latitudine sunt dicta & si sanius cæteris illud. Ad aliud dicendum iam patere. Nam fluxus omnis san. desuper factus: præter illum etiam qui a naribus vt excipit Commen. non est malus simpliciter saltẽ; sed respectu flux⁹ qui deorsum sicut hemorrhoide quando subditur. Deorsum uero niger bonum. immo aliquid bonitatis vt declaratum continet, sicut quando sanguis fuerit extra loca ꝓpria periodice a reliquo euomitus corpore quãuis laudabilius: amabilius atqꝫ decentius foret eundem per intestina in extra dimitti. Ad aliud dicendum, ꝙ licet sanguis sit filius & thesaurus naturæ sibiqꝫ dilectus non parum peccans: tamen qualitate seu quantitate redditur secundum Isa. tunc oppositus. Pater nãqꝫ filio delinquenti quandoqꝫ alio magis cum in amplius debuerit subijci irascitur ita vt eum a se verberatum educat. euacuatur etiam quid benigne per stomachũ, & præcipue quando natura repit inde. Ad aliud dicendum ꝙ fluxus sanguinis per desuper ꝗꝗ versus principale ut cerebrum inclinetur, non tamen intantum vt peruenit in idem. Aut id secundum quid. non autem simpliciter laudabile. Quæ autẽ partis alterius similiter apparet, quoniam sanguinis fluxus per vomitum periodice factus secundum aliquid bonus, & remedium præstans, & non compescendus. Ad aliud dicendum, ꝙ vomitus sanguinis non est simpliciter laudabilis, sed qui sine fe. illius qui cum relatione tcum ille sit pernitiosus. vnde. A. Omnis vomitus san. cum fe. malus: sed cum non est illic feb. quandoqꝫ non est malus. qui autem prauus ostenditur eo ꝙ subdit Hip. Curare vero stipticis & infrigidantibus & per hoc apparet tranquillitas ipsius & iuuamentum qualis extent. Ad aliud etiam quid dicendum apparuit, cum concessum sit aliquem fluxum sanguinis desuper factum laudabilem existere.

Ca.1.⁊.fe. L

Elemento rum.1. p⁹ medium. & feb.5 M cap.3. circa prin.

5.13 tra.5 ca.10.in fi. apho.7 apho.38

N

DIFFERENTIA. CLXXXVIII.

QVOD subscannatio non competat in squinãtia videtur: quia communiter operantes quos non est insufficientes ponere non inueniuntur eam facere. Adhuc Albuc. chirurgiæ.3. In habẽtib⁹ squinantiam oportet ut deuitetur sectio epiglotis, cum non fiat iuuamentum per id. inciderentur enim musculi dilatantes in aeris attractionibus ordinati. quæ autem fit in epigloti propria existit & squinantiarum pessima. Amplius per foramen subscannationis sanguis suffocatiuus decurret ad pulmonem, & aer mox inalteratus in prauam dispositionẽ est permutans ipsum: & ideo hac duplici de causa vuulæ abscissio reddit suspecta, pro gnosti.3. hinc autem timor imminere potest nõ parum. T.c.13 Rursus quib⁹ desperabilis est salus mortem habet medicus prędicere, sicqꝫ ab eis recedere, ne de ipsorum inculpetur morte: dña.132. hmõi vero est squinanticus. Præcipitur nanqꝫ subscannari, cum cætera non conferant, et res est tanꝗ in desperatione posita. Et confirmatur: quia si a fe. habito tumore &c. mortale. aphoř.4. Itidẽ si mortalis est incisio vesicæ aut intestini, cum non sit adeo nobilis pars vt canna. eius mortalis est incisio: sed illius est mortalis iuxta apho.6. Vesicã incisam aut cerebrũ &c. mortale. Palin. Si canna incidatur non poterit consolidari per aphorismũ sequentem, hmõi quando incisum fuerit os, aut cartilago. aut neru⁹, vel maxillæ tenues, aut præputium, non crescunt, neqꝫ conglutinantur. De natura vero quorundam istorum est canna cum sit neruosa & cartilaginosa. Timor autem ad nõ posse consolidari est ꝑtactus: non itaqꝫ in squinantia cõpetit subscãnatio. c.36.A.18

O

apho.34 &.35 Apho.8

apho.19

CVIVS OPPOSITVM scribitur. 9. practicæ.3. nona similiter & Zoar. Adhuc autem incisiones nõ minus ista sunt periculosæ, vt quæ pectoris, hepatis, vm bilici, vesicæ ac inguinum & crepaturæ quæ tamen permittuntur fieri. Rursus ad vltimas ęgritudines vltimę curationes sunt potentes ad perfectionem. Squinãtia vero est vltima & perniciosissima ægritudo apparens pro gno.3. Operatio autem manualis est vltima curatio, cuꝫ sit extremum medicinæ organum. Itaqꝫ in squinantiam competit subscannari. T.c.18

ca.1.⁊.fe. 1. theori. P Tra.10. c. 14.⁊.fi.

PROPTER PRIMVM quidem sciendũ, ꝙ squinantia est præfocatio circa guttur ex apate consurgens. Præfocatio siquidem hmõi vt genus ex pluribus potest contingere causis. Aut exteriori vt laqueo vel rebus venenosis susceptis, sicut iusquiamo, & fungis, & propriæ andachoca, aut ex bolo vehementer stiptico viscoso, seu spina gutturi infixa, vel a causa ĩteriori vt siccitate intensa: vel a debilitate musculorũ partes aeris attractiuas mo uentium. Aut a materia oppilante transitus spirituum cerebri ad pectoris partes, vt in apoplexia, vel ex materia in pulmonẽ delapsa, velut catarri superiores celeriter dissoluentes. Aut ꝑ apa squinanticum seu spõdilium colli dislocatione quocunqꝫ modo causata. Nam squinantia vt multum causatur ex apostemate: quandoqꝫ vero ex dislocatiõe. Aphorismorum & interiorum quartis. quæ etiam vtplurimũ contingit ex apostemate. contractione dislocatiõe sua, interdum vero casu vel percussione. Rasis in diuisionibus. Nosce quoqꝫ ꝙ squinantia dupliciter distinguitur. Aliquãdo quidem ratione materiæ vt sanguinis cholerę, phlegmatis, & melancholiæ. tertio nona. Subditur enim in ea pręter alios ꝙ accidit a melancholia. Raro tamen cuius sentit viaticus contrarium ita. Ex melancholia nunꝗ fit hoc apostema: quia hic morbus cito præualet, cum sit peracutissimus, sed melancholia per lõgum tempus operatur: quare impossibile fit ex melancholia generari. vnde. A. Dicunt quidam ꝙ non

Q

Apho. & com. 35 Cap. 3 circa prin. Ca. 11 ⁊ ta fi. Ca.5 ⁊.fi. Isaac lib. 3 ca. 1. circa prin. Vbi supra immediate.

accinit

A accidit omnino ex melancholia: quoniam melancholię minoratur effusio ab aliquo membro ad alia membra subito. demumq; subiungens terminat taliter veritatē. Verum non elōgatur cum raritate illius quin accidat subito aut paulatim & inde suffocet: neq; oportet vt refert viaticus q̄ melancholia semper per longum tempus imprimat. Licet enim hoc insit ei rōne qualitatis: potest tamen ex parte suæ molis & grossitiei cum grauitate cito meatū obstruere quemcunq;. Adhuc sm. A. præfocatio quandoq; 40. prolongatur diebus. Interdum vero distinguit squinantia rōne loci solum in quatuor solum modos uel in quinq;: interiorum quarto. Exampliāt enī sermones non parum Hippo. subsequentes, cum his tantum eius tres subdat modos progno. notos. 3. Nam quandoq; fit in lacertis extrinsecis ab epigloti declinantibus ad anteriora et inferiora, in qua rubor apparet in anteriori parte colli & thoracis: aut in lacertis ad posteriora colli cum

Vbi supra mediate. ca. 5. post principiū. T. 12. & ...

B communitate quandoq; spondilium & nuchæ: tūcq; rubor & calor percipiuntur in ore: & fit in lacertis intrinsecis mery & quæ sequuntur ipsum constringens anhelitū vicinitate sensui apparens minime, aut in lacertis intrinsecis epiglotis & in panniculo cooperiente ipsam quę de terior est alijs sensui nō manifesta omnino. Et interdum ex his apostematib⁹ duo pñt simul aggregari vel plura.

Et nosce q̄ aliqui vocant primam speciem istius passionis per. q. quinātiam. secundam per s. synantiam: tertiam vero per. s. & q. squinantiam: & per ch. chinātiam aut per acchinātiam quod Aphorismo℞ & interiorum quartis non cōfert: eo q̄ nominum studium rerum est negligenda, est autem hic subscannatio cōtinuitatis solutio tracheæ perforans subtiliter illam.

C6. apho. 14. var s. 2. 3. ver. 6.

PROPTER SECVNDVM quidem sciēdum, q̄ medici communiter hanc sectionem non faciunt. vnde Albu. Non vidi aliquem in terra nostra. qui hanc fecerit

C eo q̄ sunt inexperti, formidolosi, timentes periculum & infamiam quam possent incurrere. Et proprie dico minus reputati & imperite operantes. Maioribus enim vulgus illis amplius non apprehēdens comparcit. Sed quid de hoc tenendum consequenter apparebit ex dicendis.

PROPTER TERTIVM quidem sciendum, primitus q̄ non raro hic competit subscannatio. Et modus eius ostendetur deinceps. Propter primum hmōi sciendum, q̄ præfocationes aliquæ sunt adeo sæuissimę, ut eis reliqua non conferant medicamina, despereturq; de ipsis omnino. Quædam vero his sunt oppositę. In primis autem quando virtutis aderit constantia: quod ubiq; intellectum & suppositum competit subscānatio vt testantur medicorum illustres præfati: expetitur & in casu cum aliquis nullo modo vellet aliquod medicaminis auxiliū suscipere præter hanc sectionem ceu infra concedetur Bezel. differentia. 199. cum prædictione tamē, ne inde si ali-

D quid contingeret medicus infametur. Excepto tamen q̄ si apostema fuerit ad exteriora procliue, poterit cum medicaminibus & incisionibus si expedierit factis sub gula curari: aut fuerit apparens interius ore aperto. Vnde Platearius consulit, licet nunq̄ fecerit q̄ imminente suffocationis periculo, habeatur lignum politum & aperto imponendum ore, vt pellicula rumpatur apostematis, cum summa tamen cautela faciendum. Pater nanq; meus inquit dum luderet aleis cum quodam Salernitano, ille subito squinantia occupatus est ita vt loqui non posset, & cum iam inciperet suffocari locum cum digito dolentem cępit ostendere: paterq; tanq̄ comperiens causam: cuneo dentibus imposito clauem interius impulit & rupta est apostematis pellicula, & sic sanguine in multa quātitate fluente conualuit. Timendum dico tamē taliter id facere quando apostema latitat interius periculum non parum posse imminere. Quosdam enim vidi celerius suffocari ex humorum decursu ampliori. Fit etiam subscannatio

E gratia attractionis aeris in refrigerationem cordis: non autem gratia eductionis materiæ apostematis vel alitionis, vt si esset apostema in mery non est perueniēdum ad ipsum incisione, vt materia educta alimentum assumat, cum inde mors celeriter posset occurrere. Quòd autem sit subscānnatio faciēda probatur: quoniam septimo de inge. & primo quarta. Oportet te habere maiorem sollicitudinem de re quæ maiorem incutit timorem, regendo tamen illud quod est sub ca: sed maior timor incutitur ex suffocatione festina per squināntiam q̄ ex sectione ex parte arteriæ vt ostēdetur. Adhuc sicut videmus in alijs perforationibus cannæ casu factis: ita & in his amplius quę arte fiunt, sed priores plerūq; accidunt absq; periculo sicut vidi & audiui. vnde Albuc. ancilla cultellum accepit & sibi immisit gutturi ita vt inciderit cannalem pulmonis: ad cuius curationem vocatus inueni eam mugire vt mortuus. Detegens ergo vulnus inueni sanguinem egredientem parum. Confisus ergo sum q̄ ipsa non absci-

ca. 11. post principiū. ca. 1. circa principiū.

F derat venam neq; guidez. Et non accidit ancillę aliquid nisi raucedo, quæ post dies ad meliores suarū dispositionum redijt. Amplius sicut in alijs animalibus euenit & maxime perfectioribus homini assimilatis: ita & in homine. interiorum apparens quinto. Sed in his vidi sæpe quando suspenduntur & cannalis perforetur indifferenter & sine arte viuunt. Palin. Quod præparat aerem cordi ad eius refrigerium, non solum confert: immo necessitatem habet q̄ grandem: talis autem est subscannatio: cū aer inde a pulmone attrahatur. Eti. Videmus q̄ in perforationibus ac periculosioribus in pectoris cōcauum pertingentibus, non malignatur tunc omnifariā vita: quare neq; in ea quæ cannæ. Confert itaq; squinantiæ subscannatio, immo tanq̄ necessaria in casibus determinatis est facienda. Propter secundum hmōi sciendum, q̄ oportet patientem in conspectu operantis sedere super sedem posterius eleuatam vt eius dorsum conseruetur, eiusq; ca-

cap. 2. in medio.

G put subleuetur excorticeturq; cutis cum eo quod illi subiacet panniculo, & tenaculis protrahatur ad diuersa sub tribus aut quatuor plus q̄ semicircularibus annulis epiglotis: deinde inter cartilaginem vnam & aliam in panniculis fiant tres aut quatuor fissuræ rotūdæ: vt duæ sint versus dextrum, aliæ vero duæ versus sinistrum: vel fortassis duæ sufficienter laterales: dimittanturq; aperte donec periculum recesserit, pertractatisq; vt expedit partib⁹ extrinsecis lateraliter occurrentibus: deinde medicamine cōsolidentur incarnatiuo. Vnde Zoar post multam circa hoc perscrutationem inquit. Incidit quandoq; cannā pulmonis post incisionē corij & pelliculæ incidi de substantia ipsius cannulæ incisione perfecta minus quantitate vnius lupini. deinde laui vulnus cum aqua & melle donec consolidaui.

Theisir. 1 tra. 10. c. 14 iuxta s.

PROPTER QVARTVM quidem ad primum dicendum, q̄ nō arguis per os sed eos potius accusas cū sint formidolosi: ac inexperti operum artis. Subscānatio

H enim fienda est vt in casu præfigurato. cum inde secundum Albuc. saluentur a morte. Ad aliud dicēdum, q̄ Albuc. non simpliciter negauit, verum præcepit q̄ fiat subscānatio epiglotis sub tribus fere circulis aut quatuor ipsius. Negauit autem in ipsa epigloti. Propter quod secundum eum omnes venæ & pulmo sunt infirmi. Læduntur enim vt tactum musculi epiglotis illam dilatantes & constringentes in aeris attractionem & emissionē.

Ad aliud dicendum, quòd san. non curret ad pulmonem, sed exterius totus: cum non incidatur canna nisi in cisione modica & in loco panniculoso sanguine carēte. Neq; est simile quod introducetur de vuula. Neq; etiam aer nocet cum possit ad complexionem contemperatam pulmonis permutari, Neq; illud etiam remanebit tempore longiori: ceu in vuulæ abscissiōe. Ad aliud dicendum quòd Gal. loquitur in his in quibus virtus est imbe

cillis

I dillis penitus & prostrata: quales vt suppositū non sunt in quibus inducitur subscannatio: aut sermo Gal. nō est absolutus sed potius cum prædictiōe circa tales operandum apparens in phthisicis.5. de inge. ita vt Mes. præcipiat operari in apoplexia maiori: ne defect⁹ appareat in arte seu artifice. Ad confirmationem dicēdum, quòd ante illam repentinam suffocationem posuit saluatiua præcedere subscannatio. Ad aliud dicēdum q̃ incisio vesicæ est mortalis quando eius magna pars inciditur, quod hic non euenit. secūdum vero Commen. id vesicæ inest: quia est subtilis & sine san. non autem talis est omnino trachea arteria. Ad aliud dicendum, q̃ id auditur quando incisum fuerit, idest pars eius grandis deperdita fuerit, quod hic non euenit vel non conglutinatur conglutinatione seu consolidatione prima & vera secundum primam intentionem: sed iuxta secundam in tech. vt visum.36. Adhuc. licet etiam partes tracheæ arteriæ
K non conglutinarentur quocunque modo, partes tamen superiacentes consolidarentur & vnirentur & foramina obstruerentur cannulæ.

Vt supra 182. arg. 4 De appropriatis sū. 3. in s. ru. propria.

Li. 3. t. c. 114

DIFFERENTIA. CLXXXIX.

QVOD gargarismata conferant in passionibus pectoris monstratur, quoniam in asthmate & cōstrictione anhelitus factis propter catarrum oportet vt laboretur cum cura prohibente ipsum & faciente spuere quod aggregatū est tertio decima. huiusmodi autem super pectoris ægritudines: sed gargarisma operatur prædicta, cum catarrum sistat inspissando illum ad partes stipticando & cōfortando diuidit & ipsum subtiliat quando fuerit viscosum grossum & lenit asperum in sputum propellens. Adhuc. illud quod cerebrum confortat, catarrum compescit, et a pectoris partibus auertit, cōfert in passionibus pectoris. Huiusmodi
L vero est gargarisma ex rebus constructum cerebrum iuuantibus & stipticis & confortatiuis expulsiuarum partium. Rursus eadem ratione qua competunt caputpurgia videtur & gargarisma conferre: cum vtrobique materia prohibeatur catarrosa in partes pulmonis. Caputpurgium vero maxime competit vt declarabitur. Amplius illud confert in passionibus per cuius motū & agitationem virtus defertur ad ipsum: tale autem est gargarisma. Propter enim cōcussionem & agitationem ipsius vigor propellitur intra. Palin. Ratione continuitatis partium extinguit inflammationem existentem in pectore, aut frigidam remittit, vel aliam prauam dispositionem tollit, quod autem tale, eidem iuuamentum præstat. Itaque gargarisma ægritudinibus confert pectoris.

Tra. 1. c. 41 versus fi.

IN OPPOSITVM quia nullus auctorum inuenitur, quos non est dare insufficientes gargarismata ex-
M primere in ægritudinibus pectoris conferre, verum capitis & ceruicis. Adhuc quoq; quorum partes & passiones sunt diuersæ, & remedia erunt alia & alia: cum ab his sumatur indicatio curationis, sed ipsæ sunt aliæ, ceu etiam capitis: colli & pectoris. sed prioribus vt ostendetur competit gargarismus. Itaq; ipsa non conferunt in morbis pectoris.

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, quòd gargarisma vel nomen est fictitium ad soni huiusmodi similitudinem sumptum aut a gargareon Græce quod est vuula. In passionibus enim ipsius & partium circunstantium ei gargarismate vtuntur. Est autem gargarisma medicamen locale humidum in passionibus capitis & ceruicis iuuatiuum, ex cuius agitatione sonus quis percipitur in gutture. Locale siquidem medicamen seu remedium dicitur: quod determinate applicatur loco contra id quod omne respicit diuisum. humidum autem existit vt humectet, applanet, mūdificet, & abstergat: cuius humidum aquæ vel alterius liquorum est materia in quo
N decoquuntur medicamina necessaria. auctores quoq; in solius capitis & colli eo passionibus vtuntur, cum illis tanq̃ appropriatis locis immediatius occurrat: & vsus est ipsis non paruus in passionibus ceruicis: quod quidē differens administratur iuxta dicta ex ipso iuuamēta sperata. Nam quoddam est alteratiuū alicuius discrasię simplicis vel compositæ: aliud impillatiuum materiæ fluentis acutæ: nonnullum aperitiuum: quoddam lenitiuum asperitatum, aliud dissolutiuū: reliquum abstersiuum & mundificatiuum alicuius in partibus prædictis contentum, vt pulueris seu alterius ita vt & quoddam sanguisugæ expulsiuum. quod & pluries administratur calidum interdumq; frigidum secundum quòd differenter expedit alterare & permutare. Est autem pectus cordis & aliorum quæ vitæ tutamen in euentationem ipsius ordinatum: ex. 12. spondilibus &. 24. costis ac osse thoracali constructum. Torax enim seu os thoracale septuplex
O pars est ipsius anterior, cum qua. 24. connectuntur costę. differentia. 191. Quid autem passio seu morbus differentia ostensum. 72.

Gargarisma quid

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, quosdã simpliciter protulisse gargarisma in morbis pectoris conferre, cum ipsum lapsus vel alia incurrat quibus gargarismate suffragatur: quod in omnibus inducūt passionibus ipsius per longa. Sed quòd id non valeat monstrabitur dicendorum tertio. Nam & si aliquod iuuamentum afferant nocumentum vt ostendetur est maius illo. Et ideo aliquando cum distinctione dixerunt & passio pectoris aut est iam fiens, & ita ei vt apparebit gargarisma non conuenit: aut futura mox fieri, puta ex catarro annato vel viscoso ad pectus descendente. Et tunc expedit, cum ipsum inspisset aut diuidat cum alteratione conuenienti. nam secundum Mes. interdum eligitur gargarisma quando timetur ne materia ad partes nobiles
P fluat, & quando catarrus est cholericus acutus vel multę viscositatis & spissitudinis. Sed vt tertio manifestabitur proposito. dicendum id non valere, cum iste sermo lit in catarro magis negatur autem in passionibus pectoris. in quo & si gargarisma conferat ex parte eius quod dictum nocet tamen vt ostendetur ratione motus & agitationis tussis inducti.

In de appropriatis. fi. 4 re de cura catarrationeet.

PROPTER TERTIVM vero sciendum, q̃ gargarisma nō competit in passionibus pectoris seu pulmonis: quia quod materia sui motu agitat in pectus tanq̃ ēt a nullo excellentior expressum & quæ ipsius casuram, non confert in passionibus &, ꝓprie qñ fuerit ex catarro. Sed ostendit talium hmōi esse gargarisma: cum motu. n. & agitatione actū perficit suum. hic aūt materias ad locū impellit debilem natū suscipere. Adhuc incitat taliter tussim: hoc aūt in pluribus nocet pectoris passionibus: cum materiā magis deducat ad locū: solutionem ēt continui-
Q tatis causat & exāpliat inductū. Rursus. aut corpus gargarismatis vel virtus. Non quidē corpus: quia cymbalaris cooperit si casu concidit agitationē & tussim inducit, passiones pectoris læsiuas vt sæpe. Neq; virtus seu aliq̃ uapor subtilis transiens vr̃ conferre: quia imbecillitate ipsius non poterit discrasiæ quæ in pectore vt multum opponi: sed potius superatus augmētabit eandē velut aquæ sup ignem aspersio vigorat ardorem. Eti. Si gargarisma vt ad multum, ꝓhibeatur in catarro: maxime in pectoris ægritudinibus debet inhiberi: cum dictum sit ipsum fore medicamen capitis & ceruicis: sed non parum, ꝓhibeatur in eo. vñ Mes. In quatuor casibus gargarisma suspectum est in catarro administrare. Primus timor & suspitio ipsius ad pectus & pulmonem fluere consueti. Secundus si de genere fuerit acutorum et subtilium mordicantium. Tertius in ꝓfocationibus quæ mox cōtingunt. Quartus si fuerit hic vehementer multus. In his siquidem casibus gargarismata

Ab his fere habet curationem.

Vbi supra arg.

A gargarismata materiam agitant, & ad vias conuertunt pectoris, & pulmonis, & faucium, easdem multiplicantia. Non igitur gargarisma in passionibus conuenit pectoris. Collutio tamen oris & retentio in eo alicuius medicinæ humidæ conferentis pectoris passionibus: ex qua non perueniat motus & agitatio non est prohibita, verũ peramplius præcepta qualis fere syrupus loch, & huiusmodi. Nosce quoque, ꝙ sternutatoria similiter huiusmodi nullo conferunt modo: cum propter eorum maximum motum agitatiuum materiam in pectus depellãt. immo & in catarris suspecta similiter extant materia nõ dum existente digesta: & proprie si pectus fuerit debile receptiuum. Ex hoc remedio quosdam conspexi catarros in empyema, & phthisim delapsos. Caputpurgia vero vehementer iuuant, vt præfata nocẽt, cum materiam descendentem in pectus absq; læsione: quasi in partem diuertãt oppositam. Quod firmatur: quia phthisim habẽtes et ad eam sufficienter parati nihil ex naribus eijciunt: B sed totum in os per colatorium inducitur: vt inde & maxime in somno in pulmonem corruat vel vẽtrem phthisis vel diartæ causatiuum. quare ad oppositum diuertere quàm bonum.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum, qd dicendum apparuit: quia gargarisma potest, vt inductũ aliqualiter alterãdo, & permutando catarrum conferre. nocet tamẽ rõne tussis & agitationis superfluæ, quam inducit. Ad aliud similiter quid dicendum apparuit, qa maioris extat nocumenti, ꝙ iuuamenti. potest etiam cerebrum cõfortari per alia & catarrus sedari, vt inductum. sicut retentione alicuius in ore vel intra dentes aut ipsius collutione. Ad aliud dicendũ, ꝙ non est simile, vt ostẽsum est: quia gargarisma nequaꝙ cõpetit. Caputpurgiũ vero omnifariam, & proprie quando caput non fuerit plectoricum omnino. Ad aliud dicendum, ꝙ verum esset si posset uirtus illa passionibus pectoris absq; læsio- C ne occurrere, quod non est vt visum prius. Virtus etiam non confert sæpe gargarismi, nisi per oppositũ aduenia morbo. Ad aliud quid dicendũ est visum si causa sine læsione posset gargarisma perficere, cõferret vtiq; quod non, valet, vt ostensum.

DIFFERENTIA. CXC.

QVOD centaurea non conferat sputo sanguinis ostenditur, quia quod excoriat, & sanguinis fluxum inducit sputo non confert sangui. sed potius incitat in illud. Huiusmodi vero est cẽtaurea. amarissima nãque extat, quod autem amaꝝ præ ceteris vult excoriare, cum sit calidum grossumq; partibus: ita vt in hoc superet quod acutũ: testãturq; ipsam solutionẽ sangui. educere. Adhuc. quod est calidum nocet sputo sang. cum fluxum ipsius inducat. apho. quinta. & ideo ibidem opus fit, quæcũq; infrigidata sunt calefacere, quibus siquidẽ sanguinem emanare futuꝝ est exceptis. Sed centaurea calida est & sic. in secundo gradu aut in principio tertij. Amplius. quod oppilationes aperit, apostemata dissoluit, & maturat: menstrua prouocat: & quæ talium a caliditate procedentia, nõ iuuat spuentem sanguinem, cum amplius incitet ad eius emanationẽ, talem quidem scribunt cẽtauream. Rursus. quod agitationem, & motum in humores causat: permanens etiam in ventre, sputũ non curat sang. centaurea vero huiusmodi existit, cũ alterutra sit solutiua, & phlegmatis principalius, & cholerææ ni. proprieq; maior, minor autem cum priori choleræ rub. Solutiuum autem efficit prædicta in ventre permanens. differẽtia. 141. Palin. quod opponitur conferenti sputo sang. maxime nocet illi. Hoc autem est centaurea, cũ sit calida & sicca circa tertium, in quo portulaca huic opposita potissime locat iuuatiua. Igitur centaurea spuitioni non confert sanguineæ.

(margin: pho. 17. no. 20; D)

E IN OPPOSITVM est Diosco. cum Gale. & cæteris dicens. Asthmaticis, & Emoptoicis singulare ꝑsidiũ fore. Adhuc. quod tussim mitigat, confert sputo sang. cum ea motu exacuat fluxus. hoc autem extat cẽtaurea. vnde Gal. ad Paternianum. Confert tussiẽtibus & suspiriosis. Rursus, quod cõsolidat rupturam partis, iuuat in sputo sanguinis, huiusmodi est centaurea: cum sit calida & sicca: etenim sicca consolidat vulnera. Si non perfecte siccentur non sanantur. Aphorismorum sexta. Sed quia calida superfluis humidis pulmonis: frigidis resistit. Itaque centaurea in sputo confert sang.

(margin: Ca. 159 in medio lib. intitulato de virtute centaureꝯ ad Papiam. — eõ. aph. 18)

PROPTER PRIMVM quidem sciendum. quòd centaurea est duplex: maior & minor. Est autem maior secundum Dioscoridem abundans in Lycia, & Archadia: idest certa habens folia nuci regali: id est communi similia oblonga & viridia sicut cauliculi rotunda, & seriatim exterius incisa velut tres digiti, & virgam similem F lapatio acuto, duorum vel trium cubitorum longam, ramulos habentem plures exeuntes ab vna radice, super quos sunt capitella similia his quæ papaueris rotũda ad longitudinem tendentia: cuius semen est cardamomo simile, & flos lanę, eiusque radix est grossa grauis cubitorum duorum, saporis acuti cum pauca stipticitate, & dulcedine, cuius color est rubeus, & succi color sanguineus nascens in locis pinguib⁹ Soli expositis, & in montibus vmbrosis. Et quod administratur de ea est radix cuius sapor secundum Galenum componitur ex diuersis. In eo enim est acuitas & punctio est stipticitas cum dulcedine pauca. & hæc duplex secundum A. alba. videlicet, & citrina. & ista quidem centaurea apud nos extat ignota, verum vtimur quadam alia nõ multum differente a minori habente folia cum stipite illa minora & longiora.

(margin: Ca. 159. — 7. de simp. cap. 16. & secundi. ca. 161. i fin.)

Est & altera secundum Dioscoridem minor dicta iuxta quosdam amaratũ vel febrifuga nascens in locis aquosis hypericon vel origano similis, virgam habens lon- G gam: anulosam, seu quadratam cum flore ru. vergente ad purpureitatem. cuius folia sunt minuta oblonga, vt quæ ruthæ, & semen velut triticum cuius radix amara nullius extat iuuamenti. Et ea quidem vniuersaliter est, quæ communiter hic appellatur maior. Minor autem apud nos dicta vniuersalius nota. Cẽtaurea quoq; iuxta Mes. componitur ex partibus terræ adustis in parte dantibus ei amaritudinem & partibus non adustis cum permistione aqueitatis. Quare redditur stiptica: estq; in ea de dulcedine a partibus aereis, & ex acuitate quidem ex igneis. vnde amaritudo in ipsa est in immensior stipticitate, & huius dulcedine, & acuitas est ipsius remissa sine mordicatione. Neque id est inconueniens: cum etiam in corpore hominis clarissime differentes sint partium complexiones in unam tandem vniuersaliorem redactę primo prima: cum vnumquodque ex quatuor componatur elemenetis. Et minor quidem melior est in omni re H ſm Me. Quidam tamen maiorẽ laudãt. Sputũ quoq; sanguinis causatur aut a partibus superioribus & sic vel a colatorio, vvula seu meningibus cerebri: quem cũ quadam educunt attractione excreando. Interdum vero euenit a partibus medijs, vt labijs, gingiuis, lingua, & est subtilis paucus, cum saliua permistus cum quadam eductus collutione. vel a partibus inferioribus: vt gutturis: vel cannæ: ſm quòd cum maiori egreditur rascatione seu maiori. aut secundum quòd multus fuerit, aut paucus. minus enim est canna gutture sanguinea. Interdum etiã emittitur sine tussi vomendo, & est a stomacho, ventre, hepate, partis mutilatione, ac vniuersaliter ab omni corpore potest contingere qui colore discernitur dolore: & huiusmodi. Aliqñ cum tussi educit ita ex spũalibus, pueniens, & hic vel a pectore, & est grossior cõglobatior, & nigrior cũ dolore aliquo & timore minori duratiuo et sanitate velociori. vel a pulmone, et is vel ab eius substãtia

(margin: De sim. ru. propria cir ca prin. — Collr. de. 3. ca. 1. cir. prin.)

I &c citrinus tunc subtilis, spumosus, valde etiã timorosus, vel a vena, id est arteria venali. non enim audio, ꝙ vena pulmonis arterialis dicta duas habẽs tunicas, vt arteria, &c velut immota, cum in pulmone disseminetur retro ad dorsum vbi fere permanet quietus rumpi valeat: verum arteriam venalem vnam solum habentem tunicam disseminatamq; ad partem interiorem pulmonis, vbi vehemens motus existit, et ita sangui. educitur multus calidus medius consistentia inter illum, qui a pectore ac eum, qui a pulmonis substantia, quem siquidem triplicem sanguinem præsens petit quæsitum. Et nosce. quòd huiusmodi fluxus aut est ſm viam resudationis a venarum, vel arteriarum extremis, vel apostemate sanguineo, vel resudationis, ceu retentione menstruorum, hæmorrhoidarum mutilatione, atque plectoria vniuersali, aut per modum rupturæ, &c apertionis vasis, vel vlceris, &c corrosionis, quæ in ipso fit, &c sanguisuga quandoq;.

K PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, quòd Hermes dubitauit, &c causam habuit dubitandi, eo, quòd dictum est centauream fore venarum aperitiuã &c sanguinis effusiuam: cum sit ecõtrario vlcerum incarnatiua &c sigillatiua. &c merito quia positum est a Diosc. eam singulare præsidiũ emoptoicis præstare. vnde Alkindus. Confert sputo san. aggregans ad eius retentionẽ &c sigillationem emanationis loci. Quam quidem Me. ambiguitatem eneruãs ait, quòd perscrutatio satisfaciat inquisitioni. Cum enim dictum sit ipsam cõponi ex diuersis partibus dominantibus in ea amaritudine, &c stipticitate ab his primitꝰ operatio prouenit aggregationis &c sigillationis. A dominante nanq; prima consequitur actio. Quando autem post longam actionem suscitatur caliditas ipsius &c acrimonia cũ agitatiõe, insurgit actio ex virtute denuo acuta mordicatiua propter calorẽ fortius excoquentem &c examinantem omne, quòd ipsius intimum. vnde &c sanguinem excoquendo vasa educit,

L &c aperiendo, quod nõ semper euenit: sed, ꝑprie qñ ipsius effrenitat purgatio. Ad hoc etiã non parũ operatur diuersitas eius ſm ꝙ fuerit exterius applicata. Nã cũ calidum inueniat debile, actionẽ inducit incarnationis, &c sigillationis. aut interius, &c tunc cum eundem reperiat acutum vasorũ excoriationẽ causat &c san. fluxũ inducit. Propter enim quatuor causas res aliter operat exterius applicata ꝙ interius assumpta &c cõtra: cõplexionũ. 3. quæ in 6. protelantur. primo secũda, ceu cepe, allia, pisces salsi, cerusa &c hmõi. Aut qm̃ interius assumpta virtus retentiua mox retinet ipsam &c constringit &c digestiua sui calore immenso alterans &c immutãs debilitat ipsius vigorẽ. vel quia virtus naturalis regens cõfestim existit, quod superfluum, et benignum in sanguinem conuertit. Aut qm̃ vt ad multũ comeditur admista, &c in modica ẽt ſm Ga. sumitur quantitate. vel quia cõmiscetur cum reliquis humiditatibus vẽtris eandem submergentibus. Non enim

M est vnq; vacuã inueniri regionẽ, neq; ſm matrices, neque ſm ventrem, neq; ſm vtrasq; vesicas. naturalium. 3. Aut quoniam interius mouetur continue assumpta motu salitem alterationis vel etiam lationis vtcunq; ſm A. exterius plurimum ligatur &c stricte tenetur. vnde cum cerusa sit grossæ substãtiæ qñ fuerit de foris applicata, vbi calor non viget adeo naturæ non penetrans, nõ pertinget ad spiritus &c membrorum principaliora. qñ autem introrsum suscipitur contrarium euenit: quod in centaurea ostensum est contingere, &c merito, quia agẽs diuersificat penes naturã vigoris ipsius &c eius quæ patientis: &c agẽtis actus in patientis concident dispositionem. secundo de anima.

PROPTER TERTIVM quidem sciendum primitus, quòd centaurea confert sputo sanguinis, &c deinceps tangantur ad id medicamina solẽniora simplicia, &c composita veritatis gratia. Propter primum huius sciendum, quòd præter id quod inductum est ex sermone simpliciũ tertio decima: sup et alia in actionibus ostenditur centaurea sputo sanguinis cõferre, ita centaurea aggregat ad retentionem sputi sanguinis, &c mundificationem: quare in potu sumant febrientes cum aqua, &c alij cum uino. Et Sclaui quidem curant cum decoctione radi cũ centaureæ ma. Na inquio. ꝙ hæc centaurea est ea, q uç laudatur a Diosc. &c Ga. in hoc cap. Quod firmatur: qm̃ id quod incarnat: consolidat &c sigillat, quę talium actuũ extant difficiliora, mũdificat, &c illud maxime cõfert ad compescendum sanguinem, &c sedandum accidẽtia sputo sanguinis superuenientia. Talis quidem est centaurea. Intantum enim ualet in priora: ut &c carnes lebeti demersas immissa consolidare dicat. emũdat, etiã cũ sit phlegmatis maxime choleræ ac melancholiæ, vt dictũ educti ua: sui etiam stipticitate frigida: &c præcipue cũ eius resolutione perueniẽs ad pulmonẽ debilitet substãtia sangui.

O agitationem cõpescit, mitigat etiam accidentia, ut tussim sui dulcedine quadã, &c proprie qñ fuerit præparata, ꝑ quod sputo conuincitur non parũ san. cõferre. Sed circa prædicta contingit hæsitare, quia dictum, ꝙ interius assumpta, quod hic euenit proprie suscitat acuitas &c acrimonia vt san. habeat fluxum causare præcipue, quia tẽdens ad pulmonem ꝙ plurimum supercalescit &c alteratur per loca longa ita vt quæ acuitatis, &c effrenitatis eleuetur peramplius. Dicendum, ꝙ propter diuersam ipsius administrationẽ qñ quæritur vt solutam, aut sputo colatam varias inducit impressiones in corpus. Quãdo enim gratia exhibetur solutionis, in maiori suscipitur quantitate sicut ab vncia unius, tertia ipsiꝰ substãtiæ ſm Mes. vsque ad vnciam vnam &c semis. In decoctione vero ab vncia vna vsque ad tres. Sed cum sputo exhibetur sang. febrientibus cum aqua, &c non cum vino ſm Dioscori. duæ propinantur drach. ſm autem Gale. aurei duo. simi

P liter admiscebit alijs, quæ eius acrimoniã habeant tollere &c stipticitatem sigillatã cum dulcedine confortare velut rosatum zuccharum: &c quæ talium, vehementer etiã vt possit penetrare velocius conteri habet differẽtia. 152. vnde etiã debilitat in amplius ita vt minor ipsius quantitas ad pulmonem per itinera longiora, &c meatus deueniens angustos debilitetur calido alteratiuo: adeo vt vis acuitatis &c acrimoniæ minorata hac substantia deferente resoluatur ab illa, quod nõ accidit quando ad vẽtrem peruenit, &c intestina effrẽnitans &c gratia ipsius quantitatis grandioris, &c quia non intantum calidi suscipit alterationẽ. Propter secundum huiusmodi sciendum, ꝙ cũ in curatione istius passionis quatuor oporteat iuxta Me. cõcurrere: vtputa sanguinis rectificationẽ per cibos &c potus medicinales subfrigidos, deriuationẽ cum medicinis attrahentibus &c educentibus, mũdificationem, &c accidentium sedationem, portulaca in hoc pharmacum est laudatum. Plura enim horum perficiuntur ipsa.

Q Similiter rhabarbarum succo plãtaginis, aut portulacę, &c lapis emathites cum succo plantaginis, et psiliũ etiam assumptum cum portulaca: ita vt ipsa ſm omnem conferat modum administrationis. Medicamina in hoc composita expertiora duo repperi: quorum vnum sunt huiusmodi trocischi cõstrictiui, sigillatiui, &c vniuersaliter fluxui omni conferentes, somnum etiã procurãtes quos construxi. Rec. achaciæ, balaustiarũ, nucis cupressi, gallarũ. hypoquistidos nucleorũ vuæ syluestris: caudæ equinæ, corrigiolę, myrti, sumach, an. ʒ. ij. thuris minuti, masticis, myrrhæ, lapidis emathitis, karabe, sanguinis draconis, sandaracæ, coralli ru. gummi ara. dragacãti: similę amili, terræ sigillatæ, boliarmeni: luti stellæ: et aluminis scissi. an. scro. ʒ. stercoris asini, capræ, leporis, siccorum, spongiæ combustæ, encaustri scriptorum, centaureæ mi. cornu ceruini adusti, spõdij, capillorum rosarum rubearum syluestrium, erucæ, rubi canis quam imperiti puris

bedegard,

Vt in ar. ad opposi-tum. Vt supra arg. 1.

Cap. 3. circa principiũ.

Doc. 2. sũ. 1. ca. 12. in medio.

ca. 4. lux. fi.

Tex. cõ. 14

Trac. 4. c. vet. fen. 11

In de op. propriet. rub. sũ. ab orr.

Trocisci ad sumẽdum, consilias dum, &c ad omnẽ fluxum.

A bedegard, reubarbari tosti an. scrup. iiij. se. papaueris albi. seminis portulacæ, semi. lactucæ, semi. plantaginis, seminis bibli. semi. iusquiami albi an. ℥. i. corticum mandragoræ, opij, castorei, cassiæ ligneæ. an. scru. ij. croci, cāphor. an. scr. i. construatur trocisci massa cum succo portulacæ, & plantaginis, & informentur trocisci. Qui melius possunt post duos aut tres menses. Quorum cum succo portulacæ sumatur vnus quātitatis drach. vnius aut cum frigida. Est et aliud electuariū narcoticum in hoc mirabile quod etiam tussim et uentrem sistit, & somnum inducit, et dolorem palliat. cuius permistio. Recipe spicæ nardi, storacis calamitæ, croci, thuris albi, cinnamomi omnium an. ℥. x. xylobalsami, succi liquiritiæ. an. ℥. ij. armoniaci, cassiæ ligneæ, dauci asinini. an. ℥. vij. &. s. galbani, myrrhæ, costi, piperis albi. an. ℥. v. fœcis balsami. ℥. iiij. loco cuius potest poni fæx terbentinæ distillatę. ℥. ix. succi foliorum mandragoræ. ℥. ix. &. s. opij thebaici. ℥. s. misce quantum sufficit cuius dosis sit a dra. s. vsq; ad duas, iuxta virtutem & ægritudinem patiētis cum vino calido, aut aqua s̄m materiam ægritudinis artificiata. Quod vt alia philoniorum dandum est post tempus constrictionis ipsius, lōgius, vt sex mensium. differentia 204. & vltima.

Narcoticū cassim sedans & uētrem sistēs

B

PROPTER QVARTVM vero. ad primū quid iam dicendum fere apparuit. cētaureæ etiam amaritudo, vt ostensum est tollitur vel pp artem & permistionē, vel quia resoluitur propter eius minorem quantitatem & calido immensiori plurimā, ut monstratum est, agitationē. Amarum enim quamquam sit grossioris substātiæ in genere saporis calidi, est tñ subtilioris in gñe frigidi. Ad aliud dicendum, φ calidum, vt ostensum iam remissum est intantum, vt in stipticando conferat, & sigillādo humidum & calidum non nocet hmōi, eo φ contemperatum iuuat in exiccādo humidum quod pulmonis super fluum. calidum etiam coniunctum substantiæ grossæ cōsolidatiuum existit. Ad aliud dicendū, φ quātitas substantiæ est aduentus ad locū & permistio habet actionē (vt apparuit) pharmaci variare, quæ aliter in sputo san. concurrunt & in reliquis. Ad aliud etiā, quid dicendū apparuit. Similiter qm̄ hic parua exhibetur quantitas, & nō gratia solutionis, sed consolidationis, & sigillationis propriæ. Ad aliud dicendum, φ diuersa pñt in eadem conferre cura, ppter intentiones differētes, vt frigida in febribus, & calida. Expoliatur etiam, ut declaratum est nō parum acuitas & acrimonia in cētaurea læsuræ ita, ut qd' magis stipticitatis remaneat & mūdificationis in illa cuiusdam dulcedinis gratia.

C

DIFFERENTIA. CXCI.

Q VOD in pleuresi non competāt repercussiua monstratur & similiter vtcunq; neq; in peripneumonia. qa. 2. re. a. mox eūone non præunte docentur applicari remissiua maturatiua, vt vas aqua calida plenū, & consequēter fortiora resolōnem etiā facietia, sicut ordeū vel orobū aceto infusum, & demum ad sal proceditur et miliū simul assatā: immo tertio decima præcipitur ventosas qñq; super pectus apponi cum scarificatione. Palin. quod repellit materiā & trāsmittit in membrum principale est prohibendū, cum cauendum sit ne transitus & trāsmissio super partem fiāt principalē. Hmōi quidem sunt repercussiua. dñia. 176. Et fulcitur, quia herisipelā intrinsecus factā extra cōuerti bonū apho. 6. Quod nō de sola tm̄ s̄m Cōmē. auditur herisipela, sed de omni passione. de interioribus membris ad ignobilia se conuertenti. Rursus repercussio non competit, & præcipue quādo corpus fuerit plectoricum, nisi fiat phlebotomia. Hoc autem fieri nō potest, cum tactus accideret & demandatio super cor & proprie cum phlebotomia liceret ex parte opposita in qua pleuresis situat.

tex. cō. ni vsque &ca. cō.

D

T. s. ca. 1 princi.

Apho. 21.

E

Amplius quod est contrarium curationi pleuresis nō est adducendum. id autem est repercutiētium administratio cum ipsa sint frigida & sicca: hæc autem prohibent pleuresis digestionem, cum ea calido perficiatur & humido, & eius resolutionem. Ipsa nāq; his duobus terminātur modis sicut apostematum reliqua. Rarissime autem sclirotizatur. Itaq; in pleuresi non competit repercussio etiam in principio.

IN OPPOSITVM qm̄ apostematibus & maxime calidis competit repercussio dñia. 176. Pleuresis vero est apostema, neq; ipsam ab hoc uidentur canone separare. Adhuc. hersipelæ cōpetūt frigida repercussiua. vñ de de inge. 9. Herisipelam quæ certissima, neq; vtiq; aliter sanabis, φ cum frigida aqua. Herisipela vero est apostema cholericum, sed pleuresis plurimum fit ex cholera. differentia. 99. Rursus. stiptica repercutiunt, cum partes inspissent comprimendo, ita vt quod cōtinetur cogatur in oppositū propelli. Id autem in pectore mediocriter exercendum. Nam quædam sunt partium quæ omnino egent stipticis. vt venter & hepar. Aliqua vero nullatenus, sicut intestina, syphac, hypocūdriorum musculi: vesica, & matrix. quędam autem in medijs sunt horum, vt renes & pectus. 11. de inge. Igitur in pleuresi competūt repercussiua.

T. s. 1 me.

F

Ca. 16. in medio.

PROPTER PRIMVM vero sciendum, quid sit pleuresis & omne quod ipsius differētia ostensum est. 99. Quid autem repercussio, differentia. 176.

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, φ aliqui dixerunt et pene cōiter factus est usus, φ pleuresi non cōpetant repercussiua hærētes sermoni Hip. ac prętactis. Sed φ id nō sit simpl'r asserendum: neq; sine distinctione in opus ducendum, apparebit ex dicendis.

PROPTER TERTIVM quidem primitus sciendum, φ alicui pleuresi cōpetit repercussio. Et demū, quia vnum inductoꝶ & phlebotomiam tangit, qui ipsius canon sit hic subdatur. Propter primum huiusmodi sciēdum, φ pleuresi, siue sit vera, siue non vera competit cū his conditionibus repercussio. Phlebotomia quidē præmissa si corpus fuit plectoricū vel medium: dūmodo nō fuerit inanitioni expositum, cui fortassis nunq; aduenit pleuresis ex causa saltem immanifesta. Si autem ex aperta vt casu vel percussione, phlebotomādū. Similiter propter humoꝶ fluxum. Qñ enim corpus fuerit plectoricū, aut etiam mediū plenitudinis: acthui minime obedit repercutiētiū. Opus ēt materiā calidā et maxime cholericā existere, non aūt frigida phlegmaticā vel melancolicam, ex qua pleuresis rarissime gñatur, quia materia calida indiget infrigidatione, quæ repercussione acquiritur mobilis: & de loco in locū transmutabilis: quod frigidæ inest minime. Oportet ēt ipsam in fluxu esse, & nō in parte iā cōgregatā. vñ. 11. de ige. in hmōi apātibus nō est posse phlegmonē iuuari stipticantib⁹ qñ neq; influit aliqd & firmatus difficile dissolubil'r in eo qd' patiē grossis ptib⁹ humorū. Et propterea Me. medicamē coadiuuās alias coadunans & confortans est suspectū, nisi cum magna cautela fuerit aut in principio principiāte qñ nōdum materia recepsit. Cum enim fuerit collecta iam & incuneata transmissioni non obedit, sed stipticitate potius incrudata induratur. Sit etiam non multa: sed pauca. vnde tertiodecima. Si materia fuerit multa, tūc emplastra et epithemata frigida sunt nociua, & si est pauca nō nocet. Tumēdum nāq; cū hmōi materia locū nō inueniēs maiorata in partē trāsferat principaliorē. Adhuc indicatio a parte sumpta per paucā expedit repcussionē & nō parū nullā. vñ. 11. de inge. Minus in thorace stipticis vtēdū. Expellunt. n. quandoq; ad pulmonem & cor humores. Nullam dico cum prius oporteat in thorace ac pulmone contentum expurgare. Et firmatur: quia quod materiā repercutit in locum vnde trasmittebatur: ac infrigidat & mēbrū vigorat, &

G

Cap. 16. in medio.

H

In de appropriatis rubrica. de pleuresi p⁹ princi.

T. s. ca. 3. circa med.

Cap. 17. in princi.

I confortat, id agendum. Talis quidem est repercussio, vt apparet in techni: & de inge. 11. prætactis conditionibus adiectis. Itaq; repercutiendum mox. At quia rarius ista vna concurrunt ideo medici fere incipiunt semper calassica & anodina pectori applicare. Raro nanque in principio vocantur principiante in quo dictum conuenire repercussiua. huiusmodi vero lateribus applicāda sunt: sicut cerotum factum ex oleo violato, cera colata, & dragacanto contrito. Serapio. In viatico quoq; vngatur locus cum oleo violato vel rosato, cera alba, & dragacanto, Similiter facienda sunt cataplasmata de psilio, portulaca & oleo violato si materia fuerit acutissima & cholerica. vnde Mes. Primum administranda sunt medicamina membrorum confortantia: & ipsius virtutem coadunantia: vt non recipiat: neque ipsum vincat, quæ ad id fluit materia: qualis est emplastratio facta ex lentibus excorticatis cum aceto coctis, aut ex farina fa. cocta cū aceto, vel ex sauich cum aceto. Huius autem intentionis est

Li. 3. t. c6. 150. Cap. 15 post med.

2. bf. c. 21. ver finem Isaac. li. 3. ca 11. ver. finē. Vbi supra Imediate.

K euaporatio facta cum spongia infusa in aceto decoctionis rosarum aut balaustiarum vel similiū. Propter secundum huius sciēdum, quòd phlebotomia fere semper est præmittenda dum virtus patiatur & ætas: plus tamē aut minus fm q indicationes demonstrant: quæ siquidē ex latere opposito apostematis est facienda, si corpus fuerit plectoricum & materia in fluxu. Si vero non, ex eadē asserunt parte. Quòd si fuerit in panniculo pectus distinguente: utrūq; latus uel indifferenter phlebotomandum, aut magis dextrum. At quia plerūq; medici vocātur materia collecta, non par ex eadem euacuant parte. Qn̄. n. materia fluit, habet per oppositum euacuari, & præcipue quando volueris deriuare. hoc nāq; longinquiorē expedit diuersitatē. Qn̄ autem materia fuerit infusa, phlebotomia facta ex parte opposita impotēs est aliquid eūare de materia apostematis, sed naturā debilitās prohibet digestionem, quod similiter in peripneumonia intelligendū.

L Considerādum etiā quia si pleuresis fuerit in parte superiore pectoris, phlebotomanda est plus mediana. si uero in inferiori basilica, cū illa eūet qd' superi⁹ magis. Hmōi aūt quod inferius amplius. Neq; etiā fit tractus sup principale, cū in opposito partis pleuresis fiat phlebotomia, quia venæ quæ ad musculos deueniunt pectoris ramificantur a vena grandi a corde ascendente circa clauū colli. Et neq; si per cor transiret, cum talis materia nondum sit corrupta, esset sic adeo grande nocumentum, vt iuuamentum quod inde consequitur.

PROPTER QVARTVM vero. ad primum, dicēdū, q vt cōiter dicitur cura quam docet Hip. ibidē nō est vera, verum potius tentatiua qualis quæ. A. quartanæ, vbi ieiuniū trium præcipitur hebdomadarū. Quod apparet: quia videns calefactorio infirmum non iuuari, mox præcipit phlebotomari & pharmacari. Aut dicendum, q Hip. voluit administrādo calefactoria plus ad accidens vt ad dolorem instare quàm ad ægritudinē.

Quarto. 1. tra. 1. ca. 6.

M vt de inge. edocet. Vnde ait, Primo quidē calefactoriū adhiberi dissoluendi doloris intentione non sit inutile. Similiter neq; ventosæ sunt administrandæ in principio cum fluit materia. Neque in materia calida, sed frigida plus, & pleuresi plus non vera. Ad aliud dicēdum, q non repellit auditis conditionibus oppositis materiam in mēbrum principalius, sed potius facta phlebotomia demandatur membro stipticis cōfortato in partes a quibus fuerat transmissum. Ad confirmationem vero dicendum, quòd repellentia casu præassignato potius tandem impellunt materiā uersus extra, q in quę intra. Vel dicēdū, q bonū est apa intrinsecū oē ad extra permutari fm materiā, nō tn̄ semper apud artē neq; omni tempore. Aut bonum vt ita interdum tamen materia cōgregata introrsum refrangitur vnitione vigorata perniciem inferens: vt ostendunt antraces & huiusmodi. Ad aliud

Li. 11. c. 11

etiam quid dicendum apparuit. Ad aliud dicendum, q quando fit repercussio in principio ita principiāte nō prohibetur materiæ digestio, neq; resolutio: sed potius minoratur eadem & ad digestionem præparatur. Inducta etiam partis alterius quantū conuincant visum prius Neque pleuresis fit vniuersaliter ex cholera intantum pura aut aqua frigida in herisipilla exterius nō applicatur verum potius interius assumitur. habet enim extinguere ac resoluere materiam pure cholericam, ceu solatrum habet proprietatem resoluendi apostemata calida, quę sunt occulta. N

DIFFERENTIA. CXCII.

QVOD fluxus vētris curet apostema pectoris seu pleuresim ostenditur: quia lienteria sanat apostema lateris. primo secūda. ipsa vero est fluxus ventris, & latus est pectoris hæc portio. Et firmatur quia diaria & dissenteria iuuāt passionem oculorum & splenis. aphorismorum sexta. Ipsa quoque ventris sunt fluxus. Amplius id quod vniuersalius curat ęgritudines materiales: apostema curabit pectoris. Hmōi vero est fluxus vētris: cū sit eūo magis dilecta & naturæ cōsueta. Ea nāq; superfluitates liberius educuntur ita vt ægritudines etiā capitis curet. Adhuc ægritudo repletionalis curat eūone, cū omnis cura perficiatur contrario. 153. Sed apostema pectoris de repletione morbus existit: fluxus autem ventris inanitionis. Palin. quod præseruat ab ægritudine futura: illam postq acciderit poterit curare: materiā euando ægritudinem causantem. Sed fluxus vētris præseruat ab ægritudine futura materiali proprie. vn̄ de aere & aqua: Humidi ventres naturaliter, neq; pleuresim, neque alias incidunt infirmitates. Igitur fluxus ventris apostema curabit pectoris. O

Doc. 1. c. I. post med.

Apho. 17. & 48

Cellis. p... Primi.

IN OPPOSITVM aphorismorū. 6. A Pleuritico habito aut peripneumonia, diaria superueniēs malum: Hæc autem sunt apostemata pectoris. Ea uero fluxus vētris. Et fulcitur per Mes. dicētem. In pleuresi largitas plurima non est bona: quoniam consueuit hanc ægritudinem fluxus consequi immoderantia. vnde viatico multa vitanda est in hoc morbo mollities naturæ: nisi vehementer fuerit necessaria. Nam hunc morbum solet sequi ventris solutio, quæ vix potest constringi. Rursus secūdū ventrem dolores super diaphragma superiori purgatione quiescunt, inferiores vero per eam, quæ deorsum. In apostemate vero pectoris est dolor, immo inseparabilis & supra diaphragma & in pleuresi maxime. P

Adhuc illud curat, quod materiam ægritudinem causantem per propriam et conuenientē regionem euacuat, huiusmodi autē in apostemate pectoris est pars superior quæ sputis euacuatur per tracheam arteriam, velut concauitātis hepatis regio euacuatiua est secessus: gibbositatis vero vrina. Itaq; apostema pectoris nō curat fluxus ventris, verum potius molestat. Q

PROPTER PRIMVM vero sciēdū, q quid sit fluxus, qd venter, & apostema. dr̄ia ostendit. 201. 53. & . Est autem pectus spiritualium partium clibanus anhelitus instrumentum ex duodecim spondilibus vigintiquatuor costis osse septuplo dicto thoracali: & ideo septem musculis constructum, quorum inter costas simul dilatantes & constringentes Gal. cum Halyab. vigintiduos ponit. A. uero. & Alman. 88. vnumquéq; eius. 22. in quatuor partiuntur partes. Inter. n. 12. lineas. 11. cadunt distātiæ, sed sexdecim sunt exterius secundum superius & inferius permanentes magis. Quorum. 11. seu superiores dilatantes &. 9. inferiores constringentes dr̄ia. 99. Et nosce q diaphragma musculorū est pricipalior. ab ipso. n. principium prouenit motus pulmonis fm Gal. & totius pectoris, quod quidē per eius motū inter musculos numerat dilatationis, sed per quietē inter arcentes ipsum locat ibidem.

A Ibidem. Est autem spondili os perforatum per quod nucha perambulat. Vigintiquatuor vero costarum, quarum 12. initium spondilibus. 14. sunt veræ pectus vndique circumeuntes anterius cum osse cartilaginoso thoracali vehementer connexæ. 10. autem falsæ dicuntur. Nõ enim inuicem coniunguntur, sed deficientes remanent propter intumescentiam alimenti & prolis gestationem, de partibus secũdo. Quarum quidem ad ventrẽ extremitas, ne is lædatur eisdem cartilaginosa permansit. notum quoque est quod apostemata pectoris pleuresis est, & peripneumonia. cor enim nunquam aut rarius apostema suscipit, cũ illi mors prius occurrat. differentia. 91. (Cap. 9. ante med.)

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, quod vt apparuit ex argutis contrarietas hæc colligitur inter auctores apparens: cuius quidem enodatio ostẽdetur ex dicendis. Quidam vero dixerunt, quòd fluxus potest dupliciter fieri i apostemate pectoris, aut vigore naturæ materiam noxiam expellentis & ita ipse curat pectoris apostema: vel eã symptomate impellente: sicque nõ curãs malignationem inducit. Quod quidẽ licet veritatẽ cõtineat B sanius auditum: opus tamen fit quod quæritur aperire.

PROPTER TERTIVM autem sciendũ, quod apostema pectoris et præcipue pleuresis, aut est in principio, vel in fine. quod si primũ, fluxus ei confert ventris. vnde tertio decima. Diuersitas enim fluxus ventris in principio est signum bonum: immo res est iuuans. Et fulcitur, quia quod significat naturam potentem in euacuãdo, & materiam educit peccantem, confert. huiusmodi uero est hic fluxus in principio & talis passionis, cum potentiam expulsiuæ indicet virtutis. Sed cõtra id proceditur, quia nulla euacuatio in principio morbi est laudabilis (vt scribunt) verum oia symptomata, cum secundum veterẽ digesta oporteat medicari, & mouere non cruda, qualis quidẽ in principio est materia. Dicendum, quod licet interdum materia sit indigesta, paucaque, & acuta, & natura sensibilis ad illam mouetur expellendam etiam ante tempus, ex quo non parum sequitur iuuamentum & salus, quamuis vtilius foret eam quousque compleretur digestio tolerare. vnde criticorum tertio. Virtus expulsiua quãdoque cogitur ad expellẽdum hum. noxium ante ipsius maturationis complementum: ceu quãdo aliquid fuerit digestum eius interdum debilitate illius tardatur expulsio, quod ventris actus ostendit, cum aliquãdo alimentorum stimulatus acumine depellat: & maxime cũ sensibilius fuerit, quod eum inquietat, cum quandoque etiã quod digestum fuit tardat imbecillitate expellere. vnde apho. 7. Quicunque spachilon seu immoderatum dolorẽ patiũtur vniuersaliter. Commentator hanc passionem fore adhuc incipientem & nondum confirmatã, & si transeat tres euadunt dies, cum tamen intenta sit hæc passio, sitque in membro nobili, vt ea confirmata nullus euadat. Innuit itaque euacuationem naturæ in principio. quandoque laudabilem fore, & non artis solum: vt etiam apoplexiæ minoris ostendit terminatio. vel dicendũ, quod hmõi materia defluens est, vtcunque digesta. Mouebatur nãque ad fluxum spontaneũ natura post quãdã naturalitatem ita, vt nequiens materiam expellere, pars ipsius modica fuerit in apostema collecta, reliqua vero ad ventrem concurrit, quia qua inde prolapsa, & prius minus conficitur apostema, tãdẽque materia quæ in ipsa cõtinebatur fluxu tollitur hmõi, quod experientia cõspexi. Si aũt apostema fuerit in fine, ipsiusque affuerit fluxus uẽtris, aut erit eo quod materia inde apatis eũel, vel propter hepatis imbecillitatẽ cum vẽtre mẽbris spũalibus cõpatiẽti in quibus est apa, cũ inuicẽ habeãt colligantiam non paruã realẽ & virtualem. totum. n. cõtinuatur toti, & inuicem confluit & transpirat. naturalium tertio. Et si prius, tunc aut erit materia apatis multa nõ dñata pfecte a natura: & ita fluxus est prauus, cũ materia transeat per cor, aut circa: & vlr per partes perambulet nobiles debitũ locũ expulsionis suæ omittens, ceu qui per tracheã fit arteriã. unde praua sequunt symptomata mortẽ minãtia. vel fuerit paruæ quãtitatis vigoreque naturæ dñata: et ita fluxus ut. ad bonũ poterit terminari: cũ forti naturæ nil repugnans existat. Si vero fluxus fuerit pp cõpassionẽ hepatis & ventris, tunc pectoris nõ curat apostema: verum potius stimulat naturã. vñ dictũ quod a pleuritide habito vel a peripneumonia diaria superueniens, malum. Apud nanque Cõ. hmõi diaria superoccurrens malum signũ erit, cum causa ipsius sit hepar non potens alimentũ ad se vt expedit trahere, ac in sanguinẽ cõmutare. Quod etiã interdũ cõtingit a vẽtre cibũ intra se corrũpẽte. quare tertio decima. Qñ pleuritico aduenit fluxus ven. in fine, signat quod hepar eius iam debilitatũ est valde: qm per viã, vt tactum signi notat in natura tantam debilitatẽ spũalium, vt inde etiam cõpatiantur naturalia, nihil tñ inde de materia apatis eũantia, & p modũ sim causæ. Inducit enim hic fluxũ intẽsiorẽ debilitata natura, cũ corpus priuetur alimento, qd' prauum vtique est ualde: sicut cũ splenicis longior superueniat dissinteria. Qd'. n. virtutẽ psternit nihil euacuans de materia, nõ curat qd' pectoris apa. Talis vero is fluxus existit. non igitur ipsum curat. Põt quoque fluxus iste interuenire, aut uentris ppria malitia. vnde Com. aliqñ tñ ex corruptione fit stomachi cibum intra se corrumpentis vel etiam escæ, quod quidẽ licet sit prauũ: non tñ vt primũ. Cõmẽ. tñ vr distinguere in magnitudine apatis & paruitate inquiens, quod si pleuresis vel peripneumonia paruæ sint, possunt diaria superuenientæ solui: maxime si causa pñs fuerit diariæ. videlicet, cuius inde materia euacuetur. Non autem propter cibum vel potum contingentis. quod autem magnũ pectoris apostema, vt ostensum malignans: idem fluxus ventris non sanat: verum in amplius extendit eiusdem malitiam.

(Te. 4. c. 4. in medio) (apho. 1) (apho. 11.) C (Te. 8. post principiũ.) (apho. 51) D (Ca. 13. ad medium.) E (In ar. ad oppositum) (Te. 4. c. 4. in med.) F

PROPTER QVARTVM vero ad primum quid dicendum apparuit: cõcessum. n. est lienteriã siue fluxũ vẽtris in principio, Aut qñ materia fuerit modica a natura dñata posse pectoris apa in sanitatẽ aduenire. Neque est hoc simile omnino in curatione oculorũ & splenis passionum per diariam & dissinteriam, cum nõ ex compassione accidit spiritualiũ, verũ potius vigore naturæ, materiam a natura coaptatam ex his locis expellentis. Dico autem coaptatã: quoniam longior dissenteria in spleneticis hydropisim aut lienteriam inducit. aphorismorum sexta. Ad aliud dicendum quod fluxus ventris ægritudines vniuersaliter curat, quando vigore acciderit naturæ digestum expellentis, & non symptomate: aut ex passione partium nobiliorum. Ad aliud dicẽdum, quod repletio non quocunque modo inanitione curatur, verum debita expetitur regio. Nã pectus per asperã purgat arteriã: stomachus per vomitũ: intestina, & cõcauitas hepatis p secessum. Expetit etiã tẽpus, in quo agens tñagat in materiã, vt eã euacuationi exponat cõdigne, quod nõ facit fluxus vẽ. vt multum in pectoris apostemate, est tñ vlior via cæteris eũatiua. Ad aliud dicendũ: quod fortassis non est verum, cũ aliter educatur materia qñ vaga est nõdum in parte confirmata, & aliter cum fuerit in ea collecta. Qñ. n. vagatur, potest per plures partes liberius euacuari: cõfirmata vero iam extat determinata diffinitam expetens euacuationem. Quantum etiam quæ alterius partis iam possint conuincere apparet, quia & si quandoque curatur pectoris tumor ventris fluxu, amplius, & perfectius sanatur sputi eductione. materia etiã vnde reperit nisi quid vehemẽtius impediat est semper educẽda. (G) (Apho. 43.) (H)

DIFFERENTIA. CXCIIII.

QVOD PHTHISIS possit curari ostenditur: quia 28. problema. Dionysius tyrannus in Poliorbina vel obsidione secundum Nicolaũ Peripateticũ cessans bibere, phthisim passus est quousque iterum transmutauit se ad priorẽ vsum crapulæ. (Probl. prio)

I Adhuc p Mes. dicentē q nō est cōprehēsibilis numerus eorum qui sanati sunt ex vsu zuccari ro. cuius etiam sanationi consentit Gal. de inge. quinto recitās duos curatos iam partem pellicularem inferioris cannalis pulmonis expuentes. Similiter Zoar duos: & A. tertiodecima mulierem unam sanatam & impinguatam quæ euenerat ad tantū, vt iam præparata essent quæ necessaria erant morti. Quare frater ipsius curauit cum zucchari ro. & panis comestione. Eti. creare saniem in vlceribus magna est certitudo securitatis ad salutem. impossibile nāq esse molestum aut periculosum, quando sanies fit in vlceribus. apho. quinta. sed in phthisi generatur sanies plerūq etiā laudata. Palin. q non sanetur: aut erit ex parte membri, quod non est, quia tunc nullum vlcus sanaretur. vel rōne motus, quod et nō ut: cū ipse prohibeat putrefactionē, & cōsolidetur arteriariū etiā soso et diaphragmatis se mouentium, aut ex parte modi applicationis medicinarum. Quod etiam non fit, cum possit intus & extra corpori applicari. Rursus. san. fluxus a pulmone curatur quinto de inge. hic iam putrefactus ostenditur: quoniam si præter naturam san. in ventrem effundatur, necesse fit in saniem conuerti. aphoris. 6. Potest itaq phthisis sanari.

In de ap. propriatis rubrica. de phthisi. f. ca. 12. & f. primo thei sir. tra. 11, c. 2. I me. tra. 5. c. 6.

e3. aph. 23 ēē prin. i.

K

Ca. 8. & f. Apho. 10. Cap. 8. post med.

IN OPPOSITUM interiorum enim. 4. recitātur plures, quorū tādē nullus euasit. Et Serapio signis phthisis datis inquit. Phthisis, quæ fm hāc dispositionem existit non est curatio. Zoar vero dicit q hæc ægritudo etiā in qua sputum extat album nō sanatur fm iudicium medicorum, sed incidit in ęgritudinē, quæ dicitur phthisis: ex qua ponitur mortem aduenire. Itidem in Viatico. Si quis tandiu negligat, quòd ad saniem pulmo colligatur, vulnera sunt incurabilia. In phthisi vero uulnus extat in pulmone. Adhuc ex phthisi propter vaporē putridū capinosum qui retinetur motu pulmonis in euētando hebetato transit in tabem et consumptionem paulatim omnimodam a qua nullum contingit euadere: nō igitur phthisis poterit curari.

2. bre. c. 26 1. theisir. Tr. 11. ca. 2. in med. Isaac. li. 3. cap. 7

L

PROPTER PRIMUM vero sciendum vt tactum etiam. 93. q phthisis seu corruptio tripliciter inuenit accipi. Communiter quidem pro quacunq indifferenter cōsumptione naturali seu accidētali, & sic hectica vsior extat: cū omnis hecticus, sit phthisicus non autē cōtra. Potest nanq quis natura ex omnimoda consumptione humidi radicalis a calido vltimo ad hmōi peruenire phthisim, vt apparet Alman. 4. Et proprie præparatis simpliciter, quales sunt cerebrum habentes debile: collum longum gracile: foris epiglotum proeminētem: humeros ad modum alarum eleuatos, pectus strictum & à carne nudum: plenū ventositatibus pulmonē, & crura tortuosa: quis frequenter etiā fere gratis tussiculā inuadit cū pūctura spatularum uel mamillarum et maxime si fuerint cholerici, facileq irascentes. Accipitur et proprijssime prout dicitur esse consumptio totius corporis cum vlceratione pulmonis, vnde Cassius fœlix. Phthisis est vlceratio pulmonis & thoracis cum defluxione corporis, quare Mes. Est detrimentum consumptionis cadens in corpus ex calore febrium habitudinaliū ex vlcere pulmonis causatarum: & hac quidem vniuersalior est hectica: omnis enim sic phthisicus hecticus est, & non contra. Hi autem duo modi postremi phthisis tanguntur apho. 3. Quibus autumnus pronuntiatur prauus cum vere. vnde 6. epidimiæ. Phthisicis autumnus malus, malum autem & ver, quum ficus folia cornicis pedibus adæquantur. De vltima vero hic extat sermo, quæ vtplurimum causatur a catarro acuto in pulmonem cadentem ipsum vlceratione perforante, ceu petram ex crebra instillatione concauat aqua, vel propter sputum sangui. iuxta illud aphoris. 7. In san. sputo sanies sputum: in sputo vero phthisis vel propter peripneumoniam seu pleuresim præcedē tem ad quam subsequitur empyema, fm illud apho. 5. Si ex pleuritide facti empici a die rupturę non purgentur in quadraginta diebus, transeunt in phthisim. Sanies enim permanens acuitur, & pulmonem corrodit. Fit & interdum ex materia corrupta diuturnitate in pulmone, qua sequitur putrefactio & vlceratio. Hæc autem passio fm veterem plerūque contingit a decē & octo annis usq ad. 35. vnde Cassius fœlix. fm quidem ętatem iuuenibus magis concreatur quàm senibus, & est molestior sæpius viris aduenie ns quàm mulieribus, & adolescentibus, & iuuenibus, quàm pueris, & senibus. Pueri enim magis sunt alijs huiusmodi susceptibiliores curationis. Est & de illis, quæ hæreditantur in semine passionibus: quæ deterior existit quando fuerit, vt apparebit a pulmone, quam a pectore primitus. Pulmo quoque est membrū rarum molle in flabellationem cordis ordinatum, qui superius cum aspera iungitur arteria, & in ipsum spargitur quę dura est et compacta ex annulis fere cartilaginosis consistens a panniculis inuestientibus illam. Lateraliter vero eidem a corde venā occurrit arterialis, & arteria venalis, ex quibus nutritur, vegetatur & agitatur, situsque circa cor lateraliter est ipsius, vt ipsum contineat & amplectatur præcipue dilatationis hora. Cuius quidem sunt quinque pennulæ seu additamenta, quarum maior subiacet ad dorsum minus mota, quæ velut sustētaculum & culcitra est maioris venæ, reliquæ vero quatuor leuiores & mobiliores dilatatione, & constrictione cor perflant id in anterius amplectentes. Est autem cura per contrariam administrationem materierum corpori applicatarum sanitatis introductio, quæ duplex extat, vna quidē vera qua morbus tollitur totaliter aut eius causa, altera vero apparens palliata velut quando is remediatur: ne in amplius protendatur, quæ morbis supr petit incurabilibus.

Ca. 31. 16.

M

In de appropriatis. R. ppa in princi.

Apho. 11 parti. 7. t. com. 13.

apho. 15.

N apho. 5 6.

Vbi s. pra imedi. cc apho. 20.

Pulmo qd

O

PROPTER SECUNDUM quidem sciendum aliquos dixisse phthisicos minime posse curari: quia vulnerati sunt in pulmone: vulnera enim ipsius quidem fatentur non solum difficile posse curari: sed etiam incurabilia esse: quod ratione affirmatiua, ac experimēto. quinto de ingenio. vnde tertio decima. Dicunt quidem quòd vlcera pulmonis non sanantur omnino, quia consolidatio indiget quiete, & illic non est quies, sed Gal. diuersificatur ab eis æstimauit enim quòd motus solus non prohibet consolidationem, nisi adiungantur ei reliqua prohibentia. Cuius significatio est quòd velamen etiam mouetur & quandoq sanantur etiam vlcera eius. Et huiusmodi quidem diuersitas iam apparuit ex inductis. Sed quid de hoc tertio videbitur dicendorum.

P

Cap. 8. in prin. Tra. 4. c. 18 ante med.

PROPTER TERTIUM vero sciendum, quòd phthisis hic intenta, vt quammultum non curatur, & proprie quę iam diuturnizauit, & accidentia terroris impressit, factaq a pulmone ex catarro acuto corrosiuo in ipsum descendente maxime in pennulas mobiles illius prætactas. vnde Cassius fœlix. Veteres peiorem atque insanabilem dicunt, quæ pulmonis vel apostemate, quę nam talis vt impossibilis est curationis quod indicat empyema. Ex ea nanq visum quampaucos aut nullos huiusmodi euadere, quod ratiocinatio confirmat: quoniā si phthisis deberet curari, cum in ea sit vlceratio pulmonis oportet illam curare. Hæc autem impossibilis est curationis, cum impedientia sint plurima: puta mollicies, & teneritas pulmonis, sanguinis caliditas: subtilitas, & acuitas & motus: quod enim debet consolidari quiete indiget: qui etiam dolorem concitat stimulantem reuma ac magnitudo cum amplitudine, & duritie vasorum pulmonis. Recipit etiam pulmo catarros ascendentes, & descendentes consolidationē remollitione impedientes. differentia. 207. Oportet etiam saniem ipsius tussi mundificari, ipsa vero vlcus dilatat. Introducitur etiam mala

Q

Quod sanati debet quiete indiget sola. cf Galeni. 6. pti. apho. apn. 6. 16. nē assignāt curatiua ve sic aliqui et sanaos in senibus

A mala ibidem complexio: propter quam cõsolidatio impeditur, ad quam etiam feb. cõsequitur hectica: eo ꝙ pulmo læsus non est potens cor libere euentare, & fumus retinetur capinosus putridus: cor & vir totum corpus inflammans & in hecticã conducens. Similiter etiam medicinæ interius sumptæ non possunt ad pulmonem peruenire, quæ nisi multum in transitu ad eum propter distantiam alterentur & debilitentur in membris plurimis corporis caliditate, & maxime quia eas oportet esse subtiliores substantia, natura: & arte ut transeant, quare præceptũ est in techni: earum uirtutem augmentandã exterius fore: puta si adsit discrasia pulmonem septẽ numeris frigida eligatur medicina sibi opposita in 10. numeris caliditatis eleuata. Tres nãq; in via æstimantur deperditi. Talis etiã fortassis virtutis medicinarum eleuatio lædet pulmonẽ & circunstantia, & ideo ingeniati sunt medici construere electuaria sorbilia humidiora lohochat dicta: vt ore retenta super collum iacentibus paulatine dissoluantur

(l. lib. 3. t. c. 100. & 164)

B in vapores ad pulmonem aliqualiter descendentes per isophagum suauiter pertranseuntes substantia vtcunque arteriam immutent & pulmonem. Eodem quoq; modo & quæ applicantur exterius propter parietum densitatẽ difficillime perueniunt ad pulmonem. Adhuc etiam medicinæ se impediunt, cum huiusmodi passio egeat oppositis. Propter enim saniei expurgationem opus est calidis & siccis, propter vero hecticam frigidis & humidis. vnde A. medicinæ desiccantes, quæ requirũtur propter vlceris cõsolidationem prohibẽt sputum prouehi addẽtes in hecticam. Mundificantes vero lenificant vlcus, & malignant fortasse. Itaque phthisis, quæ talis, curationis extat impossibilis: aut fortasse monstruosæ, quam maxime in morbis etiam interdum monstruositas contingit. vnde colliget septimo. Aliqui euadunt ab ęgritudinibus per accidens, quia sicut in rebus naturalibus aliquando sunt extraneitates, cum tamen sit de raro cõtingentibus,

(3. 10. tra. 4 ca. 18. post medium)

(Ca. 31. fi.)

C sicut vlceratio pulmonis & similia: mors tamẽ in phthisicis protelatur plerũque diutius ita, vt quãdam viderit A. in phthisi circa 23. annos aut parum amplius uixisse. Raro tamen & a casu, quasi prætacto colliget approximans dicto, potest phthisis curari, & præcipue quando non chronicauerit, neq; accidẽtia terrorem apparuerint inferentia, sit etiam a solutione singularis & vlcere nõ sanioso superius magis circa cannam pulmonis cadente: vel etiam fortassis in additamẽto maiori dicto venæ maioris: vt culcitra, vel quę nõ a pulmone sed a pectore magis nam solutio continuitatis pectoris cum minori difficultate sanaĩ ea, quæ pulmonis de causis quamplurimis. Vna quidẽ quia paucitas existit instrumentorum pectoris, & multitudo eorum quæ pulmonis. Alia quia venæ pectoris minores, & angustiores sunt his quę pulmonis: ita vt non adeo ei accidat vt pulmoni grãdis imparis solutio. Reliqua quia sanies ulcerationis pectoris ad ipsius

(Vbi supra immediate.)

(Cõtinuitatis pectoris solo cur sanabilior solutione cõtinuitatis pulmonis.)

D confluit concauitatem: non autem sic quæ pulmonis, cũ in eo sint cãnales angusti. Quarta quia pectus pulmone carnosior sangui. quã grossi: pulmo plurimas cannaliũ diuisiones habet, quorum substantia nõ est carnosa: sed quasi neruosa sanguinis cholerici subtilis contentiua, ex huiusmodi enim ponitur fieri & nutriri. de iuuamentis. 7. quæ autem carnosa melius cõsolidatur, vt pars carnea diaphragmatis denotat soluta. Quinta est motus pulmonis continuior & fortior est motu pectoris. Adclatur etiam sexto immẽsior materierum debilitas in transitu ad pulmonem perueniendo. Phthisis etiam eueniẽs ex solutione cõtinui circa tracheam arteriam ad pulmonem nõ est adeo difficilis aut impossibilis curationis, vt quæ contingit a pulmonis substantia priori. Cum huius modi cannales sint solidi recipientes consolidationẽ magis. vnde Gal. Vulnera quæ sunt in cannalibus pulmonis interioris, videlicet pellicula, & maxime in ea quæ vicina est gutturi vt in gutture possibile sit vt curetur: multos enim huiusmodi habentes curauimus & sanitati restituti sunt. Quòd autem huiusmodi phthisis possit curari: dummodo medicus non fuerit negligens imperitus cum aliis quæ expetuntur tribus experientia plurium conclamat iam prætacta. Ipse quoque sanaui, et quosdam curatos vidi & maxime pueros & mulieres: quod & ratio similiter affirmat, quoniam quando lęsio fuerit parua: & causæ remediantes maximæ, poterit vtiq; illa curari, sic autem euenit in huiusmodi phthisi cum minori sit altera conditionata nocumento: aer etiam alterãs maxime siccus potest reperiri & proprie tempore pestilẽtiæ alicuius exiccans & purgans saniem pulmonis aut pectoris, seu qui Stabrij. differentia. 207. Neque etiam præinducta in phthisi praua cõsolidationis impedimẽta hic adeo sunt immensa: vt eam prohibeant omnino. Sic itaq; raro, & in casu fere phthisis poterit quædam curari. Et nosce

(Colli ca. 1. in medio & c. 1. post quod. et li. 8 c. 6. p' pn.)

(5. de Ige. c. 12. l prin.)

E

F fortassis esse medicinam nobis tamen occultam omnem curare fere possibilem phthisim: iuxta illud Hermetis. Mineralibus & vegetabilibus insunt virtutes mirandæ, quæ si cognoscerentur: eis homines operarentur quicqd arte Magica conficitur. talia tamen magis brutis: quàm nobis sunt cognita, vnde Zoar. Sunt medicinæ vlcerationis pulmonis & eius infirmitatum existentes in mundo, ignoratæ tamen a nobis, quoniam quando accident in pulmonibus ouium vlcera, exeũt a coitate gregis, qua si quærentes aliquid et circumeuntes ad inueniendum illud: & dixerunt nobis pastores ꝙ comedũt illæ oues herbas, quibus comestis mox reuiuiscũt, & perfecte sanãtur a suis vlceribus. Et ego inquit vidi pulmones ouium in quibus inceperat iam fieri vestigium solutionis continuitatis & apparebat in ipsis in aliqua parte. In alia vero parte opus apparebat sanationis in consolidatione carnis pulmonis manifeste, nunc autem non est, qui sciat illam herbam: nec credo ante nos, qui sciuerit illam fuisse.

(Theisir. 1. tra. 10. c. 4 post prin.)

G PROPTER QVARTVM vero et si quidem iam appareat: dicendum tamen & ad primum ꝙ Aristo. per phthisim intellexerit corporis consumptionem in communi, aut præparationem similem phthisi. Ad secundum dicendum: ꝙ Mes. loquitur de phthisi secũdo modo dicta, quę raro & casu quasi curatur, licet plures fiant quæ inde temporis diuturnitate curentur, ipse nanq; met priorem ut ostensum asserit phthisim sanationis impossibilis fore. Ad aliud dicendũ ꝙ Gal. ut visum loquitur de illis in quibus erat vlceratio superius circa cãnales tracheæ arteriæ pelliculas inde spuentes, similiter dicit hos sanatos ex siccitate pestilentis aeris & huiusmodi: similiter phthisim dicam Zoar. & A. vidisse vt concessum curatam: priorem autem vt ostensum nequaquam. Ad aliud dicendum, quòd quantum est ratione saniei dummodo laudabilis extiterit non impeditur cura: sed pro-

H pter inducta quæ consequuntur accidentia ad saniem in tali parte iacentem. Ad aliud dicendum, quòd illud euenit ex parte vt monstratum talis membri: motus etiã impedit consolidationem, licet nanq; prohibeat putrefactionem faciendo transpirationem, per accidens tamen sequitur illam augmentare materiam ad locum deducendo dolorem & vlcus latificando: & quamuis arterię, aut diaphragma motæ cõsolidentur, non tamen oẽs sed paruæ & in pueris: neq; diaphragma vbiq;: sed in parte, vt tactum carnosa, nõ autem in neruosa, similiter visum est quomodo medicinę & modus eaꝝ applicationis phthisis impediunt curationem quãdo fuerit ꝙ praua. Ad aliud dicendum sanguinem præter naturam in ventrem seu cõcauitatem effusum putrefieri dum ibidem permanserit. Si autem reducatur citissime computrescit minime. Ad eorum quæ alterius partis primum dicendum, ꝙ Gal. Sera. & Zoar. sermocinanĩ de phthisi deteriori quę

impossibilis curationis est posita, & ad reliqua similiter est dicendum.

Occasione illius quod tactũ est de causis phthisis dubitaẽ an phthisis possit fieri a siccitate: & videtur quidem ita per aphorismorum tertiam. In ariditatibus phthises ophthalmiæ &c. Adhuc. phthisis fit ab humiditate: quod ibidem ex commento apparet, quod & catarrus ostendit. Rursus. pulmoni morbus omnis complexionalis sicut cęteris accidit partibus quorum vnus est siccitas. Et firmatur, quia exiccando continuum soluit vt terra denotat exiccatione crepata, et ideo primo secunda scribiẽ dolorẽ per accñs vt soluẽdo cõtinuũ causare. Eti. Illud causat phthisim qđ ipsi prauũ contrarium multum, talis quidem est siccitas, quod ostẽdit autũnus phthisicis malus detegens occultum esse ipsorum aphorismorum tertia, & primo secunda. Siccus aũt est autũnus maxime: causat igitur siccitas phthisim.

K IN OPPOSITVM Gal. aphorismo. ut videbitur tertia. Amplius pthisis causis sufficienter enumeratis non posita fuit siccitas. Et firmatur, quia siccitas catarrũ siccando & consumendo sistit: verum & vniuersaliter partem indurat & fortificat ne sanguis inde labatur: quę phthisis sunt causæ, non igitur a siccitate causatur.

PROPTER PRIMVM quidẽ sciendũ quid phthisis visum, & qualiter distinguatur visum, siccitas etiã nota differentia tertia.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, quòd Gal. detestatur sermonem hunc Hippocraticum inquiẽs phthisim fieri a frigidate summa i respiratiuis organis, et maxime subdo cum motus postea sequaẽ fortis & a caliditate cum frigiditate: sed siccitas temperatis entibus caliditate, & frigiditate, reliquæ magis ægritudinum consequantur quàm phthises. Aut phthises inquit vt exposuerunt aliqui non est proprie seorsum accipere, verum cũ ophthalmijs, vt dicatur ophthalmiæ phthisicæ, hoc est lippitudines tabidæ.

L PROPTER TERTIVM autem sciendum, quòd phthisis tertio modo prius dicta non contingit a siccitate vt ipsa: verum potius iuuatur in facta, cum exiccet saniem & consumat ipsius causatiuam. Neque potest tanta fortassis in pulmone siccitas fieri, vt ea ipsius soluatur continuum. Tum quia qualitas passiua, quod tamen potest frigiditas & maxime subsequente motu vehementi, vt tactum, cum sit actiua: Tum etiam quia pulmo humectatur phlegmate suscepto. Receptaculum nanque ipsius Isaac: atque propter catarros ascendentes & descendentes. primo prima. Modos vero duos priores, & maxime scđm, siccitas potest causare, cũ simile simili iunctũ incitetur ad furiam: ita ut efficiatur tãquam ignis in ignet vel dicendum ꝙ siccitas causat phthisim: licet non primo: consequenter tamen. Est nanq; tussis ipsa inductiua, M cum omnis praua causet eam cõplexio. Sed tussis phthisim inducit in diuisionibus vel continuum spiritualium soluendo, & confluxum sangui. inducendo, aut catarrũ in pulmonem concitando, & maxime quod casu continuo aut acuitate ipsum exulcerat & maxime corpore repleto: et aeris constitutione calida præcedẽte ac humida.

PROPTER QVARTVM vero sciendum, & si iam appareat quid dicendum ad primum visum. Ad secundum vero dicendum, quòd humiditas per se nõ causat phthisim, nisi ẽm ꝙ fuerit coniecta humido catarroso, vel caliditati aut frigiditati. Siccitas autem sola saltem non commiscetur taliter reumati. Ad aliud etiam apparet, quia siccitas prohibetur intendi: ne ad scissuram perueniat propter pulmonem humectãtia. Ad aliud dicendum ꝙ autumnus non lędit phthisicos tantum ratione siccitatis: immo magis iuuat ex parte saniei exiccationis ꝙ propter ipsius inæqualitatem. Ad ea etiam, quæ alterius sunt partis apparet.

[Margin notes, left column: Apho. 16; Doc. 2. sũ. 2. ca. 19. in medio; Apho. 11. Doc. 2. sũ. 1 c 6. in fi.; Cõ. apho. 17. cir. me.; Vbi sppra immediate.; Feb. 5. ca. 9 post med. Doc. 3. c. 2 in medio; Cap. 55]

DIFFERENTIA. CXCIIII.

Quod lac non competat phthisicis ostẽditur, qm̃ ẽm ueterem lac prauum siticulosis, & suspensa habentibus hypocundria: sed huiusmodi sunt phthisici, sitiunt enim propter inflammationẽ febrilẽ ac saniei serositatem admodũ: & quo viscera suspenduntur omittentibus prandiũ. secũdo re. acu. ita & his, ꝓpter consumptionẽ. Itidẽ. scđo scđa. vñ lac nocte debilia habentibus capita. Tales autem sunt pthisici. vñ Mes. expositi vt cadant in phthisim sunt cerebrum habẽtes debile. Rursus. cũ 3. sint in lacte substãtiæ, vt mõstratũ dña. 148. aquosa, ut delicet butyrosa: & caseata: rõne qdẽ nullius istarũ cõpetit. Non qdẽ aquosę siue ponaẽ calida ceu aliq̃ sensere: quia tunc febrilis augmentabitur discrasia. seu frigida: quoniã sic non erit mundificatiua abstersiua, sed potius sui frigiditate impillatiua. Neque gratia partis butyrosę, cum sit calida vnctuosa inflammabilis de facili. Vnctuosum enim in febre est velut oleum in lucerna effusum. Neque etiam ex parte substantiæ caseatæ, cum sit frigida & sicca compacta ẽm quid discrasiam adaugẽs & oppilationem cum difficili digestione causans. Adhuc lac cum vnum sit alterabilium maxime quinto & septimo deinge. mox enim corrumpitur extra vasa factum, non competit phthysi quæ Græce similiter corruptionem importat. Et fulcitur quoniam ingrediens ventrem frigidũ, permutatur in acetositatem, calidum vero in fumositatem, & amaritudinem. aphoris. quinta. & pharmacorum. 4. Sed phthisicus ventrem habet calidũ inflammatũ, ꝓpter feb. Amp. ibidem. Æstimo ꝙ si lac posset gustari quãdo fuerit digestũ in ventre ac venis foret dulcius mellis sapore: mel autem ponitur calidũ & siccũ in secundo gradu, et ideo prouenit in choleram conuerti: & maxime in ignitis apparens naturalium secundo. In dictis vniuersalibus. Sapor dulcis quo amplius ẽm Gal. omni re participat calidum ponitur & siccum in secundo gradu: qđ autem tale est infestum est febri ac cõsumptioni: nõ itaq; lac competit in phthisi.

IN OPPOSITVM apho. 5. Lac conuenit phthisicis: & proprie febrientibus non valde. Palin. Ibidem vniuersaliter lac bonum esse dico indigentibus bono, & facili nutrimento, sed phthisicus hoc indiget, cum sit cõsumptus, & difficile nutritus. Eti. Lac præcipiẽ in hecticа exhiberi, de quo minus: ut apparebit uidebitur: immo eradicator existit, & proprie lac asinę. quarto prima: sed phthisicus omnis est huiusmodi differẽtia priori. lac itaque confert phthisico.

PROPTER PRIMVM vero sciendum, ꝙ quid sit lac: & quomodo distinguaẽ: & similiter phthisis ostensum differentia. 148. Nosce tamen ꝙ lac differens hic expetitur ẽm diuersas intentiones. Quando enim plus intẽditur vlceris abstersio & expuitio lac competit camellinũ, & postea caprealinũ, cõsequẽter uero asininũ. Ipsum enim propter facilem eius penetrationẽ subtilitate conueniens extat. Si vero sigillatio quæratur amplior nutritio & ventris constantia, lac erit vtile vaccinũ, si autẽ æqualitas & temperamentum, caprinũ. Si quoq; cum his proprietas expetatur muliebre: ipsum enim præ cæteris familiarius extat: et maxime quando sugitur ore a mãmis ẽm perdicum & Euriponta. 7. de inge. & tabe. Oportet etiã animal alijs nutriri quando intenditur saniei vlceris abstersio, puta hyssopo, thimo, absinthio, polio: sceha, foeniculo, & abrotano, & lacticinio quandoq;: & tunc lac conuenientius vernale, atq; alteris quando expetitur cõsolidatio & vlceris cicatrizatio ceu rubo, rhanno, salice, spinis, myrto, quercu, uirga pastoris, utroq; solatro: taraxacon & similibus: & tunc lac laudabilius post æstatẽ erit medium. Sit etiam animalis iuuenescentis, nec omnifariam partui propinqui: neque remoti, sumantur ad ventre

[Margin notes, right column: N; Apho. 5. aphoris.; Tex. dic. Cap. ... medium. In de 29. propri... R. ... 6 cit. pm.; O; Collect. 11 ver... Cap. 5.; Cõ. apho. 65. ... Simp 4. ...; P; In medio. ...; Q; Apho. 65. ...; Cõ. 6 ... princi...]

A ventre vacuo, neq; quicq; comedatur donec fuerit digestum, et reliqua quidem hic obseruentur precepta.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum aliquos hesitasse lac phthisicis exhibere febrilem ipsorum inspicientes discrasiam, & catarrum augmētatum inde, quando exhibuerint aliquando, sed quid de hoc tertio et quarto apparebit dicendorum.

PROPTER TERTIVM vero sciendum, q; lac cōpetit in phthisi quibusdā ostensionibus pręmissis, puta q; non sit catarrus in fluxu, sed iam sedatus, nam ipsa non parū fit propter catarrum stillantē in pulmonem, & hunc longitudine tēporis vlcerantem ac tandem sanian tē, aliqñ quoq; ex ruptura fit arteriæ, vel pectoris venæ, seu substantiæ pulmonis, casu, percussione, onere grauiori, vel alio cāta, vt lepore marino, qui venenū extat sup pulmonem ipsum corrodēs, ac interdum ab empyemate vt visum antea. In his siquidem vltimis casibus binis

B securius lac conceditur q̃ in priori. Non sit etiā phthisicus febricitans multū, iuxta illud ueteris. Cōuenit phthisicis febricitantibus non valde. Quando.n. plurimū febriunt, lac velocius alteratum discrasiam febrilem adauget, et ideo lac hui⁹ gratia exhibetur acetosum qñq;. Nō fluat etiā venter illius iuxta illud. Malum & quibus felle i secessus aut etiā sanguinis egestio plurima, lacte nanq; amplius irritatur, & ideo hypoquistidos admisceatur eidem, vel calibs candens extinguatur in ipso, sicut etiam ei miscentur trochisci diarodon ,ppter ventris debilitatē, & dragacanthum ,ppter sitim qñq;. Non sit quoq; capitis debilis dolorosi, eo enim maius incurret nocumētum ,ppter effumationem ad ipm. Neq; adsint hypocundria surrugitantia suspensa, vel ex illis non sit quibus lac fastidium inducit & lęsionem prius. Quādo.n. ipsum video & maxime cum pane comestum ad vomitū stimulor, et ideo secundo secunda. Lac cum corporibus ,pportiones habet, quarū causæ non cōprehenduntur, q̃ plurimis autem confert nō parum. vnde.5. de inge. Lac in ista passione optimū est, & non in vanum laudatū, et maxime muliebre. Illud enim elegerunt antiqui, est enim naturæ consimilis humanę, quod aūt prefertur Stabrij extat pcipue castri in campania existentis Romæ mari vicini, cui siquidem aliquid mellis imiscebis, si eius caseationem timueris in ventre, petisq; abstersionem vehementiorem, q; si vis, vt citius descendat & ventrem aperiat, parū salis, & zucchari in id iacias. vnde tertiodecima de lacte. Cōuenientius est mulieris sumptum ex mãmis, deinde lac asinæ ac caprinum proprie propter stipticitatem, quę est in ipso, sicut equi propter mūdificationē, & facilem expultionem. Quod ratione firmatur, qm̃ illud quod remouet oēs fere phthisici defectus, confortando etiam uirtutē ipsius, competit sibi, hmōi vero est lac. Ipso nanq; indiget propter saniem mundificatione, et abstersione, quod

D lactis substantia operatur aquosa, cum talis existat virtutis adeo, q; uentrem dictum est leuiter emollire. Indiget et propter consumptionē adiectione facili & bona. Id autē vt inductum substantia operatur butyrosa ad caliditatē attinens & humiditatem, vbi ratio cōseruatur alimenti. Similiter illi opus est consolidatione ac vlceris sigillatione, quas caseitas sua operatur frigiditate, & siccitate temperata stipticitate. unde Mes. Lac congregat intentiones tres, est.n. res cibalis, & dilecta nimis, & est ex rebus quæ sunt velocis conuersionis in sanguinē. Est.n. sanguis bis coctus. Extat & medicamen abstergens vlcus serositatis virtute, ac res ipsum virtute caseitatis conglutinans. Ad summū nāq; octo reperiuntur in lacte phthisicis conferētia. Est.n. facilis digestionis, resumptionis bonæ, citę penetrationis, & proprie camellinū, equinum, et asininum bonæ nutritionis. Vnde Diosco. Bonos nutrit hu. Chimorū etiā apud. A. contemperatiuum, humectatiuum, consolidatiuū, et sufficienter lauatiuū, abstersiuum. Cōpetit igitur lac phthisicis nō parū. Sed circa id euenit dubitare, quia dictum aquositatē lactis mundificare ac abstergere, quod medicinę calidæ actus existit, simpliciū.5. dria vero.148. posita est frigida. Dicendū q; aquositas licet sit frigida, quandam tñ serositatem, et acuitatem abstersiuam acquirit per lōgum iter calefacta quo graditur ad pulmonē, cum subtilis sit substantiæ impressionis leuiter susceptiua cuiuslibet. Substantia.n. subtilis citissime permutatur, aut cum sua frigiditate aquosa quiddam habet acuminis in dietis particularibus.

PROPTER QVARTVM vero: ad primū dicendū, q; phthisici qui non febriunt fortiter non multum sitiunt. Sitis etiam magis cōtingit propter inflāmationem factam in humoribus proprie cholericis q̃ in membris, quod ostendunt hectici siticulosi minime, neq; serositas saniei est tanta, q; eos siticulosos reddat. Celeriter etiā trāsit per partes in quibus sitis habet causari non causata in

F in eis etiā vere. Suspendi etiam viscus dupliciter dicitur. Aut quia sit pendens deorsum propter tumorē grauantē & oppilationem, vt hic aphor. 5. viscus accipitur suspēsum, & in tali lac nō congruit, cum ipm suspendat, et oppilet amplius. Vel qm̃ inhęret vehementer ei cui copulatur, & sic sumitur suspensum secundo re. acu. & in hmōi lac nō denegaī, verū potius conceditur, vt extēdatur ingrossatiōe vbi quid nisi inductorū impediat. Ad aliud dicendū, q; phthisis si sit catarralis causata capitis debilitate nisi cerebro confortato, & catarro quietato, nō lac sicut prętactum concedendū. Ad aliud dicendū, q; lac congruit propter oēs eius (vt declaratum) substātias, nō enim substantia aquosa est calida, verum magis frigida. dria.148. exhibetur etiam febricitantibus ipsis non valde ostensum similiter, q; licet sit modicum frigida calefit in via perueniens ad pulmonē, vt valeat abstergere. Cōceditur etiā pars butyrosa cum parum sit calida dum fe.

G vehemens non existat. Contemperatur quoq; caseitate, neq; ea tanta participat frigiditate ac siccitate vt noceat, cū aliis cōmensuretur substantiis, neq; sunt phthisici oppilationi expositi. Ad aliud dicendū, q; licet lac facili ter permutetur, exhibitum tñ & cōmistū rectificantibus, ut ostensum eius sistitur alteratio. Neq; in phthisi est corruptio humorū aut totius. Neq; similiter datur qñ vēter, & aliæ nutritionis partes fuerint distemperatæ q̃ multū.

Ad aliud dicendū, q; lac in venis licet reddatur dulci⁹ acquirens saporem in ipsis dulcem velut qui mellis, non tñ complexionem eius oino, et maxime qñ substantia resistit caseata. vnde fortassis id verum extat de parte butyrosa siue reliquis. Sapor etiam dulcis non est calidus, & siccus in secundo gradu, nisi respectu cōplexionis ponderis, sed temperatus magis relatione temperamēti iustitialis. Et ad vnum quidem pręinducta procedunt qñ fe. fuerit intensa, quare tunc negatum id dare, verū qñ fuerit

H remissa quod ipsius per cibos, & medicinas quantū possibile remittendo, ut lactis phthisicus assumptioni reddatur dispositus. Quæ autem alterius etiam partis inducta, quantum conuincant sufficienter monstratum.

PRÆSENTIS quoq; quæsiti occasione hęsitatur an zuccharum rosaceum competat phthisicis. Laudatum.n. extat vehemēter vt lac prętactum. Et videtur q; non, quia phthisici egent mundificatione saniei & eductione. Ipsa uero forti educitur medicina, cū materia contineatur in pectore, & pulmone. vnde.5. de inge. Medici pectus & pulmonem de sanie mundificare volentes dant fortissimā medicinam, incisiuam. videlicet. zuccharum vero rosaceum non est hmōi, verum potius oppositum. Amp. aut nouum exhibetur aut antiquum, non quidē nouum, quia solutiuum ventris, quod hic timetur, & abstersiuū ita, ut fluxus inde timeatur san. neq; antiquum cū exiccet, et uias per quas fit eductio materiei coangustet, saniemq; impellat. Rursus cum id sit siccum,

Margin notes: Apho.5. Apho.65. — Vbi supra imediate. — Cap.444. post princ. — C Ca.12.4. sus finem. — In de appropriatis R. d phthi si in med. — Cap. 140. in princ. 3.10.trac. 5.cap.6.in medio. — E Collī. di 3.p⁹ me. — Parti.5.R. de lacte p⁹ principiū. — Ca.11.circa mediū.

I siccum, saltem prauã discrasiam siccam augmentabit febrilem. Cui Hip. docet resistere cunctis febrientibus diætã humidã exhibendo. Itidem. Frigidũ hoc ipsum, frigida vero pectori inimica. aphoř.5. cum oĩa ea sint speciei in dña, velut alba, in topicis. Adhuc: si non competunt simplicia, neq; composita. Esse nanq; & vigorẽ recipiunt à simplicibus, sed simplicia vt zuccharum, & rosæ non competunt, cum vnũ calefaciat, desiccet et abstergat superflue vt zuccharũ, reliquum vero desiccet, stiptiсеt, humidum cõsumat, ac exprimat vt rosæ. Non igitur zuccharum rosatum competit in phthisi.

Aphor. 1. Aphor. 16 Aphor. 25 Lib. 4. ca. 12. & fine.

OPPOSITVM VERO sapiunt vt apparebit q; plures. Amplius id cõpetit in phthisicis, quod eis cõuenit gratia medicinæ & cibi, tale vero est zuccharum rosatũ cum sit frigidum, alteratiuum male discrasiæ habitudinalis propter rosarum dñium, et nutritiuum maxime ꝑpter zuccharum. Eti. Mundificat & abstergit propter zuccharum, quæ indigere dictum phthisici. Competit itaq; zuccharum rosaceum in phthisi.

K

PROPTER PRIMVM quidem sciendũ, q; zuccharum est duplex, quoddã. n. est arundinis, aliud dictũ allusar ab. A. 2. & est mãna cadẽs super allusar, quod est lignum leue, grossum, rectũ, pulchrũ. Cuius cãtilenis crura, & brachia assimilantur dñarum, zuccharũ verò arũdinis sumitur ex meditullio cãnæ cuiusdam, cuius nodi sunt propinqui cãnæ dorę similatæ quæ reponitur in vase. Et quod tunc distillat inde liquor est subtilior dulcissimus, qui mel dicitur cãnę, ad modum quo ex vuis humiditas effluit non calcatis, deinde fit hmõi cãnarum decoctio, et quod primo inde post infrigidationem colligitur zucchaꝵ est purum albissimũ tabarzeth ceu cassiti dcm̃, deinde decoquitur secundo & exprimitur, et fit panis inde dictus zucchari, deinceps vero tertio inde puluis consurgit citrinus qui zucchari decoctione in colore intẽdit.

2. cap. vlti.

L Rosaceum vero dicitur à rosis, quaꝵ quædã sunt domesticæ, & aliæ syluestres, & harum quędam albę, nonnullæ vero rubeæ. Albæ qdẽ rubeis frigidiores minusq; siccæ & solubiliores, rubeæ vero confortatiores, & ipsæ quidem recentiores soluunt, antiquiores vero constipãt, violę vero contra. Cuius quidem constructio. ℞. rosas albas vel ru. & expansas super tabulã in vmbra, donec resoluatur superfluum humidum ipsaꝵ, & sint apertionis mediæ, teranturq;, ac in vas ducantur lapideum, deinde proiiciatur super eas zucchari tabarzeth triplũ sui ponderis, & ponantur in vase vitreato, & obturetur os eius cum pergameno, & exponatur soli tribus mensibus continue sępius agitãdo, deinde remoueatur à sole & seruetur, quidam vero faciunt illud cum imaturis quod magis stipticum inuenitur. Sunt et aliqui qui non terunt eas, sed forficibus incidũt, & manibus fricant easdẽ frictione vltima, deinceps vt prius exponunt soli. Eius aũt quoddam est nouum quod habet infrigidare & humectare, &

M maxime cũ frigida sumptum, abstergere & consolidare. Aliud antiquũ cuius est exiccare, stipticare, & consolidare. Est & medium quod mediocriter operatur.

PROPTER SECVNDVM vero sciendũ, q; aliqui dixerunt zuccharum rof. phthisicis non conferre. Et mouebantur, q; plures nõ testentur id auctoꝵ, et rationibus prętactis similiter concitati. Sed q; hoc nõ valeat tertio & quarto mõstrabitur dicendoꝵ magis. Quòd enim quis non tetigerit ipsum aut euenit, quia breuitate gaudet cum eius exhibitio longiorẽ expostulet sermonem. Aut fortassis qm̃ ipsius experientiam non percepere cũ medicinæ quotidie inueniantur empiria.

PROPTER TERTIVM vero primitus ostẽdatur, q; zucchaꝵ confert rosatum phthisicis. Et demũ tp̃s & modus administrationis tangatur. Propter primũ quidem hmõi sciendum, q; vnum de maxime conferẽtibus phthisicis est zucchaꝵ ro. vnde tertiodecima. Ex eis

Tra. 5. ca. 6. in fine.

quæ multoties sum expertus in corporibus diuersis, et regionibus diuersis est, vt vtatur pane cum zuccharo rosato recenti sui anni oĩ die quantũ põt quamuis multũ sit. Et si eius angustetur anhelitus propter exiccationẽ rosarum, detur in potu syrupus de hyssopo, vel de papauere ad quãtitatẽ necessitatis. Et si inflãmatur fe. dentur in potu trochisci de camphora, & non intermittatur hęc cura, qm̃ sanat. Et ideo si non timerẽ dici mẽdax, narrarem in hac intentione mirabilia, & referrem summã qua vsa est mulier phthisica. Peruenit nanq; res eius ad hoc, vt ægritudo cũ ea prolongaretur adeo donec perueniret ad mortem, vt pręparata essent quæ necessaria erãt morti. Et tũc frater eius quidam surrexit ad ipsam, & curauit eam hac cura tpe longo, & reuiuiscit & sanata est. Et fere simile mihi contigit in quadã adolescente. Zoar quoq;. Rectificabitur cibus subtilitate ac melioratione oium ciborum, qui est zuccharũ rosatum cũ pane facto sapienter. vnde Mes. Ex rebus quidem mirabilis iuuamenti ad consolidationes, & sanationes vlcerum pulmonis est zucchaꝵ rosatum recens, & supra quod non pręteriit annus. Aggregatur. n. in eo virtus abstersionis ex succo rosarum, et virtus consolidationis ex parte substãtiæ ipsaꝵ. Et Gal. pręcepit dari zucchaꝵ rof. singulis diebus in quantitate plurima etiã cum rebus medicinalibus. cibalibus, & potabilibus, & sm oẽm modum administratiõis eius, ita q; etiam cum pane, & plurimi vsi sunt eo post ipsum, & nõ est comprehẽsibilis numerus eoꝵ, qui sanati sunt ex vsu eius. Et firmatur, qm̃ illud quod leuiter mũdificat, abstergit, consolidat & sigillat, nutrit & confortat, proficit eximie in phthisi. Hmõi vero est zuccharum rosaceum, rõne nanq; zucchari maxime mundificat, & abstergit ac vtcunq; rosarum, & maxime qñ fuerit recens. Ipsis. n. super rem aliquã vis inest ablutionis. Ex parte vero rosarũ magis consolidat & sigillat, et proprie qñ fuerit antiquũ vel medium, nutrit etiã ratiõe zucchari, & aliqualiter ꝑpter rosas, quarũ aromaticitate confortat. Confert igitur zuccharũ rosaceũ phthisicis nouũ maxime aut mediũ, & uetus suo mõ. Propter scdm̃ hmõi sciendũ, q; medici plerunq; errant circa phthisis curationem, eo q; volentes mundificare saniem, tm̃ abstersiuis eã expurgantibus vtuntur, vt sanguinis sputum denuo inducant. Peccant etiam ex parte alia, quia stiptica expurgantia, vt zuccharum rosaceũ, & maxime medium, vel vetus tribuunt, & proprie cum luto armeno, et alia cum nondũ perfecta saniei interuenerit mũdificatio, quia materiam amplius in pulmonem cõpingunt. vnde Mes. zucchaꝵ ro. administrandum mundificatiuis antecedentibus, falluntur. n. vtentes ipso à principio dum mundificatio non pręcesserit. Oportet igitur prius sufficiẽter pus abstergere, ac deinceps consolidare et sigillare, quorũ primũ zuccharum ro. plerũq; nõ valet pficere, & pcipue mediũ et antiquũ.

N

Conti. theiz. Tra. 11. c. 2. io ca. In de ęg propriet. & deglut. & post ea.

O

P

Vbi supra inmediate.

PROPTER QVARTVM vero: ad primũ dicẽdũ, vt apparuit. q; oportet vti non parũ, & maxime qñ multiplicatur sanies abstersiuis fortiorib[9] zuccharo rof. etiã recenti vt lacte, syrupis, robub, lohochat & electuariis sm gradus, non tñ q; non ipso tẽpore suo. Ad aliũ dicendũ, q; in zuccharo ro. etiam recenti pauca, vel nulla est virtus solutiua. Tollitur. n. quodãmõ virtus rof. lauatiua ex artificio longioris constructionis zucchari rosacei, neq; tanta est ipsius abstersio quæ sanguinis cursus faciat emanare, quod si timetur vtendum medio, vel etiã antiquo quis põt vti qñ expedit proprie sigillare. Iam. n. sanies est coexpurgata. Ad aliud dicendũ, q; zucchari rof. & pcipue noui pauca inest siccitas, ita ut sit maius iuuamentum ipsius ratione alioꝵ quæ operatur ostensorũ q; lęsio huius ratione, cum etiã qñ id timetur possit quis cibis, & lohochat vti humidis, vt apparuit per. A. Ad aliud dicendũ, q; frigiditas sua est modica, quæ etiã tollitur, cum lõgo itinere alterata in pulmone pertingat. Illa vero

Q

Ar. 3 circa principiũ.

A vero frigida de qua sermo Hip. est acuta. Ad aliud dicendũ, vel interemptione aut ꝙ nõ excedenter operãtur simplicia hic eis ascripta, vt inferant læsionem, cum eo etiam, ꝙ possint alijs corrigi.

DIFFERENTIA. CXCV.

QVOD VENTOSÆ in retentione menstruorum sub mamillis sint cum scarificatione applicandæ ostenditur quod Hippo. indeterminate reliquit, quia in hac passiõe veluti alijs plurimis præcipitur phlebotomia vniuersalis, post eã vero particularis ac localis subsequi habet euacuatio, quæ scarificatione perficitur. Adhuc quod materiã euacuat, & diuertit ad loca opposita, competit in retentione menstruorum, sicut in alijs pręceptũ fluxibus. Id autẽ uentosæ agunt scarificatæ, quod nõ faciũt simplices, cum sanguinẽ non educant. Rursus aut ponuntur cum scarificatione, et tunc habetur intentum, vel non, & ita trahendo ad partem debilẽ receptiuam, inducẽt phlegmonẽ in ipsam, aut maniã, iuxta illud apho. 5. Mulieribus quibus ad mamillas san. conuertitur, maniã significat. Neq; etiam attrahent, cum obstaculo penetratione careant. Et fulcitur, quia supposito ꝙ san. conuertatur ad mãmillas, recurret itidẽ grauitate retro qñ aufertur vẽtosa. Palin. Ventosarum attractio perficitur à vacuo, seu apud Gal. consequentia quod euacuat, sed qñ ponũtur cum scarificatione propter solutionem imparis maius occurret vacuum, vel consequẽtia illius quod euacuatur, cum vna pars san. attractione consequatur tunc reliquã. Itaq; sitię sunt cum scarificatione sub mãmis in retentione menstruorum locandæ.

Aphor. 5. Apho. 51.

B Apho. 40.

Tertio de virtu. naturali ca. 14 post princ.

IN OPPOSITVM sunt Viaticus & A. cum communiter operantibus. Adhuc in hmõi retentione non est intẽtio euacuationis sanguinis, ne virtus amplius debilitetur fluxu prostrata superfluo, verum deriuationis tñ, vt in penuria sanguinis cum imbecillitate pręcipitur vigoris, id autem euenit qñ absq; scarificatione occurrunt. Eti. Quod retinet mẽstrua sic cum minori lesione, melius, Id aũt est, vt apparebit qñ sine scarificatione applicantur. In ea. n. concidit dolor nullus, igitur ventosæ sine scarificatione mãmis supponendæ.

Isaac lib. 6 cap. 10. primo. 4. c. 21 post me.

C

PROPTER PRIMVM quidem sciendũ, ꝙ ventosæ sunt instrumentũ virtute vacui ex corpore aliquid attractiuum, quod quidẽ ex diuersis potest materijs construi. Cõmunius tñ fit ex cucurbitis paruis rotundis, aliqñ vero ex vitro quæ fortassis eo, ꝙ solidior magisq; applicabilis fortius attrahit. Interdum aũt cornua eis similiter operantur. 13. de inge. quæ spiritu oris partibus applicantur minusq; attrahunt, quę per se iuxta Corneliũ cel. dicuntur imponi respectu ignitarum quorum orificijs aliquod combustibile applicatur, aliqñ quidẽ aliorum penuria citatim applicantur. Ventosæ vero igne insitæ sunt vehementius euellentes. Et nosce ꝙ aliqñ ventosę adeo carnes ad se contrahũt, vt absq; earum fractura nequeãt separari, et ideo quæ de cucurbitis tũc laudabiliores, possunt. n. perforari, & foramẽ aliquo illud obuiari. Ventosarum aũt quædam cum scarificatione applicantur, q̃ partes cutis magis mundificãt phlebotomia, plusq; sanguinem subtilẽ ꝙ grossum extrahunt, quibus autem cõferant, & quibus sint applicandæ locis peramplius edocent. Aliæ vero absq; scarificatione firmãtur, quod multiplici venit de causa. Vel vt fluxus superexcedens cõpescatur menstrualis, & supponuntur mãmis. Aut vt apostema profundũ ad exteriora deducatur, vt medicamen ad ipm melius valeat peruenire, siue vt apostematis materia ad ignobilius trahatur membrorum nobiliori uicinius, vel vt meatus permaneat apertus, ceu collo applicant in angina. Aut vt membrũ calore depauperatum earum calescat sanguis, & spiritus attractione, frigoraq; & ventositates resoluant contentas ibidem, seu ut partes ad suum naturalem reducantur locũ à quo separatæ, velut in inguinis ruptura, vel vt tollatur oppilatio, & lapis qñ ponuntur iuxta Albucasim super renes, seu quidẽ, vt dolor sedetur vt in colica magis opus est ventosa, & vniuersaliter in oibus doloribus ventosisq; pręcipue. Aut ne mẽbrum à suo remoueatur loco, ceu in ante iunctura, vel vt apostemati medicemur ventoso & frigido. Aut ut venenum fugatur exteriusq; attrahatur parti qñ fuerit illatũ, quare post casum applicantur sanguisugę primo quarta duodecimo. 13. 14. de ingenio. Est autem menstruũ, sanguis quidam superfluus, qui tpe determinato à muliere naturaliter emittitur. Ois. n. fluxus sanguinis est innaturalis pręter eum qui menstruorum sexto de accñtibus qui quidem cõmunius circa. 14. annos vsq; ad. 45. decurrit, ẽm tñ cõplexiones differentes in amplius aut minus, cũ nõ sit in rebus materiæ applicatis terminũ prefixum reperire, primo de re. sextoq; apparens sanitatis latitudinẽ expedit notare. Quando autẽ is fluxus fuerit naturalior, in fine mensis amplius lunaris contingit, menstrua. n. deriuantur à mense, qñ autem naturalis redditur citius fluit aut tardius. vnde lex. Mulier quæ bis purgatur in mense sana non extat, quibusdã autem plurimis laboriosis ac viraginibus calida inhabitantibus loca tardius accidũt, ita ut absolute careant illis. Cõmunius autem per quinq; fluunt dies, plus autẽ minusq; non parum. Est aũt mamilla instrumentum generatiuũ lactis quæ componitur ex arterijs, venis, neruis, & carne alba sensibili. Sicut. n. hepar factum est purpureũ, vt sanguis generetur hmõi de iuuamentis quinto & theoricæ quarto. ita & mãmillę caro est alba, vt sanguis in ea in lac vlterius decoctum dealbetur, ad quã quidem perueniunt arteriæ, & venæ à matrice ramificatæ à vasis in opposito femoris subiacentibus. Reuertuntur. n. sursum ad mãmillas, sicut & venæ, & arteriæ diuisæ à vasis ascendentibus supra furculã ramificatis descendendo coniunguntur predictis. Est autem scarificatio siue carassatio alias scarsatio superficialis cutis icisio crebra, sicut phlebotomia vna profunda. Nosce ẽm Democritum & Oribasium eius collegam, ꝙ ventosæ non competunt in passionis initio, nec plectoria manente, verum quando plenitudo fuerit euacuata, 13. etiam de ingenio.

Cap. 3. iuxta finem.

D

E

Ca. 12. fere fus finem. Cap. 7. Cap. 3. iuxta finem. Cap. 7. circa princ. Ca. 1 versus finem. Post prin. Post prin.

F

Cap. 3. circa princ. Ca. 3. versus finem.

G

Cap. 11.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ aliqui voluerunt sitias cum scarificatione apponere, dicentes inde plenitudinẽ euacuari, sed id non valet, quoniã melius esset dum permaneret plenitudo per matricẽ permittere vt labantur, aut si debet euacuari conuenientius perphlebotomiã educere, cum ipsa proprie plenitudinem euacuet, non aũt scarificatio. Et ideo fuerunt alij dicentes, ꝙ ventosæ valent cum scarificatione, & mouetur ex inducto in argutis, eo ꝙ materia currens ad aliquod membrũ magis aufertur quando deriuatur et euacuatur, ꝙ quando deriuatur tantũmodo, quid autem de his tertio & quarto apparebit dicendorum.

H

PROPTER TERTIVM quidem sciendũ, ꝙ vẽtosę debent sine scarificatione absolute poni. vnde Viaticus. Ventosam supponamus mãmillis, & exugamus sine scarificatione, qñq; ponuntur, vt natura à parte sui motus trahatur, sicut quando mãmillę supponuntur iõ, vt cursus san. menstrui retineatur, quod etiam rõcinatio confirmat, qm̃ san. menstruus grossus est & terrestris, qui autẽ p scarificationem educitur subtilis aquosus. Adhuc superficialis est san. qui carassatione educitur, cum circa cutem in venis continueatur minutissimis, qui autem existit in venis, quæ mãmis à matrice deriuantur est profundus, ad quem non sic valet ventosarum attractio peruenire. Rursus si ponantur cum scarificatione propter relationẽ ipsarum cessat celerius vacui necessitas quo facto destruitur attractio. Quando aũt non euacuatur quid corpulentius, quod sine scarificatione contingit, tanꝙ vacui

Isaac lib. 6 ca. 10.

necessitate

I necessitate vigorata fortius attrahitur sang. et retinetur in loco ad quem attractione deuenit, itaq; ventosæ sine scarificatione hic debent applicari.

PROPTER QVARTVM vero dicendũ: ad primũ ꝙ euacuatio vniuersalis, & particularis competit qñ est plectoria, non aũt sic in proposito, cum non existat, aut melius sit phlebotomia euacuare cũ adsit, vel ut ostẽsum est per matricem. Ad aliud dicendũ est, ꝙ materia non põt euacuari, & diuerti conuenienter, vt apparuit ꝑ scarificationem, cũ ea impediat attractionem uacui necessitate priuando, quomõ autem vacuo perficiatur attractio, dña ostensum. 51. Ad aliud dicendũ, ꝙ diligens artifex cessabit ab attractione ad locũ qñ viderit phlegmonem posse gigni, neq; sang. attractus in mãmillis retinetur, vt corruptus tandẽ maniam generet, cum corpore fluxu euacuato sanguinis cogens attrahat ad seipsum cũ non sit superfluus oino, neq; intãtum est carnis obstaculum,

K ꝙ virtus ventosæ non possit ad attrahendũ quod in venis, vel arterijs peruenire. Et pro hoc fulcimento quid dicendũ apparet. Sanguis enim attractus non recurret retrorsum, verumtñ in reliquũ dispartitũ indigens illo corpus. Ad aliud dicendũ, ꝙ licet vacuum, vel conuenientia eius, quod euacuatur præexistat amplius, cum tñ san. attractus fluit tollitur confestim molle illius, quod attrahitur ventosam replens attrahentem.

DIFFERENTIA. CXCVI.

Tra. 1. c. 7 in medio. Cap. 3. ad medium. Epid. 6. parti. 1. Tex. cõ. 1.

QVOD IN CVRA morbi calidi cordis competant calida, monstratur tertio vndecima. Amp. Megathecni tertio. Sicca corpora cũ siccis, humida cũ humidis curare oportet: quare similiter calida cum calidis, & frigida cum frigidis. Morbus aũt hic suppositus est calidus. Itidẽ curans ſm veterem est uirtus, medicus vero illius minister, ipsa quoq; eius fulcit

L instrumento, vt calore qui intus est, hoc aũt permanet calido, & destruitur frigido præcipue. Rursus: spiritus cõfortatur per odorifera eo ꝙ his nutritur. vnde tertio. 11.

Tra. 1. c. 8 circa prin. Laboretur in syncopi cum eo, quod nutrit spm̃ ex odoribus bonis, citior nanq; per odoratricem est virtutis resumptio. aphor. 2. sed aromatica sunt calida cũ odor ef-

Cõ. apho. 41. fumali causetur euaporatione. dña. 155. & spiritus est radix cordis vt videbitur. Palin. Cor pre cęteris mẽbrorũ opus est conseruare et defendere, cum sit oium particularium prima radix, virtutẽ oẽm illis demandans medianLi. 1. intẽ. 2. sũ. 1. c. 1 ca si. 2. tibus arterijs. dña. 38. oium etiam accẽtium corpori occurrentium primus concursus est ad cor tanꝙ ad basim vitæ. Me. de simplicibus. Sed conseruatio & defensio, ut dicunt fit per similia, & non per contraria, cũ potius sint corruptiua. Calida quoq; sunt cordi similia, complexio nanq; formalis ipsius ca. est & sic. differentia. 25. Itaq; in cura ægritudinis cordis calidæ frigidorum non compe-

M tit administratio.

IN OPPOSITVM est cõmunis medicorũ sermo frigidis discrasijs cordis applicans calida. Adhuc: omnis cura per contrariũ fit, & in totidem ex æquo gradu: in techni. Sed morbus hmõi signatus est calidus. Rur-

Li. 3. te. c. 83. & 97. Tra. 2. c. 11 sus. tertio. 11. In apate cordis calido præcipitur infrigidatio pectoris niue & camphora super apostema. Eti. Cũ cor sit res corpis calidior, & spiritus à quo procedit, pri-

Do. 3. cap. 2. cir. prin. mo prima. si caliditate ipsius naturali morbo calido addita calida sibi applicantur, incitatio fiet ad furiã, & velut ignis in igne. Propter quod in calidæ passionis curatione cordis non calida expediunt, sed frigida.

PROPTER PRIMVM sciendũ, ꝙ quid sit cura, quid morbus, quid calidum, quid etiam cor, suis ostensum est differentijs.

PROPTER SECVNDVM uero sciendum, ꝙ à plurimis superficietenus, vt audiuntur medicorũ sermones, ut morbis calidis cordis, ceu & reliquarũ partium cõpetant frigida, & mouetur ex prętactis, & pręcipue cau. vniuersali: per contrarietatem curatio, & quia morbi ca-

N lidi plus frigidis, sunt mortiferi propter velocitatẽ igneĩ

Aphor. 8 motus. Dam. in aphor. tales autẽ sunt maxime, qui cordis calidi, quorũ defectus aliqualis tertio & quarto videbitur dicendorũ. Sed circa prędictum dubitare contin-

Ca. 6. cir. mediũ. git, qñ colliget tertio. Febres quæ sunt à phlegmate periculosiores sunt febribus cholerę. Febris aũt phlegmatis

Aphor. 1 Aphor. 34 est, morb⁹ frigidus, choleræ vero calidus. Adhuc. morbus cum disproportione particularũ circũstãtiarum ſm veterem periculosior est proportionabili, sed talis est frigidus et non calidus, cum natura humana calida existat & hu. Rursus: morbus ex natura magni detrimẽti mortalior est reliquo. Hmõi vero est, qui ex frigida, cum frigiditas sit mortificans & paralyticum faciens, caliditas vero naturæ amica. dña. 61. Palin. Ita se habet morbus frigidus ad calidũ, vt tempus frigidum ad calidũ, sed in

Proble. 35 & 18 tẽpore frigido mortalior est morbus, ꝙ in calido prob. 1 propter improportionẽ particularitatum. Itaq; ægritu-

O do frigida est pestilens amplius calida. In oppositũ, quia

Cõ. 46. prognosti. 2. Materiæ sanguineæ, & phlegmaticæ sunt minoris malitiæ ꝙ materiæ, quæ sunt ex genere choleræ citrinæ nigræ, sed phlegma est frigidum, cholera calida.

Eti. simile coniunctum simili incitat ad furiam, est. n. sicut ignis in igne. Hoc aũt in morbo euenit calido, cum materia sit calidior natura. Itaq; morbus calidus mortalior frigido. Dicendum breuiter, ꝙ morbus aut est simplex. i. sine materia, vel coniunctus illi. Siquidem prius, ita morbus calidus periculosior est frigido actiuioris ei⁹ qualitatis efficacia, frigidus. n. minus actiu⁹, licet plus cõtrarietur natuę, quod indicant feb. hectica & ea quę senectutis. ita ut decimo de inge. Expositione in aquã frigidã

Cap. 10. post med. cum doceatur hecticus in eum qui senectutis tãꝙ ampli⁹ uiuentem deduci. Siquidẽ secundo mortalior dupliciter, aut ratione molis materiæ ipsius obtegentis calidum innatum & extinguentis, & ita morbus frigidus plurimus

P et interdum calidus sanguineus est mortalior calido cholerico. vnde tertio subditur colliget: febres phlegmaticas

C. 16 cir. principiũ. periculosiores fore cholericis propter grossitudinẽ phlegmatis, & oppilationem causatam ab illo: vel ratione essentiæ morbi, quod dupliciter euenit, aut quia ab ipso ꝑcedant symptomata intẽsiora, sensibiliora, et dolor, nõ enim patiuntur medicum errare, vel infirmum peccare.

Cap. 8. ad medium. Isaac fe. 5. Et ita morb⁹ calidus mortalior frigido, vel qa ipsius essentia plus vitæ principijs opponatur, & tũc frigidus mortalior calido. Et ad vltimũ morbi calidi plus frigidis sunt mortiferi, eoq; improportionabiliter plures sunt calidi interimentes sui acuitate ꝙ frigidi, æqualibus tñ numero existẽtibus mortaliores sunt frigidi. probl. 1.

Proble. 25 & 18. Ad primũ igitur dicendũ, ꝙ febris phlegmatica est periculosior ratione quantitatis materiæ, aut læsionis quã causat in stomacho vt aiunt, interficit magis. Ad aliud dicendũ, ꝙ natura humana nõ est calida, sed tẽperata re-

Q latione temperamenti ad iustitiam nõ ponderis, vt quęsitum expetit. dña. 19. Ad aliud iam apparuit vt sic. Ad aliud dicendũ, ꝙ hoc verũ, sed plures morbi contingunt valde æstate ꝙ hyeme, & ideo plures moriũtur, nõ autem iusta comparatione obseruata. Ad ea quæ alterius partis iam apparẽt, & ad primũ, & ad secundũ per solutionem quarti prius.

PROPTER TERTIVM sciendũ, ꝙ licet in ęgritudinibus cordis frigidis absolute competant calida, in calidis tñ non simplr expediunt frigida, sed & calida illorũ remissiua, propter quod primitus id ex tertio. 11. ostẽ-

Tra. 1. ca. 7. in med. datur: secundo ratione fulciatur, & tandẽ quales competant huic medicinæ narretur. Propter hmõi primũ sciẽdũ, ꝙ qñ volumus permutare complexionẽ frigidã, audaces sumus ad illud cum medicinis calidis cõmistis cordialibus. Sed qñ volumus permutare complexionẽ calidam,

A lidam, non sumus contenti infrigidantibus, quia substātia propter quam cor est creatum, & est spiritus effusus in ipso existit substantia calida caliditate. videlicet. innatā nō caliditate corpori noxia, vnde cum ipsi superueniat, quod ipsam extinguat, eo ꝙ nō sit permistum ex medicinis calidis, quarum proprietas est, vt cōfortent calorem innatū, quod non totum fit earum caliditate: sed etiā cum proprietate absoluta associata caliditati earum, possibile est, vt noceat radici. s. spiritui: quamuis ramo cōferat quod est corpus cordis. Et ideo nō inuenimus sapientes antiquorum euacuasse in curatione malitię complexionis calidę quę est in corde, & eius quod ei accidit à permistione medicinarum frigidarum cum cordialibus calidis confidentes si natura fuerit fortis, ꝙ discernet inter infrigidatiuū, & calefactiuū, vt afferat infrigidatiuum cordi, & calidū cordiale spiritui, unde illi qui abstulerūt crocū ex trochiscis, camphoræ, & blasphemauerunt primos, trochiscos cā-

B phorę reddiderunt pauci iuuamenti. Et similiter eadem de causa præcipit Gal. in cura emitritei aquæ hordei virtutē piperis admisceri. quarto prima. Propter secundū hmōi quidem sciendū, ꝙ indicatiōes. 3. principalius hic oportet intendere: vnam quidē sumptam à virtute, aliā à dispositione, tertiam à parte. Istarum vero indicationum prima cęteras obnubilat & denigrat. de inge. 9. maxime in passione periculosa, quod gratia dicitur ephemerarū, ea nanque deficiente vana sunt oia, quæ cum sit quid naturale, oportet ipsam ceu natura per similia gubernare, & ei mō compugnare omni. Ostensio aūt à dispositiōe sumpta, sui semper indicat ipsius per contrariū interemptionē, per partem vero cor audio, & spiritum eius innatum. videlicet. maxime & influentem, qui velut eius radix dictus existere. Dicatur itaque ꝙ in curatione aut attēditur ad virtutē, & ita cum ipsa calidis permaneat ac cōfortetur, & frigidis lędatur in passione eius gratia quan-

C tumcumque calida expedit calidorum frigidis cōfractorum administratio, & maxime in corde, cū vita inde ꝓcedat. Est nanque ipsa motus continuus à corde in mēbra delatus, & hoc perficitur calido, & lęditur frigido, quia spiritus factor ipsius, & virtutum lator taliter calidis afficit & frigidis. Igitur & sic opus est calidis. Si aūt respiciatur dispositio, cum ipsa curari habeat per contrarium, quia omnis cura est per hmōi æquali gradu aut eleuatiori, ne perdatur in via. Et ad vltimas ægritudines vltimæ curationes sunt potentes ad perfectionē, vltimęque repletioni vltima expediat euacuatio, sic nunque in passione calida, & pręcipue cordis cōpeteret calida, nisi ex accidente fortassis cum calidam intenderet in amplius discrasiam. Si vero consideretur pars, puta cor ratione curæ cū eius cōplexio calida sit & sic. formalis, naturalis, ac etiam ęgritudinalis, frigidis eget solū. Ex parte quoque conseruatio-

D nis naturalis complexionis eget calidis, cum ipsius fiat per similia cōseruatio, dfria. 116. Si uero altera pars intueatur compositi, vt spiritus qui est sicut radix, tunc in passione ca. cordis eget calidis temperatis non excessiuis, eis nāque celeriter resolueretur. Est nanque alterabilissimus, quia & subtilissimus, de distemperantia inæquali. Subtilis autem substantia plus recipit passionē, primis febriū. & secunda eadem quippe de cā non administranda sunt elate frigida, maxime cum ei, & ipsius actui sint contraria. Et his disposit⁹ pati celerrime raritate. Adhuc calida virtutem melius medicinarum ad cor faciunt peruenire, vt crocus ostendit. Sic itaque tū ratione virtutis, tum etiā ex parte spiritus, & conseruationis cōplexionis naturalis egemus calidis, frigidis, repressis in ægritudine cordis pręcipue. Frigidis autem propter dispositionē absolute, et cor dis reductionē. Propter hmōi quidem tertium sciendū, ꝙ eorum quæ hic administrantur quędā sunt simplicia, aliqua cōmista. Simplicia quędā agunt à materia. vt ouorum vitelli, brodium carniū, & vinū, alia complexione sicut

Trac. 4 ca. 15. in me.

Coll. 2. c. 7. vsque ad ca. 15.

Doct. 2. ca 2. in med. Ca. 1. in fi. Do. 2. fē 1 ca. 3. iuxta finē & ca. 16. in me.

E zedoaria, & stœcados, quædam proprietate, & horum alia sunt, quæ non educunt, alia vero sunt educentia, vt lapis lazuli, & armenus, quæ autē non educunt, sunt vt hyacintus, & aurum, quędā vero cōplexione simul operātur & proprietate, vt melissa, & buglossa proprie, quę in oi passione cordis virtutem habet mirabilem fm oēm ipsius administrationis modū, & proprie radicis cortex non lotæ. Nōnulla uero iuuant deportando virtutē medicinarum ad ipsum, ceu crocus, muscus, & cum hoc alias etiam habent naturas quasdā partes cordis, et spirituum stipticitate quadā ne dissoluantur coadunando, vt myrobalani et lilium. Sunt quędā cordis confortatiua ne de facili patiatur à venenis sicut muscus, & doronigi, et uniuersaliter ois res odorifera siue calida vel frigida, cum sit spiritui proportionabilis & amica. Sunt & quędā cōpositæ, & illæ sunt plures sicut theriace, metridatum, dia

F muscū, & oino confectiones in quibus cum aliis cadūt, quędā metallorum, vt aurum & argentū, & mineraliū plurima pręciosorum qualia sunt cōfectiones de lapidibus appellatæ, inter quas nobilior efficacior & temperatior, ita vt in oi cordis passione frigida seu calida possit administrari, est illa quam construxi, cuius efficaciam mox exhibita testatur sensus, quæ aliqn̄ vt est administratur, interdum cū optimo vino, vt muscatello, vel alio cū opus sit celeriter virtutem confortare, ita vt teratur in uino, tūc enim melius à debilibus sumitur, ac uelocí⁹ penetrat, aliquando duabus partiū, vel pluribus vel medietati zuc. ros. admiscetur vel boraginati, cum virtus non sic fuerit prostrata, & discrasia extiterit calidior: vnde in hmōi casu caueatur simplex ipsius huius vsus nimius, et proprie in illo qui fuerit subtilioris spiritus, & latorum pororum, eum nanque celerius cogeret exhalare, cuius signum, quia corpus odorosum reddit, & in risum qn̄ alicui datur deducit faciem crebrius, vita etiam recedente. Cuius quidem

G hęc est permistio. ℞. succi pomorum dulciū dispumati, succi buglossæ dispumati, an̄. ℥. v. doronici, corticum citri, florum boraginis, rosarum ru. been albi & rub. coralli, limaturę heboris, an̄. ℥. iii. spodii, macis, gallię muscatæ, karabæ, ossis de corde cerui, sandalorum ru. an̄. ℥. ii. seminis basiliconis, folii, myrtillorū, melissæ, coriandri, cinnamomi, galangæ, zedoariæ, spicæ nardi, ligni aloes, serici minutatim incisi, aut combusti modicū, croci, oium, an̄. ℥. ii. oium myrobalanorum, an̄. ℥. iii. berillorum, smaragdorum, hyacintorum, sardoni, zaphyrorū, granatarum, an̄. ℥. i albarum margaritarū. ℥. ii. auri, argenti limatorū, an̄. ℥. ii. & semis, ambræ, camphoræ, an̄. ℈. s. musci. ℥. fiat electuariū arte, & ingenio ori laudabile. Remedium etiam promptū, & proprie qn̄ quis allalos imbecillitate factus loquatur, & legis sacramenta suscipiat, extat castoreum, macis & crocus simul terātur cum vino laudabili etiam vi ore aperto in id deducta. Sed circa prędicta dubi-

H tare contingit eo, ꝙ dictum sit cor ramū existere, spiritū vero radicem, cū videatur contrarium, quia spiritus generatur in corde per motum ipsius, & arteriarum confricationem, generans autem generato perfectius & radicalius. Dicendū, ꝙ spiritus innatus est corde perfectior & prior, cum in virtute ipsius cor sit fabricatū cum aliis huiusmodi. vnde cum vigore ipsius spiritus cōstat fluēs.

Aut dicendum, ꝙ licet generans inquantum tale perfectius extet generato, aliquid tamē generato potest aduenire, quo perfectius erit generante, ceu ꝙ generās se habet, vt ante finem ad generatum, ipsum autem vt finis, is autē nobilior his, quę ad finem physicorum. 2. licet etenim sit pręstantius agens, vt ita patiente tertio de aia, non tamen homine perfectior pulex, quē affligit punctura.

Te. cō. 51. Te. cō. 14.

PROPTER QVARTVM vero: ad primū quid dicendum iam visum. Ad aliud dicendum, ꝙ sermo Gal. est in cura vlceris, & carnis generatione, quæ quidē quando fuerit humida, minus siccis oportet curari, quæ humida

I humida reputantur, quãdo vero sicca, siccioribus, vt acquiratur simile illi, quod deperditum est, hic autẽ sermo est in alteratione complexionis malæ. Aut dicendum, ꝙ hanc oportet similibus procurare, in eo ꝙ opus sit cõplexionem sicut monstratum naturalem vbicunqꝫ conseruare. Ad aliud etiam quid dicendum apparet. Cõcessum enim virtutem calidis viuificare temperatis, cum indicatio, vt principalior suscipiatur non parum ab ea.

Ad aliud similiter quid dicendum apparet ostensum. Et licet odorifera sint calida inquantum talia, cum odor sit fumalis euaporatio causatiue, nihilominus substantia in qua fundatur existẽs heterogenea potest frigiditate amplius vigere, vt rosa, viola, muscus, nenufar, camphora, & sandalus, pauca tamen aromatica sunt à dominio frigida. Similiter quoqꝫ opium inquantum amarum aliquid caliditatis participat, prout autem stupefactiuum frigiditatis plurimũ. dfia. 142. Ad aliud quid etiã dicendũ

K apparet. Virtutẽ enim, & proprie in principaliori pncipio expedit quidem calidis viuificare temperatis, vt vitam ceteris subministrent motu, & ideo est videre excellẽtes medicorũ plus ad calida declinare ꝗ̃ ad frigida. Ex his etiam quid ad ea, quæ sunt alterius partis arguta potest apparere, qm̃ licet plurimũ sermones videantur sonare, ꝙ in passione cordis calida vtendum sit frigidis, tñ audiendi, ut expositum per. A. precipue. Ad aliud quid dicendũ, monstratum est. Ad aliud dicendũ, ꝙ frigida exterius apposita non possunt ad cor deuenire sic calefactũ, nisi prius in medio aliquã recipiat alterationem ad calidum, secus autem si intus administraretur, aut tanqꝫ in casu desperato potius dispositionẽ inspexit ꝗ̃ virtutẽ vt sic fortem. Ad aliud, ꝙ calida quæ administrantur nõ excellẽter debent esse calida, sed frigidis cõfracta.

DIFFERENTIA. CXCVII.

QVOD IN APOSTEMATE hepatis, & præcipue in sanguineo phlebotomandus sit pes, & non manus monstratur. Materia nanqꝫ debet ſm veterem euacuari per partes in quas repit, quę autẽ grauis petit deorsum, sicut leuis sursum, cum hic proprius existat locus, sed sanguis superior est subtilis & leuis, inferior vero contrari⁹, vnde de som. & vigi. tenuissimus, qui est purissimus sanguis, qui in capite: hepar aũt cũ sub diaphragmate situetur, & pedes sunt inferius, manus vero superius. Et fulcitur qm̃ qui super frẽnes dolores sursum pharmacia indigere designant, quicunqꝫ autẽ infra, deorsum. aphoṙ. 4. Rursus quarta primo. Caue tibi ne transitus super principale fiat. Is autem fit super cor, quod oĩum est principalissimũ, cũ manus phlebotometur in hepatis apostemate. San. enim educendus transit per venam à gibbo hepatis per diaphragma in cor protensam, & demũ ad man⁹ & ad reliqua, quæ sursum ramificata, quod nõ euenit in pedum phlebotomia. Palin. ibidem. Non oportet vt in duas diametros prolongationem facias, sed in vnam tm̃ quæ sit diameter magis longinqua. Quãdo autem phlebotomatur manus fit protractio ĩ duas diametros, qm̃ ab hepate ad manum concidit diagonalitas, cũ ipsa ex longitudine construatur et latitudine. In pedis autem phlebotomia vna tm̃ concidit distantia. videlicet. longitudo, & quia longinquior est diametrus, quæ ad pedem ea quæ ad manũ. Amplius præcipitur in techni, ꝙ materia existens in gibbo hepatis deducatur ad vias vrinę, quæ in symma in ventrem, non autem ad manũ aut pedem. Adhuc phlebotomia debetur materiæ intra venas existenti, cum per eam sanguis educatur, qui solũ in venis & corde continetur. Materia vero apostematis iã venas fuit egressa in spõgiosas partes delapsa. in techni. & de distẽperantia inæquali. Non igitur manus, sed pes phlebotomãdus, aut vtrũ phlebotomãd⁹ minime.

OPPOSITVM VERO huiusmodi vniuersi sapiunt medici pręcipientes in hepatis apostemate phlebotomari manum & non pedem. vnde. 13. de inge. san. pręcipitur ſm dextrum cubitum interiorem venam. i. basilicam incidi, quia ſm rectum, & per latã viam concauæ venæ, quæ si non apparet, incidatur media, hac vero nõ apparente, reliqua incidatur tertia. Et demũ hepate incipiẽte phlegminare venas, quę in dextra ĩcide manu, splene vero contra. Amplius phlebotomanda est vena, quæ respicit partem phlebotomandam, talis vero est basilica, quæ est manus. unde quarta pmo. Basilica euacuat quod est à parte suminis inferius, hic autẽ situatur hepar, Itaqꝫ ĩ hepatis apãte phlebotomãda est man⁹ & nõ pes.

PROPTER PRIMVM sciẽdum, ꝙ quid sit apostema, quid hepar, quid phlebotomia ostensum est differentijs. 95. 47. & 164. Est autem manus duplex, magnã videlicet. adiutorium, focilia continens, & manum paruam, quæ reliquum est manus magnæ, ipsaqꝫ minor appellatur man⁹, & ita pes dupliciter existit, de distẽperãtia inęquali. Manus aũt & pes hic magis audiuntur magni.

D choleræ citrinæ, & ni. quæ autem tales sunt morbos inducunt curæ facilioris. Quòd autē, quæ fit ex cholera deterioris sit curæ monstratur, qm̄ dysenteria est excoriatio. Ipsa vero causatur ab amaro acuto: hæc.n. proprietas est sua, hmōi autem est cholera. Eti, ea est calida tenuis penetratiua, quę autem talis, excoriationis est maxime inductiua. Ex cholera igitur incurabilior est dysenteria. In cōtrarium quia subtilis cito foras educitur: quæ autē dysenteria est hmōi, curabilior est. Quòd autē ex melancholia sit deterioris curæ videtur, qm̄ morbus ex humore amplius naturę contrario deterius curatur, talis vero est melancholia, cum sit frigida & sicca, & natura siquidē humana ca. & humida. Palin, morbus causatus ex humore difficilioris expulsionis à corpore difficilius curatur. Hmōi aūt est melācholia, cum sit terrestris, grossa, mobilis cū difficultate. Itaq; deterior hæc cæteris cura. In oppositū, quia spleneticis dysenteria superueniens bonū: Aphor.6. splenetica vero passio extat melā-

(apho.41.)

E cholica. Rursus sui frigiditate, siccitate ac ponticitate habet ptes cōgregare, ac confortare: quod aūt hmōi est, opponitur dysenteriæ. Palin. melancholia naturæ, proportionatur intestinorū, quod vero tale positum, deterrens est minus. Facillime igitur curationis si cōtingat est dysenteria ex melancholia causata.

F PROPTER PRIMVM quidem sciendū, q; quid sit dysenteria & quæ vera, quæ vę metaphorica, & quot ipsius modi, drīa videbitur consequenti. Dysenteria vero intestinalis causatur quidē, aut à causa exteriori ceu à veneno, seu pharmaco effręnitante venenoso, & ex fęce qnq;, ac salsis & acutis. Consurgit etiam à causa interiori sicut à melancholia, et proprie adusta ab emissiōe cancrena in intestinis, quæ dissolutione discernitur san. melācholici ex cholera, & phlegmate salso ex uehementia infixionis viscositatis, qñ.n. eradicatur vulnerat ex apostematis ruptura. Nono quoq; terapeu. nōnunq̄ cōtingit ex venarū scissura qñ sanguis in eis extiterit nimius. Attenuantur.n. & disrumpuntur san. abūdantia. Sūt & aliq dicētes eā à cholera cōtingere prassina et æruginosa.

(Collit.c.5. & c.11.p° principiū.)

PROPTER SECVNDVM vero sciendum aliquos dixisse dysenteriam deteriorē curatione fore cōsurgentē à melancholia cholerica, eo q; impetum habeat, et qualitatē pernecabilem, & pernitiosam. Sed id vt ostendetur nō valet cum hęc breuitate sermonis per melācholiam choleticam oēs audiat melancholię modos innaturales.5. hunc quidē solum exprimens veluti famosiorem magisq; contingentē cum cęteris cholera sit hu. paratior adustioni sui caliditate & sicci. ac substantiæ subtilitate. Melancholia tñ melancholica, vt ostendetur hac impetuosior, & effręnior existit per hunc modum innaturalitatis melancholiæ non minus audita. Quidā etiam dixerunt illam fore deterioris curę, quę ex cholera causatur

G prassina, & proprie æruginosa, cum ægritudines factæ ab eis sint incurabiles corrumpētes caloris naturalis formā specificā ceu venenū. colliget tertio, quibus dicendū, q; si dysenteria causaretur ab istis, et proprie ab æruginosa, deterioris, vt apparet, imo impossibilis foret curationis, nō tñ aliquem auctenticū reperio scribentem ex his dysenteriam causari, cū etiā negetur ab Isaac febriū qnto ab ipsis morbos generari, mox.n. foras emittuntur, aut corpus corrumpunt, vt differentia ostendit.91.

(C.3.i me. — Cap.7.i 6.)

PROPTER TERTIVM quidem sciendū, q; deterior curatione est dysenteria illa, quæ ex melancholia dicta melācholica. vnde Aphor.4. Dysenteria si à cholera nigra inceperit mortale. Quod & ratione firmatur, quia illa peioris curationis, quæ habet qualitates magis effręnes, et naturę humanę contrarias similiterq; acutiores. Huiusmodi uero est, quę à melancholia causatur melancholica. Ebullit enim, & fermentat terram inducens ampullas, vt iura ebullientia, & acetū à qua fugiunt musce, & animalia illam non gustantia: naturalium secundo. interiorum tertio. de inge.14. & Aphoris. quarto.

(apho.14.)

H Primo quidem prima ponitur duplex & ipsa. Quoniam aut fit ex adustione melancholię naturalis grossę, vel subtilis, quę autem ex grossiori difficilius resoluitur à membro reliqua: vnde ibidem. Illa quę magis est acris deterior existit: ipsa est quę generatur ex adustione subtilioris melancholię. Sed tamen si in ipsius principio auxilio pręsto fuerit, citius medicationem recipiet illa. Quę vero super terram minus ebullit, tardius perimit, sed ad resecandum, & arctādum, & medicationem recipiendū effrenis est magis, vt visum differentia.32. Amplius illa est deterioris sanationis, quæ in nullo distat à cancro vlcerato, cum hic sit corrosiuus insanabilis etiam in exteriori situ, super quem possunt remedia aduenire tangēdo, & permanere: talis vero est dysenteria causata ex felle ni. Aphoris. quarto. Hanc vero consequitur in malitia illa quę dicta est contingere ab emissione in intesti-

(Cap.9. Cap.7. Cap.9. Cō. apho. 13.in 6. Doct.4.c. 1.post me. — Cō. apho. 14.)

I nis cancrena ex sang. huic hu. admisto causata. vnde. 9. theo. Sũt hæ duæ species pessimæ, & mortiferæ maxime si humoris comitetur fœtor. Nã humor adeo sæuus, & pniciosus non nisi ppter causam generatur maximã naturã excedentẽ vltime, qui aũt est talis ei aduersatur q̃ maxime, cum effectus proportionetur causæ, quæ igitur ex talibus hu. dysenteria cæteris existit deterioris curatio. Post hãc vero peior illa quæ contingit ex adustione choleræ ru. in melancholiamq; cõuersæ: hęc. n. fortis est malitiæ, & velocioris corrosionis q̃ phlegmatica, & sang. melancholici, licet phlegma vehementioris existat adhęsionis cholera iã ente assatione iminuta, quæ malitiæ tardioris sunt illa & impedimenti, verũ tñ est susceptibilis curationis melancholica. primo prima. Quod quidẽ ostẽdit minor harũ melancholiarũ ſm ordinem in se malitia, cum ab humore generetur, vel minus sæuo. Generatum. n. aliq̃ generãtis obtinet naturã: aut subtilioris, qui K citius põt educi ex parte ceu qui cholerę, deinceps autem difficilior ex phlegmate salso facta, ea etiã quæ ex cholera. vnde Apho. 3. pronuntiatur difficillima dysenteria. qm̃ humor cholericus sui subtilitate exitũ facit: phlegmaticus aũt sua permanens viscositate ac adhęrentia q̃amplius ulcerat salsedine sibi adiuncta: plus nanq; nocumẽtũ est phlegmatis ex parte viscositatis adhęrentis q̃ eius oppositũ qualitatis phlegmaticæ minus mordentis acutæ. Sic itaq; post hanc cholerica. Post has uero ordinet alia, quæ ab humore vtcunq; corrupto generatur melancholico, vt innuitur his Apho. 6. Quicunq; splenetici à dysenteria capiuntur et reliqua. Et spleneticis dysenteria superueniens bonũ, cum ipsa fuerit breuis tẽporis moderata. vnde tertio. 16. Quando aũt melancholia non ebullit, neq; odorẽ habet acetosum, tunc est superfluitas melãcholica quã expellit, nam & speratur cũ ea sanitas qñq;.

L Deinde quæ ex vehementia infixionis alicuius viscositatis vehementer phlegmaticæ minus mordentis acute intestinis creatur, ceu phlegmatis vitrei in viatico. Ad hmõi nanq; separationẽ grandis sequitur vlceratio cum pelliculã intestini educat, & dolorẽ causet. Quare mordetur ipm̃ supfluis cõcurrẽtibus ac transeũtibꝰ inde. Demũ uero, q̃ generatur ex sanguine difficilioris est curationis, quã tñ rarã fore puto, neq; sanguine in propria pmanente natura, quia sic forsan dysenteriã magis generabit hepaticã, vel eidem consimilẽ. Quando. n. vena scinditur, intestinum malignatur ita, ut virulentia velut in solutione continui exteriori contingit, quis modus vlcerationis causetur. Quæ autẽ ex apostematis ruptura causatur difficilioris curationis, aut leuioris existet ſm quantitatẽ ipsius eiusq; materiæ malitiam, & similiter quæ ex uenenosis, & fęcibus generatur serosis acutis. Sic igitur apparet, q; deterior dysenteria est, quæ ex melancholia cõsurgit melancholica, deinde ea quæ ex cholerica phlegmatica, & cõsanguinea melãcholicis, & postea quæ ex phle M gmatica salsa, post quæ à cholera, deinde quę à melãcholia, & ea quæ ab adhęrentia viscositatis uehementi, et tãdem sanguinea non adustis. & quæ ab apostematis apertura, & alijs ſm eorũ maiorẽ causam & minorem. Sed cõtra id videt, quod dicitur de cholera nigra, & p Haly. & A. ponentes deteriorẽ fore amplius melãcholiã generatã ex adustione choleræ amarę q̃ nigræ. In contrarium, quia inde cholera nigra dicit: sicut intestinũ irremediabile à cholera nigra vlceratũ, difficulter uero auxiliabile à flaua cholera: hęc. n. minus deterrens priori. Dicendũ q; ratione citæ impressionis deterius nocumentũ fit ex melancholica cholerica, consequenter quod à melancholia minus grossa, deinde ab illa, q̃ facta est à grossiori melancholia, & demũ à sanguinea, et phlegmatica differẽter tñ. Ex parte aũt eradicationis deterior tertia q̃ secũda & prima cũ alijs, vt indicatur primo prima. Vel ad inductũ secundo. G. dicendũ, q; non cõparatur melã N cholia vsta melancholica cũ melãcholia cholerica, verũ illa cũ cholera amara nõ vsta. Sed eti, dubitare contingit. Contingit. n. dysenteriã mortalẽ simpliciter fore si à cholera inceperit nigra. In diuisionibus uero scribitur, q; dysenteria causata ex melancholia est mala chronica ex cuius egestione terra ebullit, & odor inde odoratur aceti, cuius quidẽ excoriatio si antiquatur non sanatur. Innuit ergo q; in principio si pręsto auxiliũ affuerit valeat curari. Dicendũ, q; si dysenteria inceperit à felle nigro iãq; processerit intrã, vt vlceretur intestinũ ſm Cõmẽ. vlcere cancroso, eã tũc nõ possibile sanari. Aut dysenteria causatur ex maiori quãtitate, & minori similiter malitia.

PROPTER QVARTVM vero: ad primũ dicendũ, q; dysenteria sanguinea facta excoriatione, licet euacuetur san. eius tñ quantitas est pauca. Si aũt esset multa ceu in hepatica euenit aliqua, tunc quidẽ hęc esset deterioris curationis. Ad aliud dicendum, q; ille Aphoř. ſm Cõmẽ. locum habet in ægritudine cõplexionali, vel verũ extat qñ san. egrediens fuerit q̃ multus. Aliud aut, O vt apparuit concedendũ. Ad aliud aũt dicendũ, q; licet verũ conuincat in proposito ægritudines sanguinis, & phlegmatis licet sint saluiores ratione qualitatis cholericis & melancholicis, sunt tñ deteriores ratione quãtitatis suffocationes celerius inducentes cum amplius abundent in corpore. Ad aliud dicendũ, q; licet cholerę insint ista, nõ tñ alijs hu. dysenteriã inducit difficilioris sanationis, cum inter cęteros humorũ sui subtilitate ac leuitate facilius ex corpore ac celerius possit educi. Quare inde si penetrat, in contrariũ põt illius reuelli, vt ratio psuadet in oppositũ adducta. Ad alia duo dicendũ, q; melancholia hęc nõ habet substantiã corruptam et qualitatẽ deprauatã, cũ sit naturalis minimeq; intestinis contraria, licet breuioris aial constituat vitæ, dñia. 21. Ad aliud dicendũ, q; dysenteria quæ spleneticos curat nõ generatur à melancholia sæua, verũ ab aliquo humore vtcunq; iam in melancholiæ corruptionẽ mutato, vt ostẽ P sum. Ad aliud dicendũ, q; hmõi melancholia cũ sic incipiat innaturalis acquisiuit acredinẽ, qa cũ ipsius terrestreitate ponderosa ulcus ingerit intestino. Ad aliud etiam per hoc, & prius quid dicendũ apparuit.

DIFFERENTIA. CCII.

QVOD IN DYSENTERIA hepatica cõpetant stiptica mõstratur per Viaticum, & septimũ prac. pręcipientem in ea stiptica exhiberi non parũ eleuata: ut trociscos de karabę cum rob granatorũ muzorũ, aqua portulacę, berberis et hmõi, ac ẽt quę sputo san. conferentia.

Rursus dysenteria hic fluxus est quidã, styptica vero cũ cõdẽsent & impillent, eundẽ cõpescũt, et maxime virtute curatiuæ. Itidẽ in cęteris hepatis passionibus in q̃bus nõ tm̃ videntur cõpetere, vt hic stiptica pcipiũtur eidẽ administrari, apparẽs de inge. ita vt & resolutiuis maturatiuis illius sint admiscẽda, uñ pmo q̃rta. Qñ hora fue Q rit resoluendi apãta hepatis, & stomachi, nõ debes dimittere q̃n stipticas medicinas bonũ hñtes odorẽ admiscẽas. Quod fulcit à minore. Et fulcitur, quia illa cõpetunt, quę inspissant, & cõpescunt sanguinẽ subtilẽ fluentẽ ab hepate qualis est san. aq̃ loturę carnis similatus tuñ interiorũ. Qñ videris egestiones velut nouiter occisarũ carniũ loturis assimilatas, certa fit cognitio passionis hepaticæ. Sed hoc agunt stiptica. Rursus qñ eductio alicuius nocet, illius retentio confert, ppter rationẽ contrarietatis curæ, sed quod educitur hic obest, cum sanguis, & spiritus euacuentur, quę vitę sunt causa. Proderit igitur eius retentio. In hepatica itaq; dysenteria competunt stiptica.

OPPOSITVM tertio sextadecima. Adhuc q̃d hẽt par infrigidat, ac ipsum amplius ab eius se mouens natura, & materiã in id impillat, & cõdẽsat, ipsiꝰ phibẽs expirõnẽ, nõ cõfert in hmõi ęgritudine: talia vero sũt stiptica cum

A cum sint frigida ĩ gradu tertio in dictis ussibus. Et firmaĩ, quia meatus hepatis sunt tandẽ angustissimi tanq̃ capillares existentes villi. Adhuc cũ hepar sit velut san. cõgelatus. primo prima. qđ ipsum amplius deniq; cõgelat lęsionẽ nõ paruã id cogit incurrere: hmõi vero stiptica sũt, cũ frigidiora sint pronuntiata. Non igitur in tali morbo competunt stiptica, verum potius aperitiua.

Lectione 15. & 18.

Doc. 5 co. 8. post pa.

PROPTER PRIMVM quidem sciendũ, q̃ ut nomen designat dysenteria est fluxus cum intestinorũ rasura: discissionẽ nanq; denotat intestinalem. Enterõ intestinũ, inde enteria. i. intestinalis quæ triplex existit. Vna q̃dem qñ pinguedo quædã super intestina existens excernitur. Alia qua membrana superficialis interior ipsorũ educitur. Tertia vero qñ substantia abraditur intestini. Apho. apparens. 4. Et hęc iuxta rationẽ uocabuli appellatur dysenteria proprie. Qm̃ hepatica dicta dysenteria metaphora dicitur amplius, cũ rarissime in ea excoriatio intercidat. Et ideo interiorũ quinto plures medicorũ decepti hanc. i. hepaticam æstimant dysenteriam. Est autẽ ipsa sanguinis puri cui nõ admiscetur egestio, theoricę. 9 Secundũ quosdam fluxus ventris sanguinolentus absq; intestinorũ excoriatione. Sed quia non semper neq; in oi dysenteria hepatica sanguis emittitur purus, verũ tãdem æruginosus est, & aliqñ cũ excoriatione consequenti aut antecedenti, dicet quis dysenteriam hepaticã fore fluxũ humiditatũ per intestina ex praua hepatis dispositione causatũ. Humiditas aũt quæ in ipsa emittitur est velut liquor loturis carniũ nouiter occisarũ assimilatus, aut velut vini fęx, interiorum quinto. In ea quoq; in principio icores excernuntur sanguinei. Tẽpore vero procedenti grossi, & sanguinei multum. In vltimo vero nigra certissime cholera. G. & Halya. 6. quoq; de accidẽti quatuor egestiones ponuntur sanguineæ, quarũ tres huic pertinẽt passioni, de quibus vna ex abscissione contingit, aut magnorũ alicuius dolorum, uel exercitij dimissione, nõnulla ex melãcholico accidit sanguine lucido, quarta quoq; est sanguis paulatim defluens ab intestinis. Tertio quidẽ 14. Plures completius ponũtur maneries humiditatum egredientes ab hepate diuersificatę in substantia eius, qđ expellitur: & causa illius. Substantia. n. quæ propellitur inde, alia est chimosa, quædã aquosa, qñq; est abluitiua, nõnulla cholerica, quædam virulenta, septima nigra: & nigra vt fęx, ac nigra melancholica, nõnulla est fœtida, & quædam priuata fœtore, aut sanguis purus qui aliqñ expellitur vomitu, & quædã est quæ in grossum nigrũq; aduenit circa mortẽ, & est hepatis caro. Causa quidẽ earũ expulsionis aliqñ est apostema eruptũ, aut oppilatio apta, vel scissura seu vlcus, vel corrosio, aut debilitas retentiuæ, seu attractiuæ, vel digestiuæ: aliqñ totalis repletio causa, vel dimissio exercitij, & additio in cibo & potu.

C 6. apho. 26.

T. 7. imo.

B

Ca 26. in medio.

Ca. 7. in me dio.

Vbi supra imediate, 9 theo. c. 26. in me.

C

Cap. 1. pº medium. Trac. 4. c. pato i pn.

D Ex his quidẽ vlterius condescẽdendũ ad causas egestionum particularius pręctactarũ assignatas iuxta doctrinã indicatam Auic. Distat aũt inter dysenteriam hepaticam & intestinalẽ: quia quod egreditur ab intestinali est paulatine, & cum rasura squamosa, & dolorosa pungitiua, sed quod in hepatica est sine dolore, & est multum, et non continue, verũ cum interpolatione. Adhuc in ea, q̃ intestinorũ est permistio stercoris cũ eo, quod egreditur: non sic autẽ in hepatica. Differunt etiam hepatica, et stomachalis, qm̃ hepatica est chilosa æqualis in qua iã operatus est stomachus, in ea vero quæ stomachi nequaq̃. Nosce q̃ dysenteria hepatica dupliciter accipiĩ: vno q̃dẽ mõ cõmuniter pro fluxu cuiuscunq; humiditatis ab A. pręctactæ per hepar transeuntis diuisa cõtra stomachalem, alio modo proprie, ceu maxime pro illo cuius initiũ est ã sanguine loturæ carnis simili de quo sermo principaliter existit. Quæ aũt breuitatis gratia sunt hmõi tertio requiratur. 14. Quinto quoq; interiorũ hmõi passionis indicatur taliter inscitia medicorũ hæc passio incipit

I. 7. i me.

E interdum sine febre, tpe vero procedẽte corrupto sanguine ẽm hepar superuenit febris quã medici valde contemnunt inexperti ita, vt totaliter videatur eis qñq; laborãs absq; fe. Si aũt febricitant putant propter ieiuniũ contingere iam appetitus gratia, & ideo cũ videant eos interdũ nihil excernere balneant, et negligentius permittunt dietari, quid aũt sit stipticũ, dña ostendit. 165. quod ẽm plus diuersificatur, & minus vt comparabiliũ reliqua.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, q̃ aliqui operantes vehementer stiptica, & indifferenter nõ discernentes in hac exhibent passione. Promouenturq; eo q̃ fluxum hunc putant constringentibus simpliciter curare, qualia sunt stiptica. Rursus præcipiunt in oĩbus passiõibus hepar stipticis roborari: hæc aũt absolute nõ valent: vt in tertio videbitur dicendorum, et merito, qm̃ plures decipiũtur in hmõi passionis curatione. Tũ quia de se q̃ difficilis. vnde pract. 7. Hepaticæ dysenterię medela, & cura perdifficilis est, & perpauci liberãtur ab ea; Tum etiã propter medicorũ inscitiã. Quare subdiĩ. Multi etenim parũ cognoscunt hepatis debilitatẽ eiusq; causam. Ait quidẽ Gal. se cognouisse quosdã quibus dysenteria inerat hepatica ex hepatis debilitate causata, & perierunt ex pauca curationis horum notitia. Interdũ nãq; hęc passio ex humore accidit acuto effluente ad intestina vlcerante illa, quam dysenteriæ curant intestinalis cura, cum hepatis egeat prouidentia, quare laborans perditur inde. Idem quoq; breuiarij tertio, quæ amplius hodie cõtingere uideo. Et hanc quidẽ sẽuã passionem conspexi in partibus gallicanis, & deinceps affinibus vigere pcipue. Aliqñ etiam dysenteria cõsequitur hepatica ex intestinali qñ protenditur ipsa, eo q̃ intestinis cõpatiuntur meseraicæ. Fit. n. qñq; ã meseraicis hmõi passio, quæ tandem hepati cõicatur, quam imperiti negligunt similiter credẽtes eam fore simpliciter intestinalem.

Cap. 231. in pnc.

F

Ca. 26. pº Principiũ.

G.

PROPTER TERTIVM vero sciendum, q̃ dysenteria hepatica si contingat ex sanguinis repletione totius, tunc cura ipsius est per aliã regionẽ eductio, & oĩum quæ sanguinem habent multiplicare alienatio, & eorum oppositis adhæsio, in qua nõ egent patientes nisi modicum stipticis, vt deriuata materia, & educta hepar ne deinceps recipiat, roboretur. Non. n. vti oportet fere stipticis, & proprie fluxus tempore, vt superabundans cõpescatur intus materia, & hic quidem nõ est difficilis curæ: ceu improprie dicitur q̃multũ dysenteria. Si autẽ ex hepatis accidat peccato, aut erit quia debilitatũ chilum ad se non possit attrahere, ita vt venter remaneat liquidus, corpusq; demacretur cum appetitus debilitate, in cuius quidem curatione competunt calida cũ quadam stipticitate, vt hepatis roboretur vigor. Calida quidem quoniam ea iuuãt attractionem, cum hepar debilitatum chilum nequeat attrahere, vel in eius substantia ex dominio calidi, vel frigidi proportionalis aggregatur substantia. Siquidem frigida, grossa, impillans, & obstruens hepar, tunc ratione passionis nullatenus competunt stiptica, vnde tertio. 16. detestans. A. exhibentes stiptica inquit. Illud quod cadit de errore in hoc capitulo est, vt dentur illi, qui habet fluxum hepaticum oppilatiuum medicinæ constipatiuæ in oppilationem addentes ipsamq; cõfortantes, vt stringant naturam, & id ad errorem perducit maximum. Et multoties insipiẽs linit hepar cum sanguine inspissantibus eorum frigiditate, in quo est mors & putrefactionis susceptio, immo quando causa huiusmodi passiõis est in meseraicis & hepate oppilatio oportet intendere in oppilationis apertione. Et iam laudauerunt passulas pingues in hoc capitulo intantum, vt quidam æstimarunt eas sanare fluxum lotiuum difficilem, quod expertum non fuit ab eo, quod dixerunt longinquum. Quare tertio. 14. Passæ conferunt debilitati hepatis ita, ut prohibeant solutionem aquę carnis similẽ.

H

Tra. 1. c. 1. in princ.

Tra. 1. ca. 3. in fne.

I. Videtur autem ostensum prius, quod vtiq; materiā impillat, & condensat in hepate ac ob id putrefactionē parat frigiditate addita robur ipsius destruens, dissinteriæ nō confert hepaticæ: sed hęc talia sunt stiptica, cum simile incitatiuum ad furiam simili coniungatur. Non itaq; stipticatio huic conuenit passioni, gratia tñ partis requirentis stipticantia, hepar nanq; & stomachus, vt eorū robur custodiatur pro cęteris laborantes egēt semper stipticis vigorari vt edocent pręarguta. Quòd siquidem caloris dñio in hepate materia subtilis dñetur calida, ceu sanguis subtilis loturæ carnis similis, qui tandem in fęcē solet æruginosam conuerti, sic opus est frigidis contēperatæ malam complexionē hepatis calidam remittentibus, & stipticis mensurate, vt hepar vigoretur, & sanguis inspissetur subtilis, non tñ adeo stipantibus, vt quod delapsum iam prohibeatur descendere, nam retentū excoriationē causaret et putrefactionē. Itaq; hic cōpetunt prę cæteris amplius stiptica, quia & ratione partis et passionis, quod septimo firmatur prac. Quando hepatis medicus cognouerit passionē ipsum curare oportet confortantibus, & his quæ ipsius malā complexiōē auertunt, & deinceps incipiat vti eis quæ sanguinē incarcerant, vt inde huius passionis amputentur incōmoda, qualia sunt lactuca, terra sigillata & cyprina cum reliquis, sic igitur indicatione sumpta semp̄ est stipticandum à parte, à dispositione interdū ita, qñq; vero aliter. His quoq; cognitis egestiōibus hepaticis, poteris reliquas curare pręmissas. Et ad summū huius ægritudinis curā scribunt auctores succinctā tanq; in ipsius cōfidentes parū salute. Nosce quoq; q; corpus plectoricū ante oia opus habet eductione, ne materia retineatur aut alterantibus agitata in quæ subtilia labaī peramplius, quidā vero modernorū in hac pręcipiūt passione tenuē non esse diætā exhibendā. Cui° quidē contrariū indicat. A. inquiens. In inceptione ascellationis hepaticæ plurimū est, vt non approximet pani, qa hepar nō recipit ipsum, imo rectius est, vt sit cōtentus aqua sauich in die bis aut ter. Adhuc diæta nō tenuis laborem causat in hepate, naturam etiā distrahit in morbi regimine. & fortassis hi robur cupiunt virtutis inspicere.

K — Ca. 25, in medio.

L — Tertio. 16. tra. 2. c. 1. post med.

PROPTER QVARTVM vero: ad primū dicendū, q; stiptica pręcipiuntur dari post hepatis cōfortationem, & prauæ complexionis alterationem, qñ humiditas quæ fabricaī ab hepate fuerit subtilis aquosa, ut ipsis condensetur, & retineatur, non aūt qñ fuerit frigida, grossa, impillatiua. Quod ostēditur qñ ab Haly. dicitur post vti his quæ sanguinē incarcerant, vnde ipsius cura non est vniuersalis vsquequaq;. Ad aliud dicendum, q; in hac passione non solū, & si sit in ea fluxus, eget æger constrictione, imo etiā apertione non parū, vt materia educatur. vnde tertio sextadecima. Hip. dixit q; vomitus prohibetur vomitu, et fluxus fluxu, qm̄ stiptica etiam cū cōferant in pręsenti, nocent tñ, cum non expediunt in futuro, & p̄ talia nō perficitur cura. Curātia nanq; debent esse per se, & permanentia, & nō per accñs & transmutabilia. 153. Ad confirmationē similiter apparet, cōcessum nāq; vtendū stipticis hepate pręroborato ac etiā passionis gratia qñ humiditas fuerit subtilis confluens. Ad aliud quidem quid dicendū apparuit, concessum. n. iam gratia partis, vt hepatis semper cōpetere vtcūq; stiptica, nō aūt passionis rōne. Ad aliud dicēdū, q; ei°, qđ educitur retentio confert, nisi id quod retinetur sit tale ad cui° quidē retentionē consequatur acuitas & mordicatio, p̄pter quas intendatur & fluxus, tunc potius aperiendū q; angustandum. Ad ea etiā quæ alterius partis quid dicendum visum, qm̄ quando materia frigida fuerit grossa impillata non egemus stipticis saltem passionis gratia. Ad aliud dicendū, q; hepar est sanguis congelatus. i. inspissatus non quidē à frigido verū ab informatiua vtente qualitatibus & maxime caliditate vt instrumento.

Trac. 1. ca. 13. cir. fin.

M

DIFFERENTIA. CCIII.

N

VOD ILEON ex stranguria febris nō curet superueniens, ostenditur per Cōmenta. detestantem aphoř. 6. parti. per totum, neq; hipocraticum profitentem, cuius quidē series. Quibuscunq; ex stranguria ileos innascitur, in septē pereūt diebus, nisi febre superueniente multū fluxerit vrinæ. Rursus. Quod mēbra debilitat p̄ncipalia digestum corrumpit, & spūs inflāmat, ileon non sanat. Huiusmodi vero est febris cū sit morbus vniuersalis cęteris infestior. 8. de inge. Est nanq; abundantia calidi extranei per oē corpus aialis diffusa. Palin. Quandocunq; nocumētū adiungitur nocumento, nō perficiī, verū magis incitatur ad furiam. Quando. n. simile adunatur simili: velut ignis efficitur in igne, simile nanq; simili occurrens furiam intendit. Id autem contingit qñ febris morborū sęuior aliĳ copulatur morbo. Eti. Si feb. ileon curet is erit ex humoribus cōsurgens frigidis viscosis, cū factus ex calidis ceu a͞pate amplius inflāmaretur, & lęderetur, sed cum ileon causato ex materia frigida viscosa non est febris. vnde in Viatico, ileos qui de humoribus frigidis, neq; tumorem habet, neq; extēsionē, neq; fe. ceu qui ex apostemate accidit calido. Itaq; ileō ex strā guria causatum feb. non sanat superueniens.

Apho. 44. — Collr. c. 1. — O — Isaac libr. 4. cap. 16. circa prin.

IN OPPOSITVM aphorismus pręinductus. vñ tertio. 16. inquit Hippo. Quādo accidit ex stillicidio vrinæ ileos, moritur ille cuius est in septimo, nisi accidat ei febris, et currat cū ea sudor plurimus. 19. uero illi°. Qui habet difficultatem vrinæ, & aduenit ei post ipsam thenasmon, moritur in septimo, nisi accidat febris, & prouocationē vrinæ plurimā faciat. Ecce q; dissute dubitanterq; introducit aphorismū sicut consueuit, vt semper extorte satagat sermones aliorū iducere. Vel alludit ultimo Gal. volenti vesicam cōprimere longaonem, & nō iliaca intestina. Adhuc: sicut se habet febris superueniens spasmo, vel thetano qui de humorib° frigidis viscosis occurrens, ita superueniens ileo ipsa ex eisdē constructo, sed ea illum curat. vnde aphoř. 4. A spasmo vel thetano habito febris superueniens soluit ægritudinē. Et fulcitur, qm̄ epilepsia multoties soluitur propter feb. quas tolerat habens eas, & proprie quæ sunt longæ. Igitur ileon factum propter stranguriam fe. tollit superueniens.

Trac. 4. ca. 30. p° me. — Tra. 1. c. 6. iuxta fi. — Apho. 6. c. apho 44. i medio. — P — Apho. 57. — Aut. fen 3. tra. 5. c. 7. ver. fin.

PROPTER PRIMVM quidem sciendū, q; stranguria est parua, & sępissima mictura. apho. 5. A. vero est qñ vrina guttatim mingitur, & velociter exit, quod acumine seu adustione aut defectione vesicæ accidit contentiuæ. Defectio quoq; aduenit ex a͞pate, vel vulnere, aut intemperata cōplexione seu de grossa ventositate. Dissuria vero est cum duritia, & angustia, neq; sine magno dolore actionem suā complet vesica, quid autem sit fe. dña mōstrauit. 87. Est autem ileos dolor intestinorū prohibens stercus exire ab inferiori parte cogens aliqñ ipm̄ uomere: in Viatico. vnde Cōmen. aphoř. 6. In ileo inferius nulla egrediuntur, & si acutius clystere construatur, non tamen patiens iuuatur. Paulus quidem est acutissima passio dolore plena qua miserabili pereunt morte stercus p̄ os reijcientes circa finem sexto vero theori. Quę ileos vocatur passio interpretatur vexatio, dolor est grauis accidens intestinis. Cuius in diuisionibus est expositio, domine miserere, maxime tamen cum ex apostemate contingit calido, descēdit enim ab eleo, quod grece misereor ex quo ileos, quod tertio sextadecima. Inquit Hippoc. Quando accidunt in colica à qua Deus nos tueatur vomitus, & singultus, & commistio rationis, & spasmus, tunc totum illud est significatio mala. Sunt autem tres passiones vniuersaliter consimiles, fiunt enim ex materia sæpe consimili, & in loco eodem communi cum dolore fere simili, particulariter vero differētes per amplius & minus. Est enim strephus, tortio seu colica, & ileos,

G 6. apho. 59. in pnc. Collr 19. 3. tract. 2. cap. 6. — Q — Isaac libr. 4. ca. 16. in principio. — Cō. apho. 44. in pnc. Collr. c. 16 — Ca. 63. in medio. — Trac. 4 ca. 30. in me. — Lib. 3. tra. de stoma. cho. t. c. 54

A ileos. quando materia breuis fuerit, inducit tortio: iuxta illud in techni. Tortio uero in ventre, qñ prauia est in colicam. Ipsa quoque fm veritatem accidit in intestinis grossis vt colon a quo deriuatur & his quæ ipsum sequuntur & est strophus difficilior valde: ileos vero proprie in intestinis generatur gracilibus, quãdoque tamen ileos colica est in quibusdam locis: vehemẽter enim est similis illi. tertio. 16. quę fm Garipontum est passio acuta sub angusto tempore. vnde in Viatico. Vniuersaliter morbus iste pestiferus est ac mortalis aliquando in die secunda interficiens & interdum in tertia, & raro sanatur. A. tamẽ. Qñ plus occidit accidit ileos in septimo, quia videt morbus epidemialis & contagiosus. vnde idem. Et ipse vadit de quibusdam ad quosdã permutatione, quæ fit in aere pestilentioso, & de terra ad terram permutatione ægritudinum venientium. Ipsa quidem pluribus contingit de causis. Nam aut ex apostemate calido in intestinis subtilib9 causato, uel ex humore phlegmatico grosso viscoso, seu ab oppilatiõe causata ex fimo siue stercore sicco, quo intestinum obtorquetur, vel ex syphac ruptura quando intestinum semotum labitur in osseũ, aut ex ciborũ inopia vel letiferi medicaminis porrectione. theo. 6. Fit etiã fm A. propter potum aquæ frigidæ, nõ fm ipsius necessitatem cum eo quod accidit ex causis cunctis, quibus & colica.

Tra. 4. fen. ca. 30 Isaac. li. 4. ca. 16. circ. prin. 16. 3. tra. 4. cap. 30. in me. Ibidem im mediate.

B

Coll. ca 6. iuxta fin. & c. 16.

PROPTER SECVNDVM vero sciendum, ꝙ Commen. simpliciter damnat antemissum apho. Tum quoniam ex stranguria non possit ileos consurgere. Tũ etiam quia feb. superueniens illum nõ curat, sed intendit peramplius. Primo quidem quoniam multos dicit se vidisse tempore suo ex stranguria in mortẽ peruenisse: quorum vesica videbatur plena extẽsa & dolorosa, & tamẽ nullus ita patiens ileon incurrebat. Rursus. Is magis videt debere ex apostemate matricis contingere: cũ ipsa vsque ad diaphragma ascendat, quo intestina debuit amplius comprimere, sed ex eo ileos non fit. Palin. Si vesica esset apostemata solum rectum comprimeret intestinum, & non subtile, in quo ileon dictum est fieri. Cõcludit igitur ex stranguria ileon causari minime. vnde quis fortassis per ileon colicã etiam audiet vt tactũ. Quòd autem secundo non possit ileos febre iuuari nititur ostendere, quoniam is causatur propter apostema vesicæ. Febris autem superueniens ipsum nõ curat, verum potius malitiam eius augmentat. Adhuc febris nõ curat quẽcunque morbum, nisi de frigiditate morbus fuerit, siue sola, siue cum humoribus phlegmaticis vel vẽtositate grossa & inflatiua, ex quibus nõ constat ileos, verum potius ex apostemate. Non igitur febris superueniens ipsum curat. Aui. vero Hip. contemnens aphorismum. ait Gale. causam ignorauisse: quoniam ileos phlegmaticus et ventosus iuuatur cũ febre. Sed quis fortasse obuius Gal. eius tollet arguta dicens minime, quæ inducta valere. Ad primum quidem dicendum, qm etsi Gale. non vidit suo tempore & regione ileon ex stranguria causatum: alijs tamẽ visum. vñ illud. 193. Expertum quidẽ id in pluribus horis de hoc potest audiri, ceu febriũ inquit primo. Ego nondum manifeste vidi quintanam, neque aliam quandã vlterius a quartana. propter quod. A. quarto prima fere Gal. impugnans ait, Hipp. certificauit sermonem in inuentione febrium septennæ & nouẽnæ: & retulit mihi fidelis quidam se vidisse nouẽnam. Quintanã vero multotiens vidimus. Non enim oportet vt negentur ægritudines, quas non contingit in tempore quodam & regione quadam, quia hoc genus non cõprehẽditur præ multitudine, similiter interiorum sexto. In quodã loco Arabiæ, vt aiunt vocata Tragũtia fiunt neruosa quædam lũbricis in colore & grossitudine similia, quod quidem dicentes vidisse multos audiui. Nõ vidi vero ipse ideo nõ habeo cognitionem neque de generatione neque substan

C

Vbi supra imediate. in fine. ca.

D

Ca. 5. in fi. Tra. 2. cap. 62. versũ.

Ca. 2. post princi.

tia eorũ certissime. Hæc autem passio Almansoris. 7. vena vocatur ciuilis. quarto vero tertia vena medeni: quia in hac abundat ciuitate. vnde subditur. Gal. dixit. ꝙ nõ fuit comprehensum ex esse illius aliquid manifestum super quod sit innitẽdum, quoniam ipse non vidit eam omnino. Ipseque scriptor semel in quadam conspexi monialibus: ciam etiam non reperio ab Arabicis communiter expressum: cum tamen apud Italos sit cõmunissimum apostema. & c. 14. de inge. tractatum. Ad aliud dicendum, ꝙ non debet fieri ileos ita ex apostemate matricis, vt ex stranguria passione vesicæ, quia ipsa & maxime in viris vehementiorem habet connexionem & arctiorem colligationem cum intestinis, ꝙ matrix: hęc enim debiliter alligatur & laxe: quod ostendit ipsius descensus & ascẽsus, & circa vertebrum conuersio. Et ideo virtus regitiua propellit ipsam versus uentris musculosa quãdo ascendit ad diaphragma ne intestina cõprimẽs passionem causet in eis. Ad aliud dicendum, ꝙ licet vesica intestinum rectum immediatius cõprimat, cõitate tamen quadam reliqua valet comprimere. Nam societas seu communitas qua passio vna cõpatitur alteri multiplex existit, vel quia natura sunt continuæ inter quas aliqua cõtinuant instrumenta sicut cerebrum & stomachus propter continuitatem neruorum inter ea, & matrix & mammæ venarũ cõtinuitate: vel quia vnũ est via alterius, ceu inguina cruris apostemati, aut quia sunt uicina situ ut cerebrũ et pulmo, vel quia vnum radix & principium actionis alterius velut diaphragma pulmonis in aeris attractione, seu quoniam vnum seruit alteri. vt nerui cerebro, aut quia tertio associãtur alij, sicut cerebrum renibus: eo ꝙ vnũquodque associatur hepati & ventri, primo secunda. & tertio prima. quo quidem modo vesica iliacis associatur mediãte recto intestinis. Aut dicendũ hmõi societatem compassionis fore propter materiei exuberantiã vesicæ causatã, vt ea perueniẽs ad intestina minuta ileon inducat: iuxta illum aphoris. 7. Quibuscunque hepar aqua impletum in omentum eruperit, his venter aqua impletur, & moriuntur, vesicę quoque orificium angustius est illo quod matricis. Ad illud quod persuadet febrem ileon superueniẽtem non iuuare verum efficere. dicet aduersarius: ꝙ Gal. q. somnians putauit ileon ex apostemate calido consurgere, quando inquit dico apostema calidum, seu durum, illud facere, nec credo hanc cõstipationem fieri ex humoribus grossis viscosis: cum tamen omnes ipsius imitatores ex eis firment iliacam contingere passionem: quid autem maxime excitauit Gal. talia proferre, fuit quia aphorismi vt fassus experientiam non percepit. Circa quidem prædicta dubitare contingit, quia dictum per Gal. matricem vsque ad diaphragma ascendere. Cuius oppositum interiorũ apparet ita 6. Matrix neque diaphragma, neque ad aliquem altum locum deueniet: non enim vsque ad uentrem reuelli apparet. Dicendum, quòd matrix non peruenit vsque ad istas partes apprehensione velut animal mota, sed magis vere instinctu quodam seu clementia diuina. Reprobatur enim prædicto sexto Plato fere matricem & alij putãtes animal existere filiorũ procreationis concupiscitiuum. Aut dicendum: ꝙ Gale. non intẽdit ꝙ matrix corporaliter absolute pertingat ad diaphragma vsque: sed mediate vel potentia, ac si dicat ipsa multum ascẽdit, cum ligamenta eius sint laxa dissoluta comparatione vesicæ permanentis immobilis fere, vel more litigiosi. Gal. volens omnifariam sic obtinere quæcunque potuit comprehendere: sicut alia non pauca ibidem inducta calumniam, vt uisum pati ualentia non modicam.

E

Ca. 24. Tra. 3. c. 21.

Coll. cap. 11. & li. 13 Dif. 2 c. 3. cir. prin.

F

Doc. 1. ca. 8. cir. prin. Tra. 2. c. 4. post princ. Apho. 57.

G

Cap. 4. post med.

H

PROPTER TERTIVM vero sciẽdum duo, quæ Gal. uisus est negare: primitus quidem quoniã ex stranguria potest ileos consurgere, aut materiæ exuberantis, ut tactum deductione ex uesica in subtilia intestina gratia communitatis

I munitatis & impulsionis naturæ de membro nobiliori, & sensibiliori ad quod non tale. Quod ostēdit intestinorum strophus vel tortio quando aliquis vrinam veneratione, vel alio cogitur retinere. 6. de accidenti. materiā vero hanc maxime recipiunt gracilia intestina cum sensibiliora, passibiliora, minusque tecta defensiuo sint grossis: ceu ostendit extremitas virgæ mox dolorosior passione facta uesicæ. Tum quoniam primo sensitiuo propinquiora: Tum etiam quia minus viscositate & pinguedine obducta, vel id qs accidere dicet, quia vesica plena ente vrina, eam ab ipsa quantum potest auertit: natura illam uersus intestina dirigens: verens ne ad intestinum peruenies rectum, vesicam compressione dolorosiorē reddat, quare illam potius in intestinis cogit manere gracilibus, quo dicet modo differentia consequenti colicam ex vlceribus & pustulis generari: ileos itaq; potest ex stranguria causari. Secundo quidem quoniā omnis cura perficitur cōtrario, sed febris est mala cōplexio & calida & sicca: ileō vero positum est ex humiditate frigida phlegmatica, & K ventosa contingere. vnde aph. 6. Cōstipulatio siue grossities ventosa: & inflatiua vel complexionis intemperātia frigida curatur febre: liquefacit enim & dissoluit materiam constipationis generatiuam ventositatis, malāq; ad temperamentum complexionem reducit. Palin. ibidem bonum esset dici humores grossos crudos viscosos & frigidos creare huiusmodi morbum, & eum cum se. ac vrinæ purgatione curari: hic autem morbus fm reliquos ileos existit, quamuis id nō sentiat Gal. Et ideo dixit A. ipsius causam in hoc ignorasse, itaq; aliquis ileos ex strāguria causatus, febre superueniente curari potest, & maxime quando vrinæ aut sudoris fluxerit multitudo.

Ca. 1. 4. 8.

C 5. apho. 44. iux. finē

Tertio 16. tra. 4. ca. 3. in fine.

PROPTER QVARTVM vero ad primum dicēdū, quòd iam apparuit. Non enim Gal. concessus est vsquequaque. Ad aliud dicendum, q̄ maius est iuuamentum, q̄ aliquis consequitur ex materiei ilei dissolutione per se. L q̄ ipsius nocumentum ab eo, q̄ febris: ceu ipsa spasmo, aut thetano superueniens ex repletione dicto eiusdem curatiua. Ad aliud quid dicēdum notum existit: licet. n. febris per se vniuersaliter noceat, per accidens tamen inquantum materiam frigidam & ventosam calefacit, & dissoluit confert peramplius. Quando enim morbus occurrēs alteri super eius fundatur materia, ipsam coaptās & in melius adducens, non læsionem, sed iuuamentum operatur, qn̄ autem oppositum interuenit, necesse fit quā maxime, læsionem operari, velut in hydropisi cū febre ac in emopthoica cū pleuresi euenit passiōe. Ad aliud dicēdum: q̄ febris mox cuidam subuenit morbo, vt ileo ex apostemate causato. Alia vero demū, vt ei qui ex humorib⁹ crudis causato, ceu quę spasmo ex repletione occurrit: hinc vero febris superuenit vel incitatione quadā naturæ: aut ingenio seu arte, quod nocens expellatur. Neque intelligendū vnq̄ ileo ex frigida causa febre non adM esse verū per par relatione ipsius ex apostemate calido factū hoc tamen primum videtur sensisse Gal. existimās febrem tm̄ apostemati vesicæ associari calido, vel q̄ non sit febris, neq; cum accidentibus sęuis adeo, ceu quę facta fuerit ex apostemate calido.

DIFFERENTIA. CCIIII.

QVOD narcotica non competunt in colica ostenditur: quoniam cura est per contrarium abscisio morbi vel causę, hunc autem nō abscindūt stupefactiua verum potius adaugēt, cum eorum frigiditate prauam inducant qualitatem: eaq; ipsorum simul substantia colicæ materiam ingrossent et impillent, & intestina implent peramplius. Adhuc. vt vniuersalius sit rōcinari ægritudo eget curatione: colica vero est ægritudo, ipsa quoq; curatur, aut in melius complexionem alterando, aut euacuādo. Ab his enim curæ ingenium simpliciter est sumendum. Nullum autem horum narcotica operantur, sed oppositum N magis, virtutem nanq; prosternunt, cum ipsa calidis per maneat, quod eius ostendit actus motum explicitus a calido causatus ac sicco semper. Membrum etiam ob hoc ineptum mortificatione redditur ad horum receptionē per quem habet esse & operari. Quòd autem complexionem quācūq; infelicitant, aut praue alterādo, vel euacuationem prohibendo apparuit. Rursus. quod dolorem inducit: non competit in colica: sed torporifica dolorē causant, pp cuius sedationē quis dicet ea fore administratæ qm̄ complexionem mox frigiditate coalterant, & solutionem imparis causant: cum materiam in partem impellant: & aggregent soluendo eandem: hæc autē duas causas ponunt doloris. Eti. Accidens sequitur morbum, vt vmbra corpus: ea vero non potest nisi corporis remoueri ablatione. Non igitur sedari poterit stupefactiuis dolor accidens: si nisi tollatur eius causa, si causa habet, vt q̄ libet etiam alius morbus. Adhuc si torporifica confe- O runt in colica propter quid non administrantur in principio, cum virtus fit robusta, & in peracutis passionibus eadem die ac hora fm veterem sit medicādum, alioquin nanq; detestationem incurremus. Erasistrati nanq; impe rito assimilari, qui in fortibus ægritudinibus debilibus in principio vtebatur remedijs. 154. In colica itaq; non cōpetunt stupefactiua.

OPPOSITVM vero huiusmodi cōmunitas profitetur medicantium. Amp. quod virtutem quiescere facit, & sedat accidentia, competit in colica, cum hmōi naturam vehementer impugnēt, talia vero, vt declarabitur sunt narcotica. Eti. Quod malam complexionem alterat, & substantiam materiæ ingrossat, cōfert, & maxime cum calida fuerit & subtilis, sed talis est, quæ colicæ, cum ex humoribus fiat calidis interdum. Rursus. Cū hæc ex ventositate fiat, quę calido causatur submisso, ex P frigido destruetur forti, ceu indicat hyems. Nam temporibus ventositas generatur temperatis non calidis neque frigidis valde. meteo. apparens secundo, huiusmodi autem sunt narcotica. Propter quæ conferunt in colicæ narcotica curatione. Cap. 1. 20. te med.

PROPTER PRIMVM vero sciendum, q̄ narcoticum est medicamen doloris sedatiuum: cuius natura cū siccitate vehementer est frigida. Ipsa enim ad finem tertij gradus eleuatur & ad quartum maxime: huiusmodi aūt quædam est simplex, vt opium præ cæteris stupefactiuū quod succus est fm A. papaueris ægyptiaci. Et vniuersaliter papauer utrūq;, amplius tamē nigrum, iusquiamus: mandragora, solatrū maius, & faba dicta inuersa. Reliquum vero est compositum, vt phylonii. i. amicabile, diaspermaton, trigona, siue teroch: quibus nomen imponunt ternarij theriace noua, vt usque ad sex mēses. Apollonia Græca & seresiata, siue babylonica, aurea alexandrina, requies, rubea trociscata & hmōi plurima: quorū Q bonum est id quod construitur ex croco: cassialignea, & opio ęqualiter. tertio prima. Optimum autem electuariū scriptum. 190. Nosce quoq; q̄ illa, quæ sunt simplicia sunt deteriora compositis, Ideoq; componuntur cū alijs vt eorum malitia remittatur et audacia. plura. n. ex ipsis timentur nocumenta cum sint vitæ omnia contraria, cōgelantia: mortificantia: & præcipue nuda, propter quod opus fit ipsa corrigere per artem ipsorum societate remouendo nocumentum, quod triplici fit de causa. Primo, vt eorum tollatur congelatio mortificatiua quod castoreum: piper & crocus operātur, castoreum quidem & piper carminant & resoluunt magis, crocus vero sedat, & maturāt: virtutem cum hoc cordis confortando. Secundo vt uirtus cum membris confortetur, & spiritus reparetur, quod cordialia & stomatica operātur, ut crocus, spica, ozimum, zedoaria, & quæ huiusmodi. Tertio, ut stipticitas & constrictio materiæ reumatizantis inducant:

Sectio cō. t. 1. 1. cō. 525. i pa.

Tra. 4. ca. 6 in medio.

Li. 3. c. c 159. & 163

Dolor

A Dolor enim exacuit reumã in techni & febrem:id autem facientia sunt myrrha:mastix, olibanum, & sandaraca. Adhuc antiquiora sunt eligenda, eo q debiliora existũt cum tempore, ut caliditate admistorũ sibi frigiditas sopiatur licet minus sit actiua. Amplius cũ sint adeo vitæ naturæ contraria, si potest excusari, non sunt propinanda: si vero non, cum timore ac cautela id agẽdum, vnde melius est q administrentur in odoramentis: vnguentis, vel emplastris q̃ interius assumantur: nisi fortasse in oculis, propter eorum sensibilitatem ac diaphaneitatem, quam expetunt. 131. Læduntur nanq inde maxime: quædã vero his appositis minime, vt dentes: etiã minus lædũt clysterizata vel supposita, q̃ trãsglutita quando modis nõ cõferunt primis. Oportet & q dentur si fieri potest in sero ante somnũ, quia ipsum inducendo dolorem sedãt. Incipiatur etiam a debilibus ad fortiora perueniẽdo paulatim præ oculis inquantum possibile habendo illud quartæ primi. Si necesse fuerit stuporem inducere non transcẽdas tale quale est papauer: qm̃ cum stupore suo est etiã domesticũ. cauendũq est ne dentur super cibũ, neq corpore repleto, sed eo iam digesto & euacuato. neq etiã sit eorum exhibitio continua, sed interpolata valde: cũ ad malum deducat finẽ, vt ad cæcitatẽ magis, & surditatẽ circa talium partes: & tãdẽ vlr ad stuporẽ & mortem, fitq ipsorũ cum vino calido exhibitio: celerius. n. in actum perducuntur. Sed circa prædicta dubitare contingit, quia dictum est opium fore vehementissime stupefaciẽs adeo vt potio eius sit quantitas lenticulæ magnæ. Venenum nanq huiusmodi est interficiens congelando, & calidũ extinguendo innatum. secũdo secunda: & quarto sexta. sed in partibus Ægypti vtuntur eo modo quo libet et q̃titate oi: ita q in condimentis oleũ inde cõstruẽdo. Non igit vr stupefacere intantũ. Dicẽdũ, q fortassis alius est papaueris modus hic & ille. Aut certius fm Alex. in ꝓble. Dissoluendũ q sicut vinũ Ægyptiũ est frigidũ, cum tñ regio sit calida, & Scotię calidũ frigid ę entis, eo q calidum continentis adueniens in Ægypto rarificans terræ poros, calidum exhalat visceribus terrę inditũ, calido associatum forinseco, apho. apparens. 1. ita vt vites nutriantur frigido in Scotia vero pori terræ permanent frigiditate obstructi, vt eius non valeat calidũ expirare: quare vites nutritę calido vinũ calidum reddunt: & forte quod Thorisii est inuenire, vnde terra temperate lapidosa calidior est alia fertilior ac digerens quod melius fert. Lapilli enim prohibent calidum terræ ac humidũ exhalare. Plãtæ quoq maxime permutãtur fm terræ diuersitatem, vt boletum ostendit. 22. dñia. Vinũ & caules in Persia præcipue: ita & de papauere videtur dicendũ in Ægypto, et in locis sibi similibus ortoq ac in his quę circa polos, neq etiam opium fieri ex semine papaueris, ut ipsum comeditur: sed ex lacte quod colligit ex capitibus papaueris viridibus ita. Mane nanq postq̃ Sol rorem desiccauerit fiãt scissuræ in capite papaueris subtiles cum cultro non profundæ q trãsfigatur cortex: sed tm̃ superficietenus: deinde gummi, seu lac quod egreditur sine cõpressione abradatur. & collige secundo ac tertio donec aliquid egredit. Aggregator. Rursus. Hęsitatur quia dictum est narcotica composita, maligniora pręcipue nouiter constructa ita: vt theriace ex opio quod recipit stuporem vtcunq inducat, & sanguineum sputum compescat. vnde quinto de inge. Hora dormiendi theriacẽ quatuor mẽsium tribui. qm̃ cum nouitati esset vicina virtutem habuit opiji quare somnum inducit hu. fluentes: desiccat & alimentum ingrossat. Quare neq venenũ expellit neq alia, quę caliditas egit: quod non videtur cum caliditas sit fortior qualitas frigiditate. Simlr plura recipit calidiora valde quàm frigida. Calidum etiam corporis melius debet qd' calidum inducere ad actum, quàm frigidum, cum secum proportionem habeat. Ad qd' dicendũ, q opiũ propter plurima primitus superãs actũ suum inducit, qm̃ vehementioris est frigiditatis, q̃ aliquod calidorũ: cum mãsiones graduum sint fere infinitæ. 139. & 22. de ipso etiã grandis ingreditur quantitas & maxime in descriptione ipsi⁹ radicali Andromachi. Est & substãtiæ pachimeris & vnitioris virtutis vt virtutẽ magis coadunet suam, cæteris sibi non consimilizãtibus in gradu, ipsiusq frigiditas vehementer oi naturæ nuntians inimica. Calida etiã corporis poros aperiunt ipsum ad amplius patiẽdũ præparantia. Opponunt et frigiditati opij, vt inde pugnantius excitetur in actũ: tandẽ vero caliditas vincit cũ deinceps calida in vnã concurrãt naturã. His itaq deductis cũ hæsitatione tñ percunctator pausare poterit curiosus.

Marginal notes (left): Ca. 1. 4. 1. — B — Cap. 515. in fine. — Sum. 3. c. 8 — Coll. 1. 16. apho. 15. 17. & 18. — Tra. 5. par. 1. cap. 1. in medio. — Cap. 13 in medio

E Est aũt colica ægritudo intestini colon vehementer dolorosa, in qua oppilatione prohibetur eius, qd' fm naturam exitus: sunt aũt intestina mẽbra cæteris corporis mẽbris lõgiora duplici cõsita tunica iuuatiui & superfluitatis, cõtentiua susceptiua, quæ sex quidẽ extãt numero, vt Portenariũ, siue duodenũ ad quantitatẽ duodecim digitorũ longum: Ieiunum ideo dictũ, q in mortuis aialium vacuũ reperitur, Subtile inuolutũ siue iliontin quibus tribus continetur quod alimenti magis iuuatiuũ: & Monoculon, Cæcum seu orbum iã pure cõtinẽs fęculẽtum, deinde Colon: & ultimo Hastale rectũ siue lõgaon dictum cuius vltimũ fiteris appellatur: in quibus fisr tribus, qd' stercorosum simplicius cõtinetur. Quòd aũt in colica dolor sit immensus de semet testatus est Gal. ipsam patiens: interiorũ. 2. sentiẽs se quasi terebro perforari: existimabat tñ calculum pati. Oppilatio aũt præscripta ex multis cõsurgit, vt. 203. apparuit causis. Aut ꝓp apa ex calida materia: maxime aũt ex humore frigido, vt phlegmate fm Praxa. vitreo. nominato: quod pluries euenit: aut ex humore calido acuto: aut ex ventositate: uel descensu intestinorum in osseum modo quocũq: aut excoriatione, qua natura abhorret quod cõtentũ per intestina emittere, seu propter vermes, aut ex stercore duro, quod adhæsit intestino: quod multis accidit modis in techni cum Haly. et tertio. 16. Ex his autem apparet, quòd exitus eius, quod fm naturam impeditur.

PROPTER SECVNDVM autem sciendum, q aliqui propter inducta futurum timẽtes inde periculum euitarũt narcotica: qd' fulciunt: eo q Serap. Ras. in diuisionibus cum Zoar nõ vñr ea tãgere. Sed qd de hoc cõsequẽter apparebit cũ eo, q neq præinducti auctores illa euitãt omnino, sed potius sermonis breuitate hmõi tacẽt prius ea in antidotis supplendo posterius.

PROPTER TERTIVM sciẽdũ, q in pñtiarũ indicatio curationis sumitur a rebus naturalibus, nõ naturalibus, & præter naturam: vt tactũ sæpius: a primis quidem, vt à virtute cũ eius annexis quæ fortis erit aut debilis seu media, a tertijs vero, vt a causa cum suo effectu, & accidente. Ipsa nanq qñq est frigida & aliquando calida, vt accñs aliqñ est perniciosum virtutẽ omnifariã deficiens, vt dolor: interdum vero minime, inter quæ mediũ est inuenire, a reb⁹ nõ naturalibus, qa media istarũ mediocriter iudicandum. Siquidem virtus fuerit fortis, & materia frigida, dolorq paruus, ut possit pati, non est sup narcotica præsumendum: cũ aliter ceu alteratiuis anodinis, & euacuatiuis cura valeat perfici. Dolorẽ nãq sedantia sunt triplicia: vel materiam euacuantia, quæ causa est ipsius: aut malã cõplexionẽ alterantia, ceu calida mensurate in primo gradu, sicut complexio corporis fm Hebenguefe. spũs demulcentia & quasi inebriantia, sicut camomilla: anhetum, semen lini &c. Vel sensum a membro remouentia velut, q̃ hic tractãtur narcotica. Aut virtus est vtcunq debilis, causa calida: dolor fortis: & tunc expedit tandem super narcotica præsumere: in medijs autem mediocriter agendum. Nam illud de quo medicum amplius sollicitari oportet est virtus, & pręcipue si fuerit debilis

Marginal notes (right): Colica qd. — F — Ca. 5. ad medium. — G — Lib. 3. tex. & 16 136. Tr 3 6. ad medium. — Bre. 3. cap. 31 & 32 — Ca. 69. Theisir. 2. c. 2. 3. & 4. — H — Dolorẽ sedantia triplicia.

I bilis primo quarta. q̃ si hũ mores fuerint acuti subtiles, tũc narcotica, quia fluxum hebetant: calorem refrigerãt vehementer, ac ingrossant substãtiã, cõferunt quidẽ multum parum nocentia: & ideo audendũ tunc cõfidentius sup ea. Qñ autẽ fuerint frigidi grossi, vt phlegma vitreũ, aut ventositas cruda: nocumentũ inde incurritur grande cum phantastico iuuamẽto solum. In posterũ.n. vehemẽtior dolor insurget causa ei⁹ narcoticitatis adaucta: & iõ super ea cum cautela maxima & necessitate presumẽdũ, licet.n. q̃ multũ inferat illis nocumẽtũ. fortassis illud poterit corrigi consequenter. vnde de inge. 12. saluari hoiem mox preeligendũ nocumento, quod postea sequitur: melius nãq; fit vni pticulæ nocere, q̃ infirmũ periclitari dimittere: q̃ q̃.n. vlr cura perficiatur per causę abscissionẽ: instãdũ tñ magis ad illud quod amplius naturã infestat, tum ars prius insurgit in causam, quæ magis urget. vnde primo quarta. Si accñs superauerit ęgritudinẽ tũc ei curã adhibemus & ægritudinẽ non considerabimus, sicut in colica damus stupefacientia, ut doloris remoueatur vehemẽtia: licet ea colicæ nocumenta faciant. Scda.n. die, uel tertia dolor insurgit molestior etiã præcipue, cũ materia eius fuerit frigida: verũtñ ipsa non tm̃ dolorem incutit ut calida, cum frigida sit mortificatiua sensuũ magis. Qua vero dolor sedatur hora: altera & eũa: ne iteratione narcotici crebra infirmum in mortẽ deducas. Est igitur procuratio palliatiua apparens qualis, quæ lepræ confirmatæ, super quã hic audent deceptores orbẽ percurrẽtes: ceu qui dolores arteticos curabat cicutæ appositione virentis: alius vero cerusa & aceto. Quòd aũt iuxta præfata narcoticis opus sit vti qñq; mõstrat: qm̃ duorũ prauorũ semp eligẽdum, quod minus. toporicorũ tertio, ut merciũ proiectio psonæ salutis grã, sed torporificis vti aliqñ fit minus timorosum, q̃ ipsa negligere, cũ mortem ipsis cõtingat effugere qñq;. Tẽpore nãq; intermedio uirtus quiescit & cõfortatur: põt & causa doloris interim digeri, & euacuari. Eti, illud cõpetit qđ remouet illud quod virtutem psternit: sed hmõi est torporificũ sua hora: frãgit.n. dolorem præ cæteris virtutis deiectiuum. Adhuc ceu iuratus est Gal. symptomatibus resistere bonum, et pcipue virtutẽ mox ac vehementer prosternẽtibus: de quorũ numero dolor extat insigne. Sibi autem resistunt narcotica sensum destruẽdo in quo dolor fundatur. Est nãq; ipsius passio. Itaq; narcotica expetuntur in casu & tempore cũ modestia tñ: vt nocumento præferatur, iuuamẽtum, qđ intendit omnis curans: cum difficillimorum fit inuenire aliquod auxiliorum quod nihil nocens multum conferat. 11. de inge. Quod autem dictum in colica & iliaca intelligendum & sibi similibus partibus ac uniuersaliter de torporificorum administratione. Quę autem ex ventositate contingit sæua, & longior est propter assiduam eius generationẽ, in qua timenda sunt non parũ narcotica, cũ spiritum ingrossent & membra condensent, vt non possit resolutio fieri.

Ca. 1. post princi. — *Ca. 1. 4. 6.* — *Ca. 31. iuxta finem.* — K — *Cap. 3 in princi.* — L — *Coll. 12. & inge. ca. 1. po prin.* — *Ca. 11. in fine.* — M

PROPTER QVARTVM vero. ad primũ dicendum, q̃ curatio uera, causæ perficitur abscissione, non autem vt visum apparens mẽdosa palliatiua, vt hmõi plurima. Ad aliud dicendũ, q̃ narcotica cõuenienter administrata non destruũt virtutẽ simpliciter, sed magis saluant, vt in posterũ resurgat, fm quid tñ pñtialiter debilitãdo. Eligendum est etiã vt vna pars Infœlicitet propter totius salutem, ut cõcessum dudũ, neq; cõplexio & humor læditur calidus, sed potius iuuatur, læditur autem frigid⁹ quod supportatur iuuamenti contingẽtis inde prælatione. Ad aliud dicendũ stupefacientia dolorẽ vtiq; inferre: si subiectum perceptiuũ ipsius vt sensus permaneret, sed is tollitur, & ideo dolor sedatur a quacunque contingat causa. Ad aliud similiter dicẽdum, q̃ accidens nõ solum sequitur morbum, sed etiã naturã. Nõ.n. possibile fieri senitatem vel ægritudinẽ carentibus vita, de sensu, et sensato. Dicitur autẽ morbũ imitari, quia ab eo videntur immediatius causari: aut sicut phãtastice tollitur accidẽs sic & morbus. Ad aliud vt apparuit dicẽdum, q̃ corpus initio est repletum: virtus etiã fortis, et sperat cõtinue de dolore similiter: p alia prædicta sedatione, his.n. entibus non decet stuporem inducere. Quãtum etiã quę alterius partis vincant argũta iam apparuit.

Circa fin.

N

Quæsita circa vias vrinæ.

DIFFERENTIA. CCV.

QVOD diuretica non cõpetãt ægritudinibus viarum urinæ ostenditur, qm̃ ea educunt materias ad vias urinæ infirmas, per partes autẽ læsas nõ debet eductio fieri: immo potius ad oppositum trahendum. vnde primo quarta. Contingit cum mẽbrũ a quo expellitur est ipsum membrũ per qđ est eũo faciẽda, sed est in ipso ægritudo uetus aut recens propter quã est timor de cursu humorũ super ipsum, ipsi igitur ad aliud quod sit melius sunt trãsponẽdi. Quare. 13. de inge. nequaq; neq; cum fm anum, uel aliquã proximarũ particularũ principium phlegmonis fiat ventrem mouebis: quẽadmodum neq; si fm vesicã, vel pudendum: aut renes diuretica pharmaca transglutire iubebis, neq; mulieri fm matricẽ, vel pudendum menstrua mouebis: sed quę ad longissima semp in cõtrarium euulsionem facies. Amplius cum perficiatur contrarietate curatio, sitq; passionẽ adducens in parte inferiori: curabitur per ea, quæ ad superiora deducunt vt vomitu. vnde tertio. 16. Vomitus est melius quo renum vlcera curantur, eo q̃ mũdificat & euacuat, & per hoc q̃ attrahit humores ad cõtrarium partis renum. Rursus, q̃ materiam educit ad locum patiẽtẽ, oppilatione adaugẽs, ac ipsam resolutione subtili indurans, & petrificans: simulq; causans dolorem inde reumatis stimulatione, nõ confert in morbis viarũ vrinę: quę vniuersaliter in nullis sunt: talia vero vritica, cum sint vehementer calida, & sicca acuta: simplicium quinto & practi. 2. Palin, Aut conferunt, quia similia uel contraria. non quidem primo: quia tunc agerent minime: cum omnis actio perficiatur contrarietate. 60. quę autem talia non prosunt, cum suo priuentur fine. neq; secundo, quia contraria sunt inuicem corruptiua. vnde de distemperantia inæquali. Omnia interimuntur & corrumpuntur a contrarijs. Itaque in passionibus viarũ vrinæ non conferunt diuretica.

Cap. 3. ante med. — O — *Dif. 3. c. 3. post med.* — *Tra. 1. c. 8 in prin.* — P — *Dif. 6. ca. 2. ppe med. Cap. 27* — *Doc. 2. c. 4. in mi.*

IN OPPOSITVM sunt auctores iubẽtes nõ raro in hmõi ægritudinibus eorũ transglutionem. Rursus. apho. 1. qua oportet agere vndecunq; maxime repit natura hęc agere. Et ideo præceptum quarta. Graciles & facile vomentes purgare superius: oppositos uero inferius: sed in hmõi passionibus natura repit per partem inferiorem, cum sit ex propinquioribus eũo. Eti, eadem quarta. super diaphragma dolores sursum pharmacia indigere signãt. Quicunq; vero inferius deorsum: puocatio autem vrinæ similis est ventris pharmaciæ, sed hmõi dolores & passiones sunt infra diaphragma. Amplius qđ educit materiam ex vijs vrinæ illas mundificãs, confert eisdem, huiusmodi vero sunt diuretica. Cõfert igitur viarum vrinæ passionibus.

Apho. 21. apho. 6 — *aph. 18.* — Q

PROPTER PRIMVM quidem sciendum, q̃ diureticum siue uriticum. i. vrinatiuum est medicamen calidũ & siccum, acutum, sanguinis subtiliatiuũ subtilis, a grossiori discretiuum ipsius quod tenuius in vrinæ vias eũatiuũ sicut semen apij, fœniculi, acorus & huiusmodi. Nã medicinarũ quędã sunt calefacientes temperate, & nõ desiccantes, vt quæ lactis sunt gñatiuæ. duplicia enim sunt lac generatiua, vt calida, & humida multã materiã sanguinis ipsius procreãtia, & calida & sicca incidentia sanguinem & subtiliantia, vt hic motus in lac cõuertat materiam

Diureticũ quid.

A teriam spermatis minorando. Aliæ vero calefaciunt magis desiccantes mensuratæ sicut menstruorum prouocatiuę: aliæ vero plus istis calefaciunt & desiccant cum incisione forti sicut lapidis fractiuæ. Si autē adhuc amplius caliditate pticipāt & siccitate, puocatiuæ sunt vrinę. Nō.n. q̄ lapidis adeo sunt calidæ & siccæ vt istę: qm̄. ita lapidē aggregarēt, igrossarēt, & indurarēt. pharmacorum 5. & iō in glosa: nonus refellitur Almansoris ex hoc Gal. sermone. Oportet enim vritica calida fore ac sicca, vt vias aperiant: humores subtilient & renes calefaciant: vt eorū vigoretur attractio. Sed dubitare fit circa prædicta, positū enim vriticum medicamē multum calidum & sic. acutū existere, cum quædam frigida & humida multum ponātur non parum cōiter diuretica ceu quatuor aut quinque dicta semina cōia frigida. Dicendū dupliciter, aut q; vriticum ꝓprie calidum est & sic. Vn̄ Halyab. medicamina vere vrinā prouocantia calida esse, & acuta simul oportet. Quare Hebēguesso. Prouocātia vrinas sunt oia q̄ calefaciūt & exiccāt, quorum etiā plurima sunt acuta. Et ita medicamen notificatum diureticum. vel cōiter, & tūc frigidorum quædā horū vritica, eo q; habeant aliq̄ humiditatem subtilem aperitiuam possunt vtcunq; diuretica nominari: ceu ꝓprie medicina solutiua est attractiua absolute tm̄: fm quid vero tres reliquæ magis. Aut dicēdum q; vritica inquantum talia sunt calida & sicca, nihilominus quantum ad aliud potest in eis altera complexio amplius attēdi: ceu omne amarum inquantū hmōi est calidum: quapropter & opium vt sic calidum, & si frigidum indicet. dr̄ia. 145. Et qm̄ in corticibus hmōi seminum minus abūdat frigiditas & humiditas, q̄ in medullis, facti sunt eis aperitiui amplius. Distant et hmōi diuretica in magis & minus esse calida, vel frigida. Est aūt ad præsens triplex eorum conferentia, vel rōne alterationis fm q; ipsa alterando proprijs alterant qualitatibus, aut C eductionis, prout materiam ex vijs euacuant vrinæ, aut ex parte deductionis: eo q; medicinas deportant ad passionis locum: velut crocus ad cor patiens defert: ita vt in morbis eius administretur etiam calidis. 196. Aut forte et quarto ablutionis cuiusdā gr̄a. Quid autem sit morbus differentia visum. 72. Est autem duplex: simplex: vt mala complexio sine materia, & cum ea: praua compositio in quatuor diuisa naturas: solutio continuitatis ex multis fm diuersa nomina & tempus occurrens partibus, & composita, vt apostema. viæ vero vrinæ sunt partes deseruientes ipsius eductioni, vt venæ arteriæ emulgentes renes, pori vrinales. vesica. eius musculus, & virga in viris: hæ nanq; partes ordinatæ sunt a natura vt superfluitas vrinalis ex corpore educatur musculis in id operantibus ventris. Quid autem sit vrina, & quot ipsius causæ visum. 89. Nosce quoq; q; viæ vrinæ, aut sunt vehementer debilitatæ aut minime.

Dif. 3. 4. 5. 6.

Secda prac. ca. 27

Morbus duplex.

D PROPTER SECVNDVM vero sciendū, q; fm Thessalum indifferenter præcipiuntur administrari diuretica in passionibus viarum vrinę, cum indicatio fm eū solum attendat vniuersalis a dispositione sumpta, & nō particularis à membro & alijs. Quare is quidē non merito scientiam medicinæ adipisci in sex profitebatur mēsibus, immo quod etiam amplius minus in sex uersibus, in q̄ multis deridet partibus de inge. Methodicus.n. hic seu proprius amethodicus vr̄ia solū cōsiderans nihil de particularibus in quib⁹ extat experiētia & medicinæ adipiscit terminus pertractabat. Alij vero & cōiter operantes indifferenter pręcipiunt diuretica trāsglutiri: eo q; sibi videatur materiam in vijs abundare vrinæ, & per easdem tanq̄ p partē propriam, quorum defectus tertio uidebitur dicendorum.

Vt si. t. c. 1 in medio. & lib. 11. c. 15. dr. pa.

PROPTER TERTIVM vero sciēdum, q; si passio fuerit hic sine humoris uitio diuretica eidem cōferunt ratione alterationis & deductionis: prius quidem, quia modus curationis super cōtrarietatem fundatur: & maxime cum concessum sit diuretica differenter cōplexionē variare: & si proprius calida sint & sicca. Ex parte vero deductionis, eo q; medicinas factas deportet ad locum: non autem eductionis, cum careat præsupposita passio materia, sintq; hmōi viæ nō dissolutæ oino. Si autem cū humoris vitio praua fit cōplexio aut corpus sit plectoricum, vel cacochimicum, tunc quidē prius euacuandum vel purgandum ex diuerso, cum particularē eductionem opus fiat vr̄em præcedere. Et deinde si locus tolerat diureticis interdum vtendum, vel neutrū prædictorum existit, & ita mox si pars tolerat diureticādum. nā cum eductio facta fuerit vniuersalis vt perfectius educatur læsium: expedit per patientem partem educere. Quare tunc vritica conferre pn̄t triplici priori modo prætacta cum materia egeat alteratione, cōplōnis rōne, deportatione medicinarū materiem ad locum ac eūone. si autem fuerit praua cōpositio, & ꝓprie in receptiuis oppilatio vel humoralis lapidea vel carnosa eductione peccātis humoris diureticādum si mēbrū patit: tēperate tn̄ ne materia fluat amplius in partē obstructionē inducens: & ne ipsa, & maxime si fuerit calidior cum quadā viscositate cōuertatur in lapidem: vnde in fractura lapidis prohibita sunt vehemēter calefacientia, minuunt etiā ex continuo vsu diuretica carnium excrescentiā, & humectant ac leniunt et ꝓprius, q̄ frigida, & humida membrorum siccitatem ex qua oppilatio consurgit attenuatoria. Si vero fuerit passio in superficie ceu scabies aliqua cōferunt corpore prædisposito vritica saltem ablutionis gr̄a, vt demum consequantur consolidantia stiptica. Morbus siquidem in his quantitatis, perparum numeri, aut positionis minime poterit uriticis curari. Quòd si fuerit solutio continuitatis, aut erit plaga recens per quam sanguis educitur continue sicut in ruptura emulgentium, & hmōi tunc ad oppositum trahēdum nullatenus diuretica exhibēdo, cum sanguinem vt dictū subtilient & fluere peramplius cogant, nisi fortassis ipse detētus esset ceu euenit in trumbis, quod grauitate digno scitur & vrinæ retentione. Et si adhuc propter imparis solutionem, vtendum vriticis leuioribus cum stipticis, quod si non timetur, fortioribus. si autem fuerit solutio continuitatis antiqua, vt vlcus corpore prædisposito eductione, quæ in oppositum, quod si fuerit leue operandum cum diureticis remissioribus, vt semen kekingialtę & huiusmodi mundificantibus, & abstergentibus, dein de stipticantibus consolidantibus vbi nō expediunt diuretica, nisi fortassis deductionis gratia. si autem malignū fuerit vlcus eget fortioribus, vt abstergatur, quod grossius & saniosus in eo, ceu capillo veneris ireos: & farinę orobi: demum vero incarnatiuis & consolidatiuis. Serapio & A. quòd si fuerit ægritudo composita sicut apostema corpore primitus indigente educendo, quod peccat, deinde materia ente digesta maturandum, non autem vriticandum nisi quando fuerit maturatum, vt diureticis rumpatur apostema, & sanies educatur ad extra. & cauendum ne fortiora sint huiusmodi vritica, ne nimis prouocent materiam plurimam mox educendo in eius viastita vt constipatio generetur, ac ne saniem inspissent, indurent, & petrificent: propter quod in talibus optima medicinarum est cassiafistula, semper quidem in his supposito viarum vrinæ vigore constante aliquo.

Bre. 4. fib. cap. 14. in medio.

H 12. 3. tra. 2 ca. 11. post princi.

Et nosce, quòd oportet diuretica exhibere longe ab alimenti assumptione, non enim ante ipsam parum neque cum ipsa uel postea confestim. Ipsum enim indigestum in vias educeretur urinæ mox, sicque causa fieret maioris nocumenti. Et ideo peccant communius practicantes diuretica epulis admiscentes: oportet enim per horas ante ipsam suscipere ceu uentris subductiua, unde alimentorum secundā. Palam, quòd pruna subductioni conferunt uentris, & post oblationem ipsorum super bibere

Ca. 10. in fine.

I bibere dulce vinum: & interrumpere aliquod tempus, & non mox prandere post ipsa, & hoc quidem commune in memoria habeatur omnium, quæ laxant ventrem. Multo igitur amplius in vriticis differendum alimentū, cum ea citius vias vrinæ petant quàm mollitiua vias vētris. Sed cōtra. 14. de inge. Quando in renibus fuerit lapidosa constitutio mox cum oxymelle dare cappares in principio escæ, quousque transeat quod graue. Dicendum, ꝙ huius diureticon non debet esse tantæ quantitatis & virtutis vt cibum indigestum educat, ceu non est.

Cap. 16 in medio

Vel dicēdum dare cappares &c. i. ꝙ sumatur ieiuno eo ante aliud omne, non tamen, ꝙ mox sequatur illud. Euitanda etiam sunt diuretica & maxime in vrinæ ardore immensiori: ducēdo enim ad locum infirmum magis mingere cogunt, & ita inducunt dolorem ampliorē. Sit itaqꝫ breuiter, de vniuersaliori huius quæsito tractatum.

K PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum, vt apparuit, ꝙ quando partes sunt vehemēter læsæ, non debet fieri eductio per eas, vnde A. dicendum quòd aut loquitur in huius prætextu, vel quando materia fuerit multa indigesta: prius enim minoranda est, & digerenda. Et similiter apparet, quid dicendum Gale. quoniam sermo eius etiam in apostemate existit, nondū maturato. Ad aliud dicendum, quòd quādo materia vniuersalius peccat ducenda est in opposita, quando autē minorata fuerit eadē poterit parte euacuari in techni, nisi ea fuerit imbecillata omnino. Neqꝫ A. omnifariam negat diuretica in vlcerum renum curatione, & si vomitum peramplius laudet. Ad aliud quid dicendum apparuit: quia quando huiusmodi accidūt apostemata nō competunt vritica. Sic enim præaptatur corpus, & ad ministrantur diuretica talia: ne prætacta (vt mōstratum) pertingant accidentia. Ad aliud dicendum, quòd vritica possunt conferre: non enim sunt omnino similia: neque penitus contraria, sed media, cum communicēt cum vijs vrinæ in materia: & proprijs differant formis, talia nanqꝫ sunt actiua & passiua. differentia. 60. Ad ea etiā quæ alterius partis, quid dicendum uisum etiam: declaratum enim est, quæ vriticorum, & quando & quomodo concedant edocti. Ad aliud dicendum, quòd vnde ꝑcipit natura inde oportet ducere, si regio fuerit cōueniens: qualis non est vt visum sæpe. Quare oportet ſm Galenū ibidem reuellare ac ad cōtraria transmutare. Ad aliud dicendum, quòd Hippo. considerauit raptum materiæ maxime horum: si tamen pars sit omnino læsa: transmutanda erit in alium locum. Ad aliud etiam quid dicendum apparuit. Sic enim practicandum nisi aliquod prauum contingeret, vt ostensum symptoma.

Lib. 3. t. 6 161

L

In 6. com.

Quæsita circa articulos vt pedes.

DIFFERENTIA. CCVI.

M

VOD in podagra sanguinea existente in pede dextro phlebotomādum sit ex manu sinistra, & in sinistro ex dextra monstratur, quoniam Rasis in diuisionibus, Si podagra fuerit in pede dextro phlebotoma ex sinistra manu: si vero in sinistro ex dextra. vnde de iuncturis idem. Si dolor in pede sinistro, debemus minuere ex manu dextra. econtrario de uena basilica: vel de quibusdam ramis eius: & non debes ire ad aliam venam. Quare Auenzoar indigne cephalicam iubet scindi venam. Et firmatur: quoniam Rasis in Alman. & diuisionibus in elephantia præcipit partis oppositæ basilicam phlebotomari. Adhuc Garipontus construens passionarium ex serie Galeni epistola ad Glauconem Alexandrum Pauli, Theodori Prisciani ait. Si podagra fuerit calida & vnius pedis dolor fuerit magnus cum tumore, & rubore, viribus, & ætate permittentibus phlebotometur de brachio partis sanæ. Sana vero pars est illa quæ cōtradictoriæ opponitur infirmę, seu pedes dextri ad sinistram manum, & sinistri ad dextram. Rursus. Serapio in ægritudine podagrę phlebotomamus ex iūctura opposita pedi infirmo: hæc autem non est pedis sed manus, cum in eo præcipiatur saltem mox fieri phlebotomia, aut nequaquam cum attraheret magis, quàm euacuaret. Oppositio vero propria inter contradictoria reseruatur, cum omnis tandem reducatur ad illam, & simpliciter prolatum in potiori audiendum sit eius esse. tertio regiminis acutorū, sed dextri pedis ad sinistrum & contra est oppositio velut contradictionis.

Ca. 101 cir. prin. 1 Cap. 3. cir. princi.

Theisir. 2. tra. 7. c. 31 circa prin.

Li. 9. c. 93. Ca. 107

N

4. bre. ca. 24 cir. fin.

Adhuc. cura contrario simpliciter perficitur. Itaque & magis, & maxime eo, quòd si simpliciter ad simpliciter, & magis ad magis, & maxime ad maxime, topicorum secundo. vnde tertio. 22. Si podagra fuerit sanguinea, aut cum dominio sanguinis, oportet vt administres phlebotomiam ex parte contraria. Maior autem contrarietas extat etiam superius, & dextra simul ad sinistram ea, quæ tantum superioris & inferioris, hoc vero interuenit cum existente podagra in dextro pede phlebotometur ex manu sinistra, & in sinistro ex dextra. Non autem si in dextro ex dextra, uel in sinistro ex sinistra. Palin, Si corpus fuerit plectoricum non solum debetur euacuatio, siue attractio, verū etiam deriuatio, seu extractio per propinquiora: cum autem ente podagra in dextro pedū phlebotometur mox ex dextra, ac in sinistro ex sinistra: sicut secundario non poterit intercedere: cum phlebotomia ex eadem parte sciaticæ, aut saphenæ materiam exagitaret peramplius. Itaque podagrizante pedum dextro competit phlebotomia ex manu sinistra, & sinistro ex dextra.

Coll. 16. 1 post prin.

Coll. . ca 29. & 30. Tra. 2. ca. 7 post prin.

O

IN OPPOSITVM Almāsor. 9. Æger si dolet in dextro pede ex dextra manu: & si in sinistro ex sinistra est phlebotomandum. Adhuc. 13. de ingenio. Manu quidem male habente crura incidemus, vel scarificabimus, altero vero crure patiēte reliquū. vnde primo quarta. Et non oportet vt in duas diametros prolongationē facias, sed in vnam tantum, quæ sit diameter magis longinqua: vnde si materia fuerit in suprema partis dextræ, non est trahenda ad infimum sinistræ: immo ad infimū ipsius dextræ, quod amplius necessarioꝝ existit. Cuius quidem interuenit oppositum quando ex dextra manu phlebotomaꝰ podagrizante pede sinistro, aut ex sinistra dextro, cū diameter duplex intercidat, puta eius. quæ superius ad inferius & dextri ad sinistrum. Quare si apostema est in manu dextra, attrahatur sanguis ad manum sinistram: & contra, & si est in pede dextro, trahe sanguinem inferius ex latere, quod est in directo ipsius. Palin, ars imitaꝰ naturam, spontaneus autem fluxus naris dextræ laudaꝰ in hepatis apostemate. In eo autem qui splenetícus sinistræ. Oppositū autem vituperaꝰ differentia. 194.

Ca. 90. in princi. Di. 1. c. 1. ante med.

P

Ca. 1 post medium

Q Rursus. euacuationem expedit fieri per partē aptiorē eidem, talis vero est dextri per dextram. & sinistri per sinistram: cum communitas, seu cōuenientia sit intensior dextri ad dextrum: et sinistri ad sinistrum, ꝙ cōtra. Itaqꝫ phlebotomandum de manu dextra podagrizante pede dextro, & ex sinistra sinistro.

PROPTER PRIMVM quidem sciēdum: quòd podagra iuxta Viaticum est dolor calcanei, & plantæ pedis cum distensione nerui & pulsatione sui: ex prauis nascens humoribus ad calcaneum descendentibus. Hæc autem passio denominationem suscipit a pede velut chiragra. chir. i. manus denotaꝫ, & pleuresis a pleura costa. Ægritudines quoque sibi multipliciter vendicant nomina, differentia. 199. huius etiam passionis, & vniuersaliter doloris iuncturarum est considerare causam facientē: patientem ac instrumentalem. agentem vero duplicem vniuersalem præcedentem: & quæ talium, vt est regimē

Li. 6. c. 19 in princi.

prauum

A

prauum in sex rebus necessarijs & proprie in vino forti, subtili:inebrianti, & coitu,& retentio euacuationis consuete,ac catarri,& colicæ curatio, & intestinis vigoratis, quod superfluum iacitur in extrema, & quæ talium. Et particularem magis præsentem. Et hæc duplex complexio aut materia. prima quidē sicut totius natura vel partis principalis, & q̄druplex, seu octuplex simplex, vel composita calida, & frigida &c. materia quidē sicut sanguis singularis aut phlegmaticus, cholericus vel melancolicus, aut phlegma singulare, vel multitudo humoris crudi:& hic aut singularis, vel compositus ex phlegmate & cholera, sang. aliquid ex genere choleræ commista ventositate plurimum tamen euenit huiusmodi passio a phlegmate cum cholera, nā & cholera sui acumine mordicante naturam cum spiritibus & hu. currere incitat, & viam parat. Phlegma vero sui grauitate & lubricitate descendit in quæ a cholera præparata: & deinde a crudo humore: deinceps a sanguine:& deinde a cholera & melancolia raro. Rasis. & tertio. 22. Causam quidem patiētem dico membrum suscipiens propter debilitatem, vel complexionem malam impressam, & maxime frigidā, aut propter prauam constructionem ab initio, vel tempore acquisitam. Instrumentalem siquidem velut meatuum apertio, natura vel accidente ad quod motus superfluus,& proprie post comestionem aacuitas, raritas, balneum, strictura calciamenti,& huius accidentium operātur non parum, aptiores autem ut passiones incurrāt iuncturarum sunt ægritudinibus perplexi chronicis, & conualescentes, & proprie quorum cura fuit blandiens accidentium sedatiua q̄puera, & euacuatiua. Aptiora etiam tempora generationis sunt ver propter hu. motū, & autumnus eorum malitiā indigestione causantia:nam podagrica & maniacam uere & autumno mouentur, vt ad multum. aphorismorum sexta. Dolor quoq; multiplicatur in iuncturis, quia sunt plurimi laboris alijs corporis partibus, vnde attrahūt calefactæ: cū & naturaliter superfluitates ad eas demandentur phlegmaticæ humectationis gratia. Sunt & vacuæ suscipientes de leui, quod fluit complexionis, quia debilis frigidę, ac a fonte remotiores vitæ. Est etiam quando huiusmodi passio hæreditatur in semine. Et nosce, quòd sex extant differentiæ loci, penes quas phlebotomia regulatur:puta superius & inferius, ante & retro, dextra & sinistra, quæ aliquando incidunt simplices:nonnunquam vero compositæ, ceu cum duæ, aut tres si expediret in vna obseruarentur phlebotomia duæ, quòd vt si patiēte pede dextro minuas ex manu sinistra, & contra: tres autem non sic concidunt fortasse.

B

Lib de iuncturis. c. 1. Tra. 2 c. 5. post prin.

Apho. 55.

C

PROPTER SECVNDVM quidem sciendum, quòd aliqui simpliciter protulerunt, quòd podagrizante pede dextro phlebotomandum foret ex manuum sinistra:sinistro vero ex dextra:alteri vero velut his oppositi, quòd pede dextro patiente minuendum ex manu partis eius:sinistro vero ex sinistra:quorum vtrique fulciebātur cum alijs ex prioribus inductorum. Sed simplicis eorum sermonis defectus ex dicendorum monstrabitur cōsequenter.

D

IDEO PROPTER TERTIVM sciendum, q̄ huius veritas apparet nō parum ex ratiocinatis differētia. 197. nam corpus aut est plectoricum fortis virtutis, & ipsius ægritudo in principio principiante:& ita phlebotomandum est ex loco contradictorio, & non tantū cōtrario. Plectoria enim eget attractione cum euacuatione ad lōginqua, virtutem etiam plus debilitat in longinqua eductione:quare magis quę pedis, q̄ quæ manus imbecillitat phlebotomia. primo quarta. Quādo etiam materiam amplius fluit oportet in longinquiora deducere, quod in principio accidit passionis. Et firmatur per simile, quoniam in diuisionibus & Almansor in sciatica ex

Ca. 20. 9. fen.

caliditate præcipiat phlebotomia basilicæ lateris illius, & in apate testiculi calido phlebotomiā basilicę ex apostematis latere. Adhuc materia solum, quod quoniā eget extractione verum ipsa & attractione, quæ penes longinquam diuersitatem attenditur:in qua quidem non solum expectatur prima sanguinis eductio: verum etiam secundario, quæ conueniētius celebratur ex basilica partis infirmæ, cū ex ea quæ sanæ antecesserit minutio:si vero corpus non fuerit plectoricum, nec virtus ingens, nec morbus initians, tunc non contradictorie verum cōtrarie phlebotomādum, puta q̄ podagrizāte pede dextro, dextra minuenda est & econtrario: verū quia san. q̄ parum superabūdat in huiusmodi passione: cū potius feb. san. aut apoplexiam vel scissuram venæ, seu suffocationem induceret, quàm rarissime phlebotomandum extat contradictorie, cum etiam huiusmodi passio f̄m minus fiat ex san. indigesto in diuisionibus, quod & monstrāt priora opposita modo deducta.

E

Ca. 103. in me. & 101 in medio. Lib. 9. cap. 90. ver. f.

Ca. 103. in princi.

F

PROPTER QVARTVM quidem & si appareat ad primum dicendum, quòd sermo ille Rasis, aut est falsus, nam in pluribus librorū reperitur si est ex pede dextro, phlebotometur ex manu dextra, si in sinistro ex sinistra. Et concordat Alman. sermo in argutis præscriptis. Sunt autem aliqui librorum non quod veritatis continentes, vt si passio est in pede dextro phlebotometur in manu sinistra, & si est in pede sinistro ex manu dextra. Vel dicendum, q̄ si sermo verus extat præinductus suo audiendus est supposito modo. Ad aliud, quod de iuncturis adducitur dicendum, quòd plurimum continent, & dices oppositum puta si dolor fuerit in sinistro pede, debemus minuere de sinistra manu. Confirmatio autem interimitur tanq̄ non similis existens cum ex maiori q̄ plurimum plenitudine accidat elephantia quàm iuncturarū passio. Ad aliud dicendū, q̄ Gariponto apparuit ex inductis in tertio præmissorum, quid dicendum:in casu. n. & si rarissime potest tamen veritatem continere. Ad aliud dicendum. q̄ id verificatur in casu, ceu prætactū, q̄ phlebotomia perficiatur contradictorie, vel q̄ oppositum f̄m medicum accepit pro contrario iuxta cano. curatiuum per cōtrarium assignatum. Ad aliud quid dicendum per hoc visum. Adhuc non semper cura perficitur contrario immediate:uerum etiam aliquo simili differentia. 153. Cura etiam nō perficitur solum contrarietate veræ magis virtutis cōstantia. Ad aliud quid dicendū apparuit. Aut f̄m Zoar secundaretur de cephalica, aut ex basilica in parte seorsum a priori, vel ex eius ramorū aliquo. Ad ea quæ alterius partis iā ad primum, quid dicendum apparuit. Ad secundum dicendum: quòd sermo ille verificatur quando corpus non fuerit plectoricum omnino, cum ibidem scribatur materiei euacuatio, & ipsius de suo loco ad locum eradicatio: siue fiat attractione, quę ad longinquam diuersitatem, aut ad propinquam dignior harum existat quando in corpore nullo modo est alicuius materiæ repletio. Sed id quis refert tantum, scilicet dignior &c. ad euacuationē diuersitatis propinquæ, aut alius cū in corpore stomachi. videlicet, nullo modo, & reliqua. Quare dicendum contradictoriam euacuationem quàm rarissime fiendam, cum huius repletionem hic minime, aut rarissime fit dictum contingere. Ad aliud dicendum: quòd licet ars sit naturæ sequela: non tamen vt semper, differentia ostensum. 164. Ad aliud dicendum, q̄ non oportet semper dextrę ad dextram, aut sinistræ ad sinistrā fieri euacuationē: eo q̄ intensior sit communitas vel cōuenientia: quoniam tūc omnifariam per eandem foret euacuādum partem proportione interueniente maiori, vnde præcisum experitur quàm magis: cum fiat confluxus, & conspiratio per eundem etiam porum totius in totum, naturalium tertio.

G

H

Quæsita

1 Quæsita circa manualem actum.

DIFFERENTIA. CCVII.

QVOD NON omne vlcus egeat exiccatione ostenditur. Quoniam Rasis in continentis.14. Omne vlcus debet exiccari Ca.5.4.8. præter illud, quod fit ex contusione & distensione in carne quod oportet humectari, & calefieri, vt putrida in eo velociter fiat materia. vnde quarto, quarta. Omnia vlcera indigẽt Tra.3. c.2. in prin. exiccatione quadam præter facta ex contusione lacertorum & ipsorum contritione. Ista nanque indigent in primis, vt mollificentur, & humectentur. Adhuc quarto de ingenio, secundum Hippocratem. Omne vulnus nõ Ca. 5. post princ. oportet humefieri, ergo aliquod vlcus oportet humefieri: sed vlcus realiter est vulnus, non enim supra ipsum verius addit nisi quid plus vt putrefactionẽ. In Græco quoque scribitur vt apparebit elcos. Itidẽ. vlcus quãmultũ K eget incarnatione, consolidatione, et cicatrizatione, hæc autem per inuiscationem perficiũtur, inuiscatio vero causatur ab humido. vt secundo de ge. & cor. & meteo. ap- Colli. 3 re. c5 8 vsque ad. t... 16. & te. c.49. Te.c. 47. Ca.4. &c. paret quarto. Amp. in vlcere non est parua carnis deperditio quã regenerare oportet, cum curatio partem ad id in quo prius extitit deducat, sed caro generatur primitus a natura per frigiditatem & humiditatem. secũdo de ge. animalium: igitur, & secũdum artem per huiusmodi constituetur cum illius extet pedissequa. Eti. Si fiat vlcus in corpore sicco: & parte sicca, cum omnis cura perficiatur contrario: humectabitur non modicum. Et firmabitur, quando quis enim patitur perniones, seu scissuras calcaneorum mugas dictas ex mala complexione frigida & sicca velut accidit in gelu: opus fit calefactione, & multa humectatione: non autem exiccatione. Itaque quodlibet vlcus eget minima consolidatione.

L IN OPPOSITVM, quinto de inge. experimentum testatur & ratione firmatur: quoniam vna in curan- Ca.15. in fine. Ca.18. p^o princ. dis vlceribus est intentio. videlicet, desiccare. vnde primo quarta. Intentio in medicando ulcera, est exiccatio. Adhuc, in vlcere est debilitas partis eius, & caliditas, propter cursum materiæ cum spiritibus & hu. dolorem inducentibus non raro: cum hæc omnia materiam ad locum attrahant humidam mollem apparens febrium se- Ca. 11. ad medium, cundo. Vlcus itaque eget exiccante omne.

PROPTER PRIMVM vero sciẽdum, quod vlcus plerunque sumitur pro vulnere econtrario: nec puto eam realiter differre verum potius accedente. Pronũciatur enim vulnus plaga recens in corpore carnoso. Vlcus autem vulnus seu plaga putrefacta in eodem. Tempore enim subsequente in vulnere generatur putredo, quæ superius extat commune ad saniem seu pus, quæ est permutatio humi. putrescentium ad albedinem quandam, & leuitatem in qua naturæ calor tandem superat innaturalem. M C6. apho. 47. c6. viti. 2. techni Tra de vl. tre. c6. 17. post med. aphorismorum secunda, & prono. primo. cõtra. & hoc dicitur: quia putrescens aut est aquosum subtile cum calido virus dictum egens exiccatione maxime. Est enim virus humiditas subtilis horribilis qualitatis. Halyab. vel grossum terreum, puta sordes, seu marcor exiccatione, & abstersione indigens præcipue. Putredinis autem huius communiter dictę duplex existit causa: intrinseca, vel extrinseca, prima quidẽ principaliter est membri debilitas. Inde nanque aliæ partes eidem fortes superfluitates mittunt suas qua etiam eius non potens incorporare nutrimentum in putredinem transducitur, quam quidẽ naturæ humidi decursus, & calidi adiuuant cum dolore. Extrinseca uero est medicamen calidum & humidum superiacens parti cum reliquis forinsecis taliter narratis. Vulneris autem differentia præter alia eius prætacta plurima de ingenio. tertio practicis, et quarto quartis. est duplex. Quoddam nanque est simplex sicut illud, cui nihil aliud associatur præter naturam nisi cõtinui solutio: N ita vt in eo sit complexio minime alterata non indigens correctione cum modica sanie laudata. Reliquum vero compositum, & id aut ratione causæ, vel morbi, seu accidentis, ceu complexio praua superfluitates decurrentes in ipsum, quàm praue escara, superaddita caro: apostema, concauitas: sanguinis ex vasis in id effusio. Quod autem sit siccum, & quotiens dicitur, differentia ostendit decimaquinta.

PROPTER SECVNDVM vero sciendũ, quod in ista, vt apparebit cura indicatio maxime sumenda est ex Colli. ca. ... parte. Ideoque Thessali hæresis nullatenus suscipiens indicationem ab ea de inge. primo. sed vniuersalius a contrarietate tantum dicet non omne vlcus exiccandum, uerum quoddam humectandum, aliud vero exiccandum per eorum opposita, ceu aliqui moti in hoc ex præargutis: sed horum defectus dicendorum tertio monstrabitur aperte. O

PROPTER TERTIVM vero sciendum, quòd omne vlcus, ac etiam vulnus inquantum talia: id est vt sunt quædam imparis solutiones egent exiccatione: vt rei natura denuntiat. Indigẽt enim vnitione, quæ fieri non potest absque sanguinis ingrossatione, quæ perficitur siccitate. vnde de ingenio tertio. Vulnera, seu vlcera Cap.4 in med. in eo, quòd vlcera sunt desiccanda: & ideo vinum inquantum talia est medicamen omnium sublime. Dicit autem in eo, quòd vlcera, quoniam si fuerint propter cõtusionem, ea præcipit humectari. de ingenio quarto: vt Cap.5. in medio. indictum prius. vt autem id propateat est sciendum, quod cura quædam est immediata, cum medicamentum nullo interueniente interstitio in remotionem concidit morbi, vt aqua in fe. frigida, & vnitio in solutione continui; reliqua vero mediata: & per aliud quando frigida curat aqua thetanum repletionis, & scamonea fe. & vniuersaliter bono regimine natura omnem morbum roborata 14.3. apparens. Siccum igitur per se conuenit vlceri, ac P Colli. tra. 1 c6 ... & 1... in fin. etiam vulneri humidi per accidens, frigidum vero sicut aqua, ut nullatenus: ipsum enim mordax vlcerib^9. aphorismorum quinta. Sed contra. quarto quarta. Vlceri- Apho. 21 Tra. 3. c. 4. bus corrosiuis cum quibus non est putrefactio cõfert embrocatio cum aqua frigida & aqua pura plurima si fuerit caliditas. Dicendum, quòd huiusmodi vlceribus frigida competit vt erysipelæ puræ & fe. causonidæ, ceu visum differentia. 172. Non enim oppilatio ipsa contingit hic aut saniei detentio. Debet etiam aqua non modica embrocari. Noscis quoque ex huius differentia, quod contrarium sumitur communiter pro omni eo, quòd morbum expellit modo quocunque eo indifferenter in quolibet entium genere. vnde contrarietas vlceris, & uniuersaliter solutionis vndecunque accidat est vnitio, dicatur ergo, quòd si ulcus fuerit simplex, cum in eo maxime ratio seruetur ipsius omnifariam, & siccante indiget im- Q mediate, cum hic morbus sanatiuus existens, nisi quid interuenit, quod ipsius curationem diuertat. Quod firmatur: tum quidem per se inquantum in eo natura generis saluetur superioris putã separatio iuncturæ. Omnis autem huiusmodi, ut substantia rei denotat unitione proclamat ad sui prioris esse reductionem, huiusmodi autem efficitur exiccante sangui. in porum colligante condensante, tum etiam ratione saniei, quæ indiget exiccatione ac abstersione exiccans etiam partes insuper confortat poros oppilat: ne supfluitates in seipsum recipiat effundendas. Si vero vlcus fuerit siue vulnus compositum, quamuis ratione adiuncti ei quandoque immediatius competat humectatio. Mediate tamen & secundario sibi debetur inquantum vlcus, vt præmonstratum exiccatio. Interdum vero, & associatio & vlceri debetur exiccatio. aliquando vero vtrisque. Exemplum quidem primi sit ulcus complexione siccum, escarosum, durum,

A rum vt inde partes nequeant inuiscari cum id aliquo per ficiatur humido, tunc nãq; humectãte & remolliente fit opus. vñ. 4. de inge. Si in carne fuerit complexio corrupta, opus fit inuestigare vtrũ sit dura & sicca. si. n. ita fuerit, fomentetur aqua calida tpate, donec intumescens rubescat. Remota vero mala sicca cõplexione carne quæ qsi escarosa humectatione suaui placata: tunc instãdum cũ exiccantibus consequenter ceu natura expedit partis. vñ de inge. 3. Quorũlibet sunt compexiones attẽdendæ. Nã si complexio corpis extiterit sicca & mẽbra sicciora ceu ossa: colligationes & chordæ, opus est ipsorum materiã esse ci sicciorem. Si aũt cõplexio totius cũ membris fuerit humidior, expedit parũ medicina desiccatiua, cum partem oporteat quãq; per similia facere & obseruare. Si vero medium interueniat medicinam ẽt opus fit hmõi fore. pmo itidem. 4. Simr quoq; si vlcus fuerit cum attritiõe seu contusione prius humectandum & calefaciendum vt his sanies generetur, q̃ quod nocitiuum expellatur: deinde vero ad exiccandum redeatur. nisi. n. contusio uel attritio cessauerit vlcus sanari non poterit. Si vero quod vlceri associatur est cõcauitas aut caro superadiuncta uel uas scissum: san. in vlcus uel uulnus, pellẽs: opus fit exiccãte tpatiori: sed vt caro generetur deperdita, puta consolidante aut cicatrizante, indiget exiccatiori. Veruntñ in destruendo carnẽ additam, opus est siccitatem magis calidiati adiungere. In compescẽdo vero fluxum san. frigiditatem nisi oporteat qñq; hunc causticis compescere cicatrizatiuis. Paradigma vero tertij est apa. nam in principio indigetur auxilio vt repellatur quod currit ad vlcus, & obstruãtur pori atq; pars roboretur. In augmento vero fine & statu eget humectãte maturatiuo. In declinatione vero exiccatiuo calido admisto & tandem vltimo vniẽte exiccatiuo. Cura enim vlceris vt vlcus per exiccãtia fulcita est antea primitus vt dictum. Curationes aũt intermediæ ex natura C rerum euidenter apparent: cum hoc q̃ oẽ impediens vnitionem intermedium est suo amouendum contrario. id aũt est humidum aut siccũ. oportet igitur in medio qñq; exiccare ac humectare interdum. Ex quibus etiam apparet q̃ vlcus compositum difficilioris curationis est ual de simplici, cum pluribus egeat intentionibus curatiuis contrarijsq; non parum, & maxime cũ fuerit in parte nobiliori, aut multæ quantitatis vel malignitatis. Nosce quoq; vlcus simplex solum consolidatione indigere, cũ nulla in eo sit facta substantiæ deperditio, aut aliquid ei adiunctum quod medicamine perficitur. frigido in principio vt vniuersaliter sit dicere primi grad', & sicco principio secundi. Compositum autem & proprie cum carnis diminutione, productione, ac interdum calidis sufficienter & amplius siccis. Vlcus igitur omne indiget primitus vel consequenter exiccãte: quasi indigeat qualitatum dictarum gradualitate: sed cicatrizatio eget frigidis in primo, & siccis in fine secundi: & in tertio qñq;.

D PROPTER QVARTVM vero ad primum q̃d dicendum apparuit. Exceptum enim & concessum est, vlcera contusa & attrita humectari, vt quod fluit in partem maturetur. Vlcera enim sanari non possunt nisi sanies ostendatur matura: ceu se. humoralis nisi eius interueniat maturatio: & ideo dictum Aphor. 5. Curare saniẽ in vlcere magna certitudo ẽ securitatis. Impossibile nãq; in ipso sanie fiẽte fore periculosum vel molestum. Ad aliud dicendum, q̃ illa series Hippo. corrupta est a monacho: nec potest nisi extranee verificari valde. Ex Græco enim sic traduxit: vlcera vniuersa non oportet extendere sine vino. quod apparet ex eo quod additur ita causam docens inquit. Siccum enim vicinum est salubri: humidum vero non salubri. vnde quia vinum cum sui humiditate & maxime antiquum siccum est virtute, cum ipso remollire ac extendere oportet, & non siccũ aqua vel liquore alio: cum dictũ sit vulneribus seu vlceribus optimum medicamen existere. Aut dicendum, q̃ humidũ E vt visum qñq; confert in vlceribus ceu in sclirosis aqua calida hu. Ad aliud dicendum, q̃ caro generatur a calido & hu. relatione generationis ossis quod a calido generatur assatiuo tanq; tegula in fornace de generatione animalium. 2. Respectu vero pinguedinis generatur a ca. & hu. primo prima. Ad aliud dicendũ, q̃ inuiscatio quę debetur vlceribus licet materialiter sit in humido: formaliter tamen cõsurgit ex ipsius exiccatione. Qñ enim san. est hu. currens immediate continuatur & inuiscatur adhærens siccitate. Ad aliud dicendum, q̃ in cura solutionis continui aliter se habet q̃ quæ complexionis malæ. Illam enim per cõtrarium qualitatum oportet curare omnifariam: obseruata tñ vt possibile naturali complexione. ita vt cholericus causonizans minus egeat extinguentibusq̃ phlegmaticus. dña, 174. hanc autem per simile vt rõne naturalis complexionis ac substantiæ. Oportet enim tale quale fuit deperditum restaurare. huius aũt est F substantia san. desiccata. Opus igitur erit desiccatiuis: s̃m plus tñ aut minus prout fuerit membrum cum eius complexione istius modi aut alterius. vñ. 3. de inge. Si duo vlcera seu vulnera sint æqua humiditate: vnu; tñ eorum in humido corpore: & alterum in sicco extet: quod quidem in sicco expedit sicciorib' adiuuari. quod vero in humido cum minus siccantibus subueniri: hoc tñ s̃m diuersitatem siccitatis & humiditatis ipsorum fieri oportet. nam carnem in vlceribus creatam similem necesse generari deperditę. quare si sicca fuerit, expedit amplius desiccare ulcus aut vulnus. Si autem humida, opus fit medicamine minus exiccante. De pernionibus dico & huius vlceribus siccioribus vt apparuit q̃ cura mediata prius oporteat humectare & remollire vt dictum per calidam: cõsequenter autem & mediate desiccare. Quòd si dicatur curam non esse per contrarium. Respõdeo, q̃ est contrarium susceptum modo quocunq;. In vlcere nãq; solutio G inerat, cuius contrarium est vnitio quę inducitur. licet. n. per similia prius partis introducatur, tãdem contrarium occurrit, puta counitio siccãtibus proportionabilibus parti & complexioni vlceris causata.

DIFFERENTIA. CCVIII.

QVOD cauterium potentiale sit laudabilius actuali videtur: qm̃ melior medicorum est qui potest curare vlcera mala fraudulenta corrodentia cum medicinis quas ponit, & faciũt id quod facit incisio cum ferro, aut cauterium cu; igne. In hoc nãq; apparet operatio prudentis super imprudentem. Haly. cauterium autem potentiale conficitur ex medicinis. In actuali autem permiscetur ignis metallo alicui. Am- H plius Damascenus in apho. Potens curare cũ diæta sine medicinis prospera inueniet. Vnde Haly. Melior est medicatio facta cum cibis medicatione quæ fit cum medicina, sed sicut se habet diæta ad medicinam seu potionem: ita se habet potio ad chirurgiam. Si ergo prosperabitur curans diæta sine medicina: prosperabitur etiam sanans potione absq; chirurgia. Rursus illud est deterius cauterium quod repentiniorem causat immutationem. Natura enim repentinas non sustinet alterationes. sed cauterium actuale repentiniorem causat immutationem propter ignis actualitatem intensam. Non autem potentiale cum oporteat paulatim quod est in potentia in actum reduci ex affectione quadam portitoris ipsius ad corpus.

Palin, id medicamen cuius compositio minus lædit partes, magis est eligendum, tale quidem est cauterium potentiale: cum in molle magis imprimat corpus: non autem sic in siccum durum, ut neruosa & ossuosa. Actuale vero plus hoc potest imprimere in omnẽ partẽ visui. Adhuc Gal. in plerisq; locis nos docet eligere ta

ca. 2. spa.
ca. 7. in. s.
cap. 17. in medio.
C 6. apho. 23 cir. pn.
Ca. 4. 4. s. Doc. 5. ca. singu. 7. s.
Cap. 3. ad medium.
3. techni cõ. 128. i s.
Apho. 59 3 techni cõ. 169. iuxta finem.

I lia secundum virtutem seu potentiam sicut per formam aut essentialiter. Respuere vero talia secūdum actum vel per accidens vt per sensum vel apparētiam. sed cauteriū potentiale locatur in primo: actuale vero in secundo.

Vt.3. techni 1. c6.87

Eti, per id cauterium melior fit operatio quod magis complexioni proportionatur humanæ: cum contraria sint summe adinuicem corruptiua. talis quidem est natura potentialis cauterij, cum illa sit gradualis: non autem quæ actualiter. Eius enim est caliditas ignea in summo. Cauterium itaq; potentiale præfertur actuali.

IN OPPOSITVM Albuc. in chirurgię principio extollens cauterium actuale vt monstrabitur quę magis supra potētiale. Adhuc illud cauterium est potius eligendum in quo perfectius omnis reperitur cauterizationis vtilitas. huiusmodi vero est actuale. vnde, 9. prac. In coquendi cura necessaria est desiccatio vt qualis piperis & euforbij, & adustio, vt qualis calcis & floris æris. Quod

Ca.68

K autem vtrunq; in complementi adiuuat fine, ex ignis est combustione quod cauterium est actuale, alterum vero vtrunq; potentiale est. Est igitur cauterium actuale eligendum supra potentiale.

PROPTER PRIMVM sciendum quid sit cauterium: quid potentiale cauterium: quidq; actuale, & diuersitas eorundem: deinceps quibus conueniat complexionibus & quibus non, & tandem in quo tempore plenius expediat cauterizare. Gratia siquidem prioris sciendū primo quarta. cauterium esse medicamē valde nobile iuuans ad prohibēdum ne corruptio spargatur, & ad confortandum membrum cuius complexionem volumus rectificare, & ad resoluendū materias corruptas in membro retentas, & ad constringendum san. fluxum. & hæc quidem cauterij notificatio per quatuor eius iuuamenta cum genere ipsius data præcipue cōpetit cauterio actuali quod apparet per. A. mox comparātem cauterium ferri

Ca.19. in principio,

L cauterio auri, & nullum sermonem tāgentem de cauterio potentiali. Est autem cauterium potentiale quod ex medicinis fit adustiuis seu causticis ca. & sic. in quarto maxime gradu. Hæ nanq; corpori applicatæ & calore affectæ naturæ, de potentia consurgunt in actum. Quarum cauterium diuersificatur ratione substantiæ qualitatis similiter & quantitatis. Substantiæ quidem: quoniā aliud in substantia dura sicca: sicut arsenicum sublimatū: calx, viride æris, & similia. Aliud autem in substātia liquida, vt aqua salis nitri: arsenici & talium per distillationē præparati. Est & aliud in substantia media sicut ex his constructum medijs extremis vt cum sapone: herbis contusis, ceu flammula: tapsi a: gummi ruthæ acrestis: apio ranino, & risus, & talib9. Cauterium quoq; actuale est illud in quod caliditas ignis actu imprimitur: cui9 materia est metallum, vt aurum vel ferrum, & aliqui modernorum tetigerunt argentum & auricalcum. De conuenientia

M cauterij in complexionibus testatur Albu. illud naturaliter omni conferre complexioni, quę cum materia fuerit & absq; materia. complexiōe uero ca. & sic. sine materia minime conuenit & proprie potentiale, ita vt principaliter cauterium conueniat complexioni fri. & hu. cū hu. vitio & sine illo: cum dictum sit ipsum complexionem membri alterare: & materias in ipso retentas resoluere. alteratio vero in passione & passibili solum locatur qualitate, & omnis etiam actio perficitur contrario. Virtus enim cauterij est calefacere & desiccare. deinde conuenit complexioni frigidæ simplici & humidæ, deinceps ca. hu. & proprie materiali, & deinde fri. & siccæ. De ca. quoq; siue hu. & sic. videtur esse dubitatio non parua, cū dictum sit cauterium complexione; membri alterare qđ cōtrario efficitur. propter quod quidam posuere huic nō conuenire cauterium complexioni: cum hæc conueniat cum ignis natura: sed alij protulerunt sibi etiam conueniri eo q; licet sit complexio hominis aliqua ca. & sic. ipsa

N tamen est fri. & hu. cōparatione cauterij & ꝓprie actualis. Ista quidem fortassis ratiocinatio non est exquisita intelligenti: cum oporteat curationem per oppositum occurrere in eodem gradu. sentit tamē Albu. hic cauterium conferre: sicut inuentum esse testatur emperia nō parum ab ipso: oportet tamen hoc operantem fore probum & exercitatum in actione cauterij vltime. Opus est etiā scire ipsi diuersitatem complexionum hominum dispositiones ægritudinum: causas accidētia & spatia temporis ipsarum: ita vt cauterium cadere faciat in actionem in materiam egentem resolutione: non autem in complexionē & naturam taliter vt consurgat inde nocumentum, licet enim cauterium iuuamenta operetur prędicta: non tamē omnia simul: sed aliquando plura: interdum vero vnū. Hæc autem omnia interdum magis verificantur de cauterio actuali quàm primo. Illud enim proprie non conuenit nisi in complexione fri. & hu. & præcipue cum materia propter nocumenta dicenda quę ipsi occurrūt plus

O quę cauteria actuali. Tempus vero cauterij duplex existit: vnum quidem quod ad tempora relatum: continentis. aliud vero ad ipsum quod medetur configuratur corpus. De primo quidam discordati sunt chirurgici. Quidam nanq; dicunt in vere solum competere cauterium, cum tunc complexiones alterentur & humores moueantur. Alij vero de quorum numero Albu. dicunt cauteriū omni competere tempore: propter quod nocumētum accidens propter tempus tollitur cauterij iuuamento: maxime si cauterium expetitur propter dolorem festinum virtutem prosternentem omnino vel fluxum san. & pręcipue ex arteria. Hæc autem ambiguitas satis potest clarescere primo quarta. Sicut enim in phlebothomia dupli cem distinguis horam, scilicet electam & necessariam: ita in purgatione & cauterio ac vniuersaliter in omni opere medicinæ duplex tempus tunc obseruandum. Sic igitur

ca. 10. in f.

P tempus electum vniuersale est ver & particulare alia, ita tamen vt post ver sequatur autumnus in bonitate & deinde hyems, & postea æstas. Tempus autem relatum ad corpus est: quia oportet cauterium fieri post purgationē corporis sufficientem vniuersalem & particularem: ne ipsius dolore hu. agitati concurrant ad locum. Debet nanque fieri post medicamina plurima non conferentia ita vt dicatur cauterium a quibusdam vltimum medicinæ subsidium.

PROPTER SECVNDVM sciēdum est, aliquos absolutius elegisse cauterium potētiale super actuale, moti ex repentino dolore quem inducit. Similiter eo q; quis ipsum abhorret magis potentiali. Hæc autem positio stare non potest sicut ostēditur in tertio propositorum, nec motiuum vniuersaliter arguit: sed particulariter cum casu in quo interdum cauterium actuale est concedere potentiali. Sunt & alij circa cauterium errantes sicut vul-

Q gares & stolidi chirurgicorum, & putant ægritudinem cauterio sanatam nunq; subuersionem habituram: hoc autem non est: cum possit recidiuari occasione rerum naturalium, aut non naturalium, vel præter naturam existentium. Silr est ipsorꝫ sermo q; cauterium postremu; sit medicinæ subsidiū: qui tn̄ sanu; potest habere intellectū: ipso nāq; vtimur qn̄ videmus aliorꝫ plura non cōferre. primo nāq; corpus regendū diæta: & potione: demū autem chirurgia sub qua cauterium relocatur. Si tamen velit ad hoc referre ut quod post ipsum alium non conferat medicamen: iam dictum est id falsificari: cum alia sit medicina fm dispositionem futuram necessaria pleraq;.

PROPTER TERTIVM quidē sciēdum, simplr cauteriū actuale ꝑeligendum esse potentiali: qm̄ vt ostensum actuale conuenit fere omni complexioni. non autē potentiale sed frigidæ magis & hu. & proprie cum materia & in tpe tpato ac corpore fortiori. Adhuc vtilitates quibus cauterium describit diligenter consideranti magis

A gis adaptantur cauterio actuali quàm potentiali. Palin, cauterium potentiale penetrans plus lædit principalia membrorum q̃ actuale, et maxime qñ fuerit illis propinquum. Rursus cauterium potentiale & maxime liquidũ postq̃ impressum fuerit non remanet in nostra potestate sicut cauterium actuale: quod autem tale, deterius existit. Simile nanq; videtur de cauterio potentiali & actuali sicut de pharmacia & phlebothomia: nam in phlebothomia nihil penitus cadit timoris: in pharmacia vero interuenit grandis. dr̃ia. 166. in complexione æquali & diuersa. Itidem illud cauterium quod non solum peruenit ad locum cauterizãdum, sed & sana & colliquat, lędit membra, & dolorem diuturnionem præstat: faciẽs fortasse accrescere ignem in membris difficilis sanatiõis, & interitũ deterius est illo qui locum non transcẽdit infirmum: neq; alia lędens mẽbra. Primum vero ut dictum est cauteriũ potentiale: secundum vero actuale. Potentiale nãq; paulatine

B deductum de potentia in actum ebullitione; inducens in spiritibus & hu. facit ipsos dolore ad locum currere non minus q̃ exiccet multotiens: a quibus fumi eijciuntur horridi ad cor ipsum inflammantes & in se. cadere facientes: & merito quia putrefaciendo agit. 5. &. 3. phar. vnde Gal. 5. phar. de medicinis vehementer ca. & sic. testatur similem dolorem cauterio & longiorem actũ inducere: & ad hoc non parum temporis prolixitas ipsius operatur. Cauterium vero actuale non hæc inducit, cum sit simplex ẽm Albu. sitq; eius dolor citissime quiescens subtilitate sua & substãtiæ bonitate nisi multum superfluxerit. Sed locus huius cauterio potẽtiali cauteriçandus, debilis non poterit violẽtiam cauterij tolerare quin ad interiora perferatur mẽbra, quod est periculosum valde, & proprie qñ membris nobilioribus fuerit propinquum. Igitur cauterium actuale præferendum amplius potentiali. Interdum quidam sunt pusillanimes abhorrentes ac fortiter formidantes cauterium actuale vt dictũ

C de bezel: dr̃ia. 199. eligẽtes ab hoc potẽtiale magis actuali, eo q; illis videatur illud vehementiorem dolorem inducere: quod tamen non extat vsq; verum: licet enim intẽ intensiue vehementior esset. vnde. 3. 15. Si spleneticus nõ tolerat ignem, administrentur cauteria ex medicinis. iuxta illud quarti de inge. Quidam incisionem carnis nolentes longo volunt tempore curari; dolor celeriter tamen transit, sed extensiue maiorem inducit potẽtiali: cũ actio ipsius longiori tempore mensuretur putrefaciendo partes. aliquando etiam sunt loca carnosa fistulosa orificiũ habentes angustum & profundum latum: ad quæ non posset cauterium actuale sine grandi læsione circunstantium partium pertingere. Interdum etiam administratur potentiale quando timemus neruorum læsionem aut venarum. potentiale nanque debite constructum minus hos lædit.

D PROPTER QVARTVM vero. ad primum dicendum, q; illæ medicinæ non sunt causticæ: sed potius mundificatiuæ: abstersiuæ, ac leuiter exiccatiuæ: & diætę debitæ ac euacuationis ordinatio. si dicantur facere illud quod faciunt incisio & cauterium cum igne hoc per media est q̃ plurima. Non enim omnis repletio: neq; omnis complexionis malitia suo curatur contrario: vel q; talia si sint caustica non debent sub secundo medicinæ instrõ locari: verum cum tertio cum chirurgiæ sit incidere suere & coquere. Ad aliud dicendum est similiter. Caustica enim hmõi non debent sub potione: sed manuali operatione locari. Ad aliud dicendum, q; repentina immutatio quæ cadit in dispositionem & in suam causam nõ nocet, verum confert: quæ autem in naturam plurimum lædit, & præcipue cum quo naturale aut habituatum destruit. Cadit autem cauterium actuale in rem pręter naturam si debite administretur & non in naturã: quod ex eius celeriter ostenditur effectu. Ad aliud dicendũ, q; in tali

E conceditur aliqñ casu cauterium, vt ostensum est potentiale. Ad aliud dicendum, q; Gal. nõ spernit omnino talia ẽm actum qñ sua actuali essentia possunt effectũ inducere, quale cauteriũ est actuale: sed quia in plerisq; sunt deceptiua, cum eorum præincepta non permaneat actio sed potius superueniat cõtraria: sicut apparet in aqua calida, quæ licet incipiat calefacere, infrigidat deinceps & resurgit deinde priori infrigidatione uehemẽtiore. Ad aliud dicendum, q; licet cauterium potentiale videatur plus proportionari corporis cõplexioni q̃ actuale propter eius diuturnam moram in parte: sed ob accidentia ostensa quæ inducit maius nocumentum causat cauterio actuali. Actuale enim modicum moratur in parte nõ lædens circunstantia vt declaratum uelut potentiale. Opiũ nanq; licet plus proportionetur complexioni humanæ q̃ aqua: cum sit compositum graduale, illa vero in summo frigiditatis: magis tñ infrigidat ea & lædit: non enim

F simplex. sic agit in compositis: ceu compositu; Isaac: est etiam ipsius actio simplex. Aut etiam licet magis immutet cauterium actuale mox, non tñ postea vt potentiale.

GRatia siquidem huius quæsiti monstratur q; cauteriorum actualium laudabilius sit factum cum ferro eo q; cũ auro: qm̃ in cauterio & proprie actuali queritur: vt apparuit exiccatio & adustio: sed hoc magis in eo q; ferri reperitur q̃ auri: cum ipsum sit etiam in se siccius & subiectum est cõpactius in quo ignis suscepta impressio fortius poterit operari q̃ in auro ipressio. Adhuc, aurum metallorum solum nõ ignitur meteo. 3. Cauterium autem oportet esse ignitum. Eti, ex illa materia laudabilius est cauterium in qua melius possumus actionem ignis commensurare q̃ in reliqua. hmõi vero est ferrum: qm̃ aurum cum sit coloris subrussi ignei, non apparet quando sufficienter est calidum: ceu ostenditur in ferro colore participãte fere subalbido. Amp. aurum est

G corpus minus dẽsatum compactum ferro: ita q; si superficie calescat, dissoluitur & cedit in laminas. quare artifex cadit in occupationem inde. Si autem modicum caluerit ante completam cauterizationis infrigidatur actionem: quo periculum potest consequi non modicum vt doloris & escaræ: quod in ferro non accidit. Rursus. Marti ẽm Astrologos actus attribuitur medicinæ chirugicisq; præcipue. Ferrum vero vt videbitur est hmõi. itaq; cauterium ferri, cauterio præponendum est auri.

IN OPPOSITVM primo quidem quarta. Res melior qua cauterium fit est aurum. vnde. 2. 2. Melius cauterium & velocius sanabile est quod fit cum cauterio auri: quod etiam contestatur: quia quando cauterizatur cum cauterio auri non facit vesicas cauterizatio ipsius & est melioris curationis. Palin, ex illo elegantius fit cauterium quod magis propinquum est complexioni humanæ: quod etiam minus incutit nocumentum citiusq; curatur: sed hoc est cauterium aureum, non autem ferreum.

H Quod firmatur: quia aurum est temperatũ complexioni humanæ proportionatum: ferreum vero sufficienter frigidum & siccum fortassis. non enim satis exprimitur in actiuis qualitatibus ipsius natura. Post etiam cauterizationem cum auro non sequuntur vesicæ & pustulæ sicut cum ferro: neq; sanies in membro cauterizato. Est etiam velocioris cõsolidationis & pulchrioris cicatrizationis propter auri temperiem & operationis ipsius qualitatẽ.

Eti, proble. 1. propter quid siquis ęre incidatur facilius sanatur q̃ ferro. incisio autem & cauterizatio proportionantur. Æs autem vt substantia ostendit & color auro amplius propinquat quàm ferro. Adhuc, illud cauterium cuius materia est nobilior magisq; proportionatur vitæ, nobilius est: huiusmodi vero est aurũ & non ferrũ, cũ ipsum sit solum quod vitæ fontale p̃dicatur exordiũ.

Dist. 4. c. 2 Cõsil. dist. 4. cap. 3. in medio. Vbi supra immediate.

Tra. 1. c. 7 versus fi. Ca. 2. post principiũ.

In dig. vl̃ bus hõne. 11. as me.

In fine.

Ca 29. cir. prin. Cap. 79

proble. 34

A tapsia: quia mediæ vtroq; modo, sed vnum alteratiuorũ leuium vel grauium aut mediorum poterit alijs adiungi calidis entibus cunctis. Palin, si natura potest ex simplicibus elementis solutiuum construere: multo amplius hoc ea valebit arti coniuncta: sed illud euenit cum alteratiua simplicia entia naturæ per artem demum conciliata pondere copulant debito. Itaq; ex alteratiuis simpliciter potest solutiuum consurgere.

IN OPPOSITVM quia theriace: metridatũ: anacardinum & similia: cum sint quàm calida debiteq; constructa: & maxime theriace omni modo essent solutiua.

Itidem. quæ sequestrantur ex opposito vnum nõ concidit in reliquum: cum vna species non iuuet reliquam adesse: sed alteratiuum & solutiuum: vt videbitur distinguuntur ex aduerso. Rursus. nihil vltra suam speciem potest. Potentia vero alteratiui est alterare. solutiui autem ad se trahere. Non igitur ex alteratiuis potest solutiuum conflari.

B PROPTER PRIMVM quidem sciendũ, q; quid sit medicina quidq; solutiua. differentia. 136. & 141. innotuit. Solutiuum etenim seu laxatiuum hic audio medicinam sufficienter calidam attractiuam a virtute speciem consequente quam respicit secundum debitum aspectum ad orbem. 72. quæ proprie dicitur secundũ Hippo. pharmacia: sed alteratiuarum qualitate prima. vel secunda elementari agentium quædam uentrem concitant: aut quia leniũt naturam vt membrorũ superficies remolliẽdo ceu cassiafistula: violæ & huiusmodi: vel materiam lubricã reddendo sicut gummi prunorũ & psilij mucilago, aut eius caliditate subtili in poros penetrando & humidum abstergendo quòd in his, & per consequens fluxum causando. Omnis enim medicina abstersiua essentialiter lenit naturam, licet in ea non sit virtus solutiua: secundi primo. vel eius acumine: ceu euforbium: licet alij hoc ponãt magis dissoluere. Quædam nanq; medicaminum laxãt sui ponticitate vt myrabolani, alia soluendo: sicut salsa & dulcia, alia acuitate ceu euforbium: alia viscositate vt medullæ: nonnulla virtute attrahendi humores illi consonos, vt scamonea ru. a partibus choleram pra. 2. & de hac innotuit materia differentia. 141. [Cap. 4. ad medium.] C

PROPTER SECVNDVM vero sciẽdum, q; aliqui moti ex argutis concesserunt alteratiua prætacta solutiuum posse conflare cum debita proportione & mensura: quod declarare nituntur: quoniam æris ærugo in vulneribus carnem non generat: eo quòd sanguinem ad locum peruenientem exiccat, & carnem mordicat saná & corrodit: neq; cera cum oleo cum sanguinem in carnem non condenset: verum potius putrefaciat & corrumpat, mixta tamen simul concreant carnem. de inge. 3. Sic igit in proposito ex alteratiuis non solutiuis conficitur solutiuum. Sed quòd eorum positio stare non possit cum motiuis prioribus. 3. ac. 4. dicẽdorum apparebit. neq; valet simile quod inducitur de cera & oleo & æris erugine, cuius eis inuicem coniunctis nihil vltra qualitatem consurgat actiuum. prius eni; vnumquodq; improportionale existebat in carnis generatione. In proposito vero expetitur aliquid consurgere specie differens vt videbitur à priori. [Ca. re. in principio.] [ca. 2. ſ me. & 6. myamir. ca. 3. in ſi.] D

PROPTER TERTIVM vero sciẽdum, q; ex medicinis alteratiuis non potest pharmacia cõsurgere: quoniam sicut se habet ad productionem, ita ad actum. Nã similis est dispositio rei in entitate & operatione. 2. meta. sed solutiuum supra compositionem simpliciu; id componentium uirtute bonæ complexionis alterantis & decoquentis ea secundum aspectum talem aut hmõi ad orbem expetit: cuius vigore aliam suscipit formam priori corrupta, quam uirtus attractionis consequitur propria. Calidum etiã requiritur cœleste, quod in simplicibus amplius reperitur primis: non autem sic in secundis. Ipsum enim est omnis generationis causa. differentia. 48. In alteratiuis autem vt ita solum prius adueniens misti forma cum complexione reperitur, & proprie in frigidis, in quibus uirtutes nisi fuerint, viuentia non reperiũtur specifice hæc differentia nota. 71. Adhuc huiusmodi proprietas solutionis si surgeret ex alteratiuis, iam ars formam induceret naturalem. id autem non potest, quia ipsa debilior est natura, nec consequitur eam: licet multum laboret. A. meteo. 4. Formæ similiter artificiales sunt accidentia. [E] [T. c. 4] E

Quòd si dicas. Ars non facit hanc nisi initiatiue simplicia inuicem applicãdo, tunc enim uirtute complexionis agunt secundę. Dicendum id non valere, tum propter improportionem ut tactum ad orbem & calidũ cœlestetum etiam quoniã quis sapientia debita mensura & pondere non ualet ad id peruenire, cũ non possimus pertingere ad id quod certum. 153. Palin, si deberet per artem solutiuum ex huiusmodi componi simplicib⁹, oporteret ea vsq; in materiam redigi primam. Sic enim ponitur aliquid generari, cum hoc totum permutetur in hoc totum: primo de ge. & c. ad ilem uero peruenire non potest nisi mistio præcesserit vera quo ad intellectum & non apparens sensibilis: talis enim quæ simplicium solum primorum commistio: eodem de ge. elementorum exordio: sed ars non ualet ad hanc pertingere, cum sit Dei & naturæ. differentia. 178. sed ad alteram incertam & apparentem. Itidem: quòd differẽtia specifica aliquo tollatur ingenio ego non credo possibile: & ideo sciant artifices alchimiæ species vere permutari nõ posse. 4. meta. A. Ipsum vero & modus tolleretur, species q; permutaret ingenio, si ex alteratiuis posset aliquod consurgere solutiuum: cum id vigore constitueretur artis. Non igitur potest ex alteratiuis solum solutiuum conflari. [De Ii dfia 12. in pn. & dfia. 84 arg. 4. post me. & differentia. 178. in ar.] [F] [T. c. 10 & 13] [Coll. tex. com. 11]

PROPTER QVARTVM vero. quid ad primũ dicendum, q; illa non est series Dios. sed adiecta. tũ quia solum proponit tres species arthemisiæ. tunc. n. essent. 4. tum quoniam illam superadditam nõ scribit sicut alias: & ut moris est illius in omnibus: plurima enim sunt apocripha in eo & proprie in translatione alphabetica: non sic autem in illa quæ. 5. distinguitur libris radicali. Aut licet assumens purgetur ut præmittitur: non tamen huiusmodi purgatio est per solutiuum: verũ lenitio: quod ostẽdit ei oxymel commistum, sua nanq; incisione & acumine habet vẽtrem aliqualiter incitare ad quod adiuuat quod subditur in ita cœnato. Ad aliud q; illæ pillulæ cũ sint speciebus alefanginæ calidis acutis, occurraturq; materiæ phlegmaticæ viscosæ colicę causatiuę, earum caliditate agitatur ipsa eliquatur & dissoluitur acumine sensibiliter ut expellat morsa cõsurgit natura, quod & antea concessum, non autem q; ex his confletur solutiuum alterum: quod indicatur ita in techni. euacuatur autem a calidis sufficienter pharmacijs: inuenit etiam naturam apparatam. aliqua enim medicina fluxum inducit aut cõstringit secundum q; fuerit suscipiens dispositum. vnde. 2. secundo basilicon constringit, q; si hu. inuenit præparatũ soluitur, sed mirãdum quomodo dosis adeo parua: vt. 3. scilicet id potest operari. unde fortassis cecidit corruptio in scriptura: vel numerus multiplicabitur tunc ipsius. [G] [Lib. 3. te. c6. 196] [H] [c. 105. i ſi.]

Ad aliud dicendũ q; Gal. per ca. sufficiẽter pharmaca non audiuit solutiua sed potius alteratiua secundũ Commen. vehementer ca. & hu. ad cutim attrahẽtia in vaporem dissoluentia: quæ tandem resoluũtur in aerem & proprie cum subtilis extiterit: quod apparet ex eo quod subditur: purgationibus per quas solutiua intelligit & clysteribus, & sudoribus, ac vomitibus. quinq; enim euacuationis modos tetigit: nec pharmacum hic sumitur pro solutiuo: Hippo. more: sed cõiter pro alteratiuo magis.

Ad aliud dicendum, q; licet ca. alteratiuis adsit nõ potest virtus solutionis adesse: vt ostẽsum. Coadiuuat enim

I tum principali attractiuo: per se autem sufficiens non extat neq; valet approbatio eo q per theriacen non datur virtus conculcatiua: sed potius ad aliquam ea pertingi similis.178. neq; id est simile: quoniam plus distat alteratiuum a solutiuo quàm simplicia construentia theriacen a virtute quæ æstimat inde consequi propria, cum vtraq; ei⁹ sit naturæ alteratiuæ magis. Adhuc huiusmodi virtus theriaces post.10.aut.20.consurgit annos.178. Medicamen vero alteratiuum tanto non potest tempore durare vt electuarium: trocisci aut pillulæ. differentia vltima: nisi in eo opium & frigida ponerentur huiusmodi. Ea uero virtutem solutionis impedirent. Ad confirmationem vero dicendum, q metallum non potest fieri per artem & in aliud vt tactum transmutari: cum ars solum faciat per mutationem in accidentibus: non autem in substantia, vel fortassis si possibile id ignotum. vnde Commen.3. de anima. Dicitur de multis artificijs quòd uidentur esse possibilia: sed sunt causarum ignotarum: ut verbi

K Cõ.36. p⁹ medium, gratia. Alchimia & si constituatur forsitan hoc amplius esset per accidens & inspiratione diuina quàm artis sapientia: vt dictum de proprietate theriaces differẽtia.121. Non enim ars potest peruenire: vt agens in materiam cũ tempore sciat ita proportionari vt inde nouũ constituat metallum. Quod si apparenter videatur, id erit quia ars fallaciam ipsius quoquo ingenio nequit detegere sed natura. vnde aurum seu argentum arte cõstructum vim nõ puto habere cor vt aliud natura productum confortãdi: licet nequeat quis eius fallaciam secundum artem ostendere. fideles mihi tamen experti dicunt argentum decoctione per artem fieri verum, non videtur tamen apparenter lucrari probationibus omnibus quibus vtunt experum. Eti, non est etiam consimile, quoniam vnũ metallorum magis conuenit cum alio: cum sit amplius alterabile, passibile, materiæq; ppinquius, q medicinæ terræ nascẽtium, aut animalium: Extat enim formalior minusq; passiua, & ideo magis distincta vna à reliqua. Qd⁹

L volunt alchimistæ dicentes omnia metalla in vna materia liquabili propinqua conuenire nunq esse ad alterius relatiuum velut æreum corpus quod depuratione deducunt in metallum nobilius & contra, ceu corpora per regimen & medicinam animalis adipiscuntur sanitatem. De scorpionum aut apum generatione vel vniuersaliter vermium quorumcunq; non est simile, cũ oporteat materiam ex qua generantur ea putrescere et ad materiam reuerti primam: quod hic non euenit, quod quidem posset fieri si alteratiua calida acuta putrescerent: ad elemẽta & materiam se conuertendo primam. Ad aliud quid dicendum, differentia visum.6. Ad aliud dicendum, q natura potest ex simplicibus elementis solutiuum generare: cum ea sit materia generationis ppria, in quibus calidum magis cœleste generatiuum, non autem ex simplici

M cibus compositis etiam cum arte: cum non sit materia ex qua natura possit aliquid operari eis permanẽtibus actu verum ars tantum modo.

DIFFERENTIA. CCX.

Q VOD composita plus perdurent simplicibus ostẽditur: quoniam theriace est medicina compositior cęteris, vltra etiam triginta iuuenescens annos, secundum tamẽ regionum diuersitatem vt tactum differentia.178. Nullum autem simplicium vltra hos positum est permanere. Adhuc cum res operetur vt habet esse. Similis nãq; est dispositio rei in entitate

T.c.4 actu & veritate vt apparet metaph.2. sed composita fortius agunt q simplicia: sicut visum differentia.143. quare fortius habet esse. Rursus cu; ars imitetur naturam: vt accidit in natura: sic & in arte: sed in his quæ naturæ perdurabilia sunt composita vt generata q semina vel sperN mata ex quibus vt apparet producuntur. Eti. virtus vnitior, fortior est: ac permanẽtior per cõsequens, quàm diuisa multiplicata. Durabiliora itaq; sunt composita simplicibus.

IN OPPOSITVM quoniam.2.cañ. scamoneę uirtus perdurat vsq; ad.30. annos: duo etiã hellebori ut al. & ni. longiori permanent tempore: & ideo excipiuntur ab herbis quæ vltra.2. aut.3. debilitantur annos: quod ostendunt mineralia & ossalia permansionis longeuæ. nullum autem compositum simpliciter aut per se tã longiori vt declarabitur permanebit tẽpore. Itidem simplicia primis proportionantur elementis: composita uero ex his constructis: sed elementa longiori permanẽt periodo illis quæ componuntur ex ipsis: cũ sint eis maiora quàm maxime: etenim potentię eorum sequuntur magnitudines. Commen.1.cœ. & mun. Simplicia igitur magis permanent compositis. ca.63.1. in principio.

PROPTER PRIMVM vero sciendum, q perdurare est tempore cum vigoris constantia coextendi. Sic enim vegetabilia proprius dicuntur viuere, qñ in actus valent debitos, similiter & quæ huiusmodi. Est autem hinc simplex medicina singularis a natura, pducta. Cõposita vero est constructum ex simplicibus arte quæ per miscet plurima vltra naturam debite ipsa inadinuicẽ applicando. vnde simplex est duplex. vnum quidem simpliciter & secundum naturam vt elementum: alterum secundum quid & secundum artem sicut medicina singularis. similiter & per oppositum duplex est compositum. O cõ.33.18. Simplex dupla.

Nosce q simplicia & composita perdurant longiori aut breuiori tempore multiplici de causa. nã ea quæ sunt fri. & sic. complexionis, cum minus exponantur putrefactioni & resolutioni, longiori permanẽt tempore: subaudiendo absq; vita: tactum differentia.21. Quæ autem ca. & hu. sunt ampli⁹ putrefactioni exposita, & quæ ca. & sic. resolutioni. Frigida vero & hu. vt visum.138. hebetiora celerius redduntur. Quæ etiam fuerint substãtiæ duræ cõpactę deferentes sapores ponticos stipticos & amaros, durabiliores sunt oppositis ut mineralia ostẽdunt et sui opposita. nam mollia aquosa minus perdurant ad multum seu succositates. nisi arte & decoctione constructæ: deinde folia: radices: gũmę: stipites & semina demũ nisi fuerint multum. hu. mollia. illa vero sicciora dura & in aliquibus animalibus cõsimiliter habet suo modo. Similiter quæ sunt grandioris qtitatis minus putrescũt vt sic contrarijs. vnde.4. meteo. Multum, minus putrefit pauco. In maiori enim amplior ignis. adhuc quæ exponitur aeri & agitationi eiusdem cum habeat continue alterare & resoluere magis, & proprie sic mollia pseruãtur a corruptione constructa. vnde proble.22. quare fructus & carnes & quęcunq; talia vtralibet inputrescibilia fiũt quando vehementer inflabuntur: & ea similiter quæ in terra superfluis se habẽt. Cuius quidem causam assignat: quia omnia mota putrescunt: quæ autem plena immobilia: licet quidem id contrarietur ei quod dicitur meteo.4. de quo monstraui quid sufficit proble. prętacta.22. Et qñ aliquo similiter glutine simplicia vel composita superficialiter illiniunt, aut melle occultantur, uel decoquũtur, diutius permanent: quare cupientes compositorum aliqua permanentiora effici, melle construunt & non zuc. quod omnia denotant composita perdurabiliora. Ea ẽt quæ tenentur in regionibus frigidis diutius uigore perdurant his quæ in calidioribus: qđ indicat ętatis distinctio. differentia.178. Illa etiam quæ in tempore colliguntur frigido & sic. boreali & sereno & Luna lumine diminuta minusq; hu. redundantia permanẽt amplius oppositis. Similiter ea quorum substantia est magis homogenea, & vniformis, perdurant amplius contrarijs P T.c.12 proble.4 Q T.c.12

Propter

A

PROPTER SECVNDVM vero sciẽdum, ꝙ auctores exprimũt simplicia & composita: vt ad multum .3. aut. 4. perdurare annis. Non enim propter ante dicta potest limitatus horæ ipsorũ assignari permanentiæ conterminus. Amp. tamẽ ac particularius pertractãt de perduratiõe compositi quàm simplicis: vt apparet Serap. & Halyab. auctoritatibus. Singulariter enim descẽdunt ad multorum compositorum permanẽtiam vigorosam ut theriace vsq; ad. 30. an. virt⁹ perdurat integra: & vniuersaliter electuaria melle cõstructa & maxime frigida: ceu opium recipientia longiori perdurant tempore: puta. 5. vel septimo. anno. quæ autem zuc. condiuntur & absq; frigidis & proprie modicum decocta non perdurant anno quæ venditores ea in fornellis conseruant subcalidis: Plurimæ etiam quantitatis amplius coaslata & aeri plus perdurant in obuia: ita vt liquidis vasorum orificijs repletorum mel aut oleum superponant: ne aeris motiui ac putrefactiui subsit ingressus: quæ autem minoris molis paruo permanent tempore sicut tro. & pil. ceu tribus aut quinq; mensibus in quibus distare videntur vtcunq;. Serap. & Halyab. & ideo melius conseruatur si fiat horum massa magis ꝙ si remaneant informati: quare pulueres proprieq; contritiores minimo perdurant tempore: sicut mensibus duobus et inde. nam quantumcunq; minuitur corpus, & virtus consimiliter. cañ. 2. olea uero permanent quousq; incipiant rancidari & odorẽ amittere. Sed oleũ balsami idest balsamus siue opobalsamus & camphoræ aqua quanto antiquiores, tanto virtusiores. Emplastra vero vnguenta & quæ similia perdurant in annum. Syruposq; autem duobus inquiunt annis permanere aut usq; ad. 4. eo, ꝙ sunt optime constructi & decoctione inspissati. Apud ṽo modernos hic apothecarios feculatos iuxta vnum aut duos permanent menses. vñ Haly. 2. Medicinã cũ cydonio sine aqua aut rob. vero imanifesto fortuitu iacentem posterius quandoq; inuenimus intermedijs annis septimo factis nullam habentem immutationem qualitatis: in gustu: puta vel odore seu colore. Et id quia secũdum Halya. fuerat quousq; tertia defecerit pars decocta. Nosce ꝙ ea quę componuntur inuicem componuntur & proprie non ab igne aut modicum affecta non mox sufficienter operantur constructa: verum tempore egent quodam intermedio: quo actione & passione concurrentibus inter ea in vnam concidant naturam. vnde elementorum primo mora indigent confusorum particulę: vt inuicem agant & patiantur omnifariam: & & sic perficietur totum sibiq; simile omnino. Condita si quidem quę opium, iusquiamum, & huiusmodi recipiũt sufficienter saltem menses pertranseant sex anteq; exhibeantur, vt inde unum resultet & malitia sopiatur narcotica. Plura uero aliorum ex vno vel duobus tribuantur. Quę uero igne examinantur perfecte ut syrupi. decoctiones & similia post eorum refrigerationem perfectam ut a die constructionis uel biduo & pulueres: & consimiliter emplastra: unguẽta & quę talia. Pillulę autem uel tro. saltem a. 4. vel. 7. condominantur in antea vsq; in tempus prętactum. Sic itaq; apparet breuius in communi temp⁹ permanentię compositarum. Sed circa prędicta dubitare contingit eo ꝙ inquit Dia. hellebori ambo al. & ni. anno uno durare possunt cuius oppositum per. A. superius scriptum ꝙ non solum. 2. aut. 3. perdurant annis iterum est longiori tempore. Dicẽdum ꝙ hellebori eo ꝙ sufficienter sunt ꝙ. subtilis substantię de facili resoluunt, quia tamen sunt uiolẽtiores corporibus modernis infesti & maxime albis: ut tactum differentia. 9. licet ab anno in antea uel circa debilitentur: nihilominus uirtus eorum quo ad actum in nos sufficientem longo permanet tempore. similiterq; quod dictum est scamoneam. 30. an. perdurare interpretandum.

brevia. 7 Cap. 34 prac. 10. c. 6.

B

Tra. 1. c. 5 ante me.

Cap. 12

C

In fine.

D

In plogo versus fi. 2. cañ. tra. 1. c. 6. in fi.

E

In arg.

PROPTER TERTIVM quidem dicendum, ꝙ omnibus parisicatis ut ad multum simplicia compositis sunt permanentiora: quod discursus experiẽtię ostendũt & ratio non minus: quoniam permanẽtia fit per formã. Ipsa enim est quę dat esse atq; perdurare. quę autem perfectior existet, melius poterit esse ac permanere condonare. sed hęc est illa quę simplicium, cum sit naturalis: quę uero compositoru; artificialis. Arte siquidem perfectior natura cum principium extet intrinsecũ: illa uero extrinsecum. 2. de ge. animalium. Rursus: dictum est ꝙ quandocũq; minoratur corpus, minoratur & uirtus illius: sed composita minorantur tritura quę laboriosa est, ac extranea. non autem ita simplicia. Etiã causa corruptionis & per consequens impermanentię heterogeneitas extat. nullum enim nudorum simplicium corrũpitur dum permanet tale secundo p̃ma & ideo artificiata etiam ex pluribus constructa rupturę plus sunt oppositis exposita. similiterq; naturalia ut mox ostendit proble. 11. sed simplicia sunt ut homogenea, composita uero heterogenea ut euidẽtia determinat. Amp. id minus perdurat in quo reperiuntur plura contraria alterantia & corrumpentia eius opposito: sed id in composito: non autẽ in simplici: cum duplex reperiatur in eo compositio in hoc una sola ut primorum elementorum: quare lac natura commixtũ ex triplici substantia et natura corrumpitur celerius. Simplicia itaq; longiori perdurant tempore compositis.

Ca. 1. & fi.

F

Collr ca. 1 ante me.

proble. 1

collr circa principiũ.

PROPTER QVARTVM quidem ad primum dicendum, ꝙ theriace & huiusmodi diutius permanẽtia composita non perdurant diutius propter rationem cõclusionis vniformiter ex simplicibus consurgentis, uerũ propter vnum maxime simplicium. puta opium & sic potius conuincitur oppositum ꝙ intentum. aut id verificatur ut multum. Ad aliud dicendum non oportere aliqua esse permanẽtiora eo ꝙ sint fortiora uigorosiusq; agentia, ceu apparet in homine respectu plurium animalium eo fortiorum: uerum permanentia ꝙ minus in uita: neq; omnino res sicut operatur, habet esse, uel econuerso licet ea verificetur in communi, non tamẽ particulariter omnifariam, cum causa differat essentialiter ab effectu.

G

Ad aliud dicendum similiter non fore verum vniuersaliter, vt visum differentia. 164. Cum eo etiam ꝙ prima & componentia sunt permanentiora compositis vt elementa. Ad aliud dicẽdum, ꝙ in compositis virtus inuicem copulatur: sed non propter hoc vnitur, cum huiusmodi eorum coniunctio non in vnum reddita consopiatur vt simplicis. Sunt nanq; in compositis plura quę nõ natura copulantur sed arte. Ipsa enim quantumcunq; connata complexionum appparens. 1. non potest ad eã quę naturę & dei veram permixtionem peruenire. Cuius quidem benignitate ipso in posterum pertrui valeamus.

H

Cap. 9 añ medium.

Conciliatoris differentiarum Philosophorum ac Medicorum Petri aponensis fœlix hic extat exitus.

TABVLA CAPITVM Tractatus Petri de Abano de remedijs Venenorum,

PETRI DE ABANO Libellus de Venenis.

PROLOGVS

SANCTISS. in Christo patri & domino dño Xysto, diuina prouidentia summo Pontifici, Petrus de Abano minimus medicorum. Cum deuotione pñsens scriptum tam uestrę petitioni q̃ pro debiti solutiõe afferre iuxta posse obedire propono, vt sanctitati vestræ, tum ad profectum corporis, tum ad scibilia coaugenda, tractatum vtilem nõ minus q̃ breuem de Venenis inscribam.

Primo siquidem, diuisionem faciam de venenis. Sunt enim nobis magis nota, quæcunq; per partes diuidunt quoddam totum. *Libri argumẽtũ & diuisio.*

Secundo, vnumquodq; diuisionis membrum resoluã hinc ad terminũ singularem. Sic.n. cuiusq; rei sciẽtia complet, a generalissimis ad specialissima descendendo.

Tertio, describam modum, secundum quem venenũ mortificat, & nocumẽtũ inducit hũano corpi ꝓximatũ. Inde naturã notitia curãtionis in arte medicinæ venat.

Quarto, sermonem faciam de pręcustodia & cautela: ne aut vena propinent, aut si propinata sint, nõ noceãt. Præcustodiriua enim, ars est, curatiuam excusans.

Quinto, signa ponam, & curas, ad quodcunq; venenum assumptum, & ad eius nocumenta introducta.

Sexto & vltimo, virtutes bezoarticas (idest a morte liberantes occulta virtute potius, & diuina, q̃ complexione vel natura) ad quodq; venenum describam: Et cũ hoc soluens quęstiones duas difficiles valde: Quarum prima erit theriaca magna, vtrum theriaca sit alicui veneno bezoar vel medicina. Et ſecunda erit, vtrum venenum aliquod possit ad certum tempus taliter exhiberi, q; ex eo quis ad illud tempus moriatur, & non ante. *Qõnes duæ.*

De diuisione venenorum. Cap. I.

QVia uenenum oppositũ est cibo nostri corporis: ideo sicut cibus efficit pars nostri corporis & se totũ assimilat parti nutritæ, vicẽ tenens partis

A

partis dissolutæ, ita venenum, nrm corpus seu partẽ, cui approximauit, ad suiipsius venenosam naturã totũ trahit, & cõuertit, & deniq; assimilat sibi ipsum, adeo vt sicut aialia e terra nascentia quoꝝ natura cibos cõuertit in spẽm nutritoꝝ, a nobis comesta, in nostrum alimentum conuertunt, & spẽm: Ita quæcunq; corpora veneno sunt iuncta, si comedant a nobis, transeuntia faciunt nostra corpora in venenum, qm̃ omne agens præstantius est patiente: sic nostra substantia per modum passiui, trãsit ad p̃sentiam veneni: quod se habet per modum actiui in veneno, sicut palea subiecta igni, transit in ignem: Est enim ignis totus actiuus ad paleam. Quare sapiẽtes medicoꝝ venenum dixerunt esse de genere rerum interficientium complexionem & cõpositionem: & interdum inducentium solutionem cõtinuitatis: ita vt ægritudines, quæ ex venenis accidunt, sint de generibus communibus, & nõ ꝓprijs. Diuiditur autem venenum tribus modis. Nam vno modo consideratur, prout fit diuisio generis in species. & secundum hoc dixerunt Auicenna & Auerrois: quòd venenorum aliud est de minera: aliud de vegetabilibus, aliud de animalibus.

Actiuũ fortiꝰ suo passiuo.

Diuiso ven.

B

Collr. 4 can. fe. 6 Collr. 5 colliget. cap. 18. & 22. & 43. rubrica de albusat.

De minera quidem est, vt quæcũq; sub terra generata perniciosam habent naturam, ut argentũ viuum, & gypsum, & æs, & quidam lapides, vt magnes, & lapis armenius non lotus, & plumbum vstum, & arsenicum, & realgar, & cerusa plumbi, et de multis alijs: de quibus infra in speciali dicetur.

Venenum de minera quid

De vegetabilibus vero sunt, quæcunq; plãtarum contrarijssimæ sunt naturæ cibali, vt aptæ natæ non sunt ad nutriti speciem cõuerti, sed potius sunt prompta conuertere, vt helleborus, & turbith nigrũ, napellus, & gummi napelli, & fungi quidam, & tubera, & viduam faciẽs, & mezereon, & oleander, & apium risus, &c.

Ve. de vegetabilibꝰ.

Ve. de aialibus sumpta.

C

De animalibus autem, venenosa sunt omnia, quoru; natura longissime distat ab humana cõplexione: aut opposita & inimica est speciei: qualia sunt serpentes, & dracones, & thiri, & viperæ, & lepus marinus, & carnes assatæ & stati; suffocatæ, & pisces frigidi, & morticinæ carnes, & etiam putridæ, & quæ a fulgure sunt percussa & mortua, & quæcunq; sunt patiẽtia rabiem, & multa quæ infra in speciali dicentur.

Alia diuisio veneni quo ad nos.

Secundo modo consideratur venenũ relatum ad nos & ſm hoc dixerunt, Venenum aliud est assumptum intra corpus, & aliud extra. Quod vero est assumptum intus, est de genere potionũ perniciosarum, datum sub specie cibi, vel potꝰ, vel medicinæ. Et hoc est, quod plurimũ fit: a quo reges, & prælati, & ociosi, cauere debẽt. Quod vero extra est, dicitur reptilium morsus: sicut cum visu, aut auditu, aut gustu, aut tactu, aut odoratu, sentitur venenum. Visu quidem, sicut venenat basiliscus. Auditu, sicut venenat serpens quidã in Nubia, qui est corpulentiæ duarum palmarum, acutum habẽs caput, viridis existens coloris, qui regulus vocatur, sibilãdo enim aues, & aialia eum audientia, interimit. Gustu quoq;, sicut aspis surda, q̃ sputo suo, quos tangit, interficit, et thirus, quos mordet, & vipera, perimit. Tactu vero, sicut serpẽs: quẽ miles (de quo Auicenna dicit) interfecit lancea, & ex contactu lanceæ: manus militis: & totum corpus fuerũt mortificata, & sicut piscis quidam, qui stupefactor vocatur, de quo Galenus dicit, ꝙ cum intrat rete, piscatoris manꝰ & brachia stupefiunt, intãtumq; insensibiles efficiuntur. Odoratu vero, sicut quidam fungi perniciosi, de quibus dicit Rasis, quod cum euelluntur a terra, & odorati interficiunt odorantem.

Ve. assumptũ in corpus nr̃m. Ve. ab extra corpus Vene. visu nocens. Auditu.

D

Ven. gustu interimẽs. Tactu. quarto sexta tra. 3. c. 22 Ven. odoratu. sexto iter. collr ca. 4 ante me. & 4. de accidenti & morbo ca. 5. cir. pn. & expresse ab Auer. 2 cplicõ. 42 circa prin.

Tertio modo, consideratur venenum, quãtum ad specificam differentiam: qua differunt species a specie, & ſm hoc, dixerunt oẽs medici & philosophi naturales, quod venenum, aliud est, quod facit operationem suam a qualitate sua, siue a complexiõe, & aliud, quod facit hoc idẽ per virtutem fluentem a tota specie, quod medici formã specificam vocant, quod nihil aliud est, nisi meritum, qdꝰ vnumquodq; compositum ex quatuor elemẽtis, ſm maiorem & minorem proportionem ipsorum elementoꝝ, in composito sortitur & meretur breue ab influentibus stellis fixis, quæ species inferiorum compositorum respiciunt, & prout ipsorum materiæ apte fluunt: iuxta illud: Virtutes stellarum uehuntur inferius, mediantibus lineis pyramidalibus & rectis, quæ in lumine ipsarum stellarũ firmantur, ꝙ lumen per lineas diuersas vectum de stellis depertiat virtutes specificas, quas derelinquit in compositis, ſm quod componentia meruerunt. Et hoc est, quod recte Auicẽna dicit in canone: ꝙ talis formã specifica aduenit rebus, post primam complexionem elementorum in composito. Et quia ignoramus in æternũ quantitates & pondera elementorum in cõpositis: ideo tales formas specificas, aduenientes iuxta meritum talis & talis proportionis, in cõpositis necesse est ignorare: neq; de ipsis plus scire possumus: nisi quantum præbet hominum experientia: & propterea in talibus plus conferunt experti, q̃ rationales medici, sicut bene in ꝓœmio metaphysicæ Aristoteles dicit: Venenum ergo, quod a qualitate sola facit operationem, variatur ſm diuersitatem qualitatu;. Nam aliud calidum, aliud frigidum, aliud siccum, aliud humidum. Calidum quidem duobus modis interficit: quia aut calefaciendo corrodit interius assumptum vsq; ad cor, & extra appositum vsq; ad medullam ossis, & sic interficit soluendo continuũ, quale est lepus marinus. Aut calefaciendo inflammat, & intus exteriusq; ad cor, & sic interficit substantiam cordis superflue inflammando, sicut euforbium & helleborus. Frigidum venenum similiter interficit duobus modis scilicet: aut stupefaciẽdo propter maximam eius frigiditatem, vsq; cor reddatur immobile, & hoc est tale, quale est opium, aut oppilãdo vias anhelitus, & claudendo, ita, ꝙ quasi anhelare non possunt, & vsq; ad cor auferĩ anhelitus. & hoc tale: quale est plumbum vstum. Siccum vero venenum interficit duobus modis, scilicet, aut consumendo humidum sanguinem cordis, & quasi in crustam conuertendo, & hoc tale est, quale est calx non extincta, & colcotar. Aut separando partem a parte, donec omnia mẽbra vsq; ad cor, & in minimas partes non liquefiant, sed soluanĩ, & hoc facit tale, quale est realgar. Humidum vero venenum, dicunt quidam non inueniri: qm̃ non ascendit humiditas ad quartum gradum: & quartus gradus venenosam reddit qualitatem: quonia; corruptiuum est & mortale. Sed Galenus narrat de vno, quem in somno serpẽs quidam momordit, & excitatus non valens surgere: tractus per manum, remansit caro corrupta & putrefacta super terram, & ossa denudata apparuerunt: unde ex putrefactione occulta, & facili carnis solutione, probat Galenus venenum esse humidum: ex hoc genere, ſm aliquos, argentum viuum videtur esse venenum: quod solum humidũ in quarto gradu esse fatentur. Sed venenum quod a tota spẽ soluente virtutem, siue a tota substantia: siue a forma specifica est, interficit: non quia calidum, neq; frigidum, neq; siccum, neq; humidum, sed quia tale: quia oppositã habet virtutem ad vitam hominis & sanitatem: & id venenum, in quacunq; paruitate sumptum, ita etiam vt sensum intus fugiat, interficit, multiplicando seipsum, quoniam quamcunq; humiditatem nostri corporis inuenit, ipsam statim in venenum cõuertit: & hoc virtute suæ speciei, & tale est, quale est napellus.

Alia diuisio veneni quantũ ad specificam differẽtiã.

E

Specifica forma q̃.

Li. 1. fen. 2 doc. 2. sũ 1 ca. 15. post principiũ.

F

Circa pn. Ve. ſm qlitatem considerata. Ven. calidum qũo corrũpat.

Ven. frigidum duobus modis interficit Stupefaciendo. Oppilãdo.

G

Siccu; ve. duobꝰ modis iterficit Consumẽdo humidum. Separãdo Humidum ven. quare non reperiatur.

Historia ex Galeno, Collr. 1 complexionum. cap. 4. versus finem. Alias gl. b.

H

vt dicit gẽtilis. 5. can tra. 1. in descri. theriace pꝰ principiũ. Ve. a tota spẽ lędẽs.

De vnoquoq; veneno in speciali. Cap. II.

VEnena mineræ speciali & plantarum & animalium nõ nisi nota & famosa dicemus: ne occulta narrantes, virus in angues adijceremus ob eã eius solam causam, ut p̃uisa minus lędant, aut nunq̃ lędãt. Hæc scribunĩ, nõ vt alios lędere doceamꝰ. Mineralia igiĩ venena

Ve. minera lia a natura.

quædam

I quædam sunt a natura: quædam ab arte procurata.

A natura quidem, quæ in ventre terræ generantur, & horum vnum est argẽtum viuum: quod intus assumptũ quandoq; interficit, sua humiditate putrefacere faciente humiditatem cordis naturalem: quandoq; autem interficit, sua frigiditate actuali cõgelante cor. Cuius signum est, quod quidam apothecarius, cum de nocte tẽpore magni æstus sitiret, tentans inuenit ampullam plenã argẽto viuo, quod bibit. & mane inuentus est mortuus, & inuenientes argentũ viuum exire de ano, anatomizatus fuit, & inuẽtus fuit sanguis circa cor coagulatus, & ipsum cor similiter. Inuenerunt q; in stomacho fere libram unam argenti viui. Aliud est argentũ viuum, quod fit ab arte alchymię sublimatum in alludel, quod est uas alchymistarum, & istud est deterius & magis perniciosum quàm naturale: quoniam minerale sæpe per ventrem secedit, vel sponte, vel clysteri, sed sublimatum assumptum interius corrodit intestina, & apostemat cor, & retinet vrina, & prohibetur eius exitus, & moritur. Extinguitur etiam argentum viuum cum forti admistione saliuæ hominis, donec dispareat. Quòd si proieceris super ipsum aquam feruentẽ, & redierit ad primam dispositionem, non est extinctum & hoc deterius est quàm purum viuum, & minus malum quàm sublimatũ. Secundum venenum, quod est a natura mineræ, est gypsum, quod intus assumptum sua frigiditate coagulat sanguinem, & inspissat spiritus, & inducit difficultatem anhelitus, & deinde moritur. & hoc datum crudum in potu tritum: coctum vero, non est venenum, sed medicina stiptica valde, nascitur aũt in venis terræ montosæ. Tertium est æs, quod metallinam habet naturã, compositum ex argento viuo & adurente sulphure ad formam tuberis deducẽte, quod quidem cum per fabros percutitur, & malleatur, scoriæ, quæ cadũt & datæ in potu venenant, & ventrem fortiter soluere faciũt, & hoc medici vocant Tubel æris, inde etiam vinum, si reponatur in vase æneo, aut cupri, aut electri, & bibatur, vomere facit. Tertiũ est scoria ferri æruginosi, & ipsa ærugo, quæ intus assumpta adhærendo intestinis exiccat humiditates, & corpus, & senectam inducunt, idest, quãdam ægritudinem, quam medici marasmum vocant. Vtuntur autem medici scoria ferri consolata, in curatione multarum ægritudinum. Quartũ est lapis magnetis, qui assumptus intus melancholicum, & lunaticum, & præstigiatum facit recipientem. Vtũtur autem eo medici consolato cum alijs medicinis, in curatione melancholicæ. Est autem lapis iste duarum specierum. Vna est, quæ trahit ferrũ vertens illud ad polum septentrionalem, vbi dicitur esse minera magnetis. Alia, quæ trahit carnes humanas vertẽs tractum versus polum meridianum, vbi dicitur esse minera ipsius. Hæc autem trita & data in potu viscera contrahit, & in globum reddit. Quintũ est lapis armenius, qui rubeus est, & assumptus intus, si non est lotus, sm doctrinam medicorum est venenũ vomitiuum. & eo vtuntur medici in cura melancholiæ passionis. Sextũ, est lapis stellatus, quem medici vocant lazuli, qui si nõ fuerit lotus datusq; in potu, subuertit stomachum, & dolorem intestinorum facit, quo utuntur medici contra quartanã. Septimũ est arsenicum, siue auripigmentum, quod est de specie gypsi (vt dicit Albertus) quod caliditate & siccitate sua & perniciosa natura venenũ est pessimum, putrefaciens, & valde mortificatiuum. Sed si sublimetur sm alchymiam in vase alludel, est pessimum venenum intus assumptum, & si sæpius sublimetur, efficitur albissimum & tanto deterius efficitur venenum. Venena vero, quæ per artem fiunt, Lithargyrium quod ex plumbo fit fuso in olla, cum testis ollæ fractis, quod assumptum intus, facit intestinorum stypticitatem. Sic cerusa & calcechumenon, quod quidem corrosiuum est & venenum est mortale. Est & plumbum vstum, quod fit ex sulphure & auri pigmento, quod est venenum, oppilans & interficiẽs suffocando. Est & asurum, quod fit ex lapide lazuli, quod est uenenum exiccatum. Est & realgar, quod ex sulphure & plumbo fit, corrosiuum existens venenũ intus assumptum. Vegetabiliũ vero venena, quædam sunt succus herbarum, quædam vero semina ipsarum. Succus quidẽ cicutæ, & succus tithymallorum, & succus cucumeris asinini, & succus vsneæ, & succus bothormarien, & succus coriandri, succus mandragoræ, & succus papaueris nigri, de quo opium fit, & succus corigolæ lactãtis, de quo fit scammonea. & succus apij risus, & succus ceruæ idest gyrasolis, & succus napelli, & succus oleandri, et succus mezereon, & succus hellebori nigri, & succus alfæsiræ. i. vitis albę, & succus bryonię, idest cucurbitę syluestris. De fructibus vero sunt cornua oleandri, & cornua bedeguar, & anacardi, & nuces, & auellanæ rancidæ, & nux vomica, & coloquintida, quæ solitariæ fiunt, nata in arbore sua, & ficus Pharaonis, & poma mandragoræ. Semina vero sunt, iusquiamus & cocognidij, & baccæ lauri rancidæ, & catapuciæ, & semen vrticæ, & semen papaueris nigri, & semen hellebori, & semen cicutæ, & semen coriandri humidi, & semen serpentariæ: quæ omnia comesta vel bibita, aut perimunt modis supradictis, aut infirmant corpus & alterant. De animalibus uero sunt quędam de cerebris ipsorum, quædam de caudis, quædam de sanguine, quædam de saliua & sputo, quædam de fellibus, quædam de toto corpore. In cerebro quidem cattę venenum est perniciosum, faciens hominem amentem. Similiter in cerebro vespertilionis. In cauda vero cerui, venenum est pessimum, propter quod venatores extremitatem caudæ cerui, quando uolunt ceruum comedere, abscindũt. Similiter in cauda scorpionis, & rutelæ, & vespæ, & apis, & ex anguium animalium, & quorundam serpentum. In sanguine vero, sicut in sanguine bouis veteris, & in sanguine bufonis, & eius sputo, & in sanguine hominis cholerici, rufi, in furia positi, & i sanguine menstruo, & in sanguine prosi.

In sputo vero siue in saliua hominis ieiuni, non ad hominem, sed ad scorpionem & serpentem.

In sputo bufonis, & sputo & saliua viperæ, quę cum coire vult cum pisce, venenum deponit in litore super lapidem quendam, deinde rediens, suum colligit venenũ. Et in saliua & spuma canis rabiosi, & saliua cattę, simię, & muris, & hominis ieiuni, facientium morsum.

De fellibus vero, sicut est fel leopardi, quod est uenenũ a forma specifica statim pariens.

De toto vero corpore, sicut sunt cantharides, & salamandra. De quorum omnium summa dictum est, quòd a qualitate, aut a specie interficit prædictum venenum.

Ad sciendum, secundum quem modum venenum interficit aut nocet. Cap. III.

OMne nanq; venenum, inquantum est venenum oppositam habet qualitatẽ corpori nostro. Hæc autem oppositio magnum dubium facit, quomodo & qua via venenum ad cor hominis trãsitum patiatur. Nam, aut venenum trahetur a corde, sicut ferrum a magnete, aut ipsum transibit ad cor, aut vtroq; modo, corde scilicet attrahente, & ueneno currente. Q. si nullo prædictorum modorum erit, asserere relinquetur, quod nullo modo uenenum ad cor trãsire possit, & sic cessabit oppositio ueneni ad ipsum cor. Quo posito, dicemus uenenum nõ esse peremptiuum cordis, cuius oppositum uidemus, quòd assumpto ueneno pernicioso, ut napello, statim syncopis apparet, quę passio est cordis, & tremor cordis & pulsus, defectus & omnia accidentia cordiacæ passionis. Propter quod sciendum est, quòd cor dum est sanum, sicut & cætera membra, nihil attrahit, nisi sanguinem sibi cõsimilem & spiritum, quorum unum reponit in dextro uentriculo cordis, & alterum in sinistro. Quando uero infirmum

Marginalia (left column): Argentũ uiuũ frigidæ naturæ. — apothecarius ex potu argẽti uiui mortuus. — Arg. uiuũ arte paratũ deterius est. — K — Extinctio argẽti uiui quõo fit. — Gypsũ uene. — Scoria ferri. — L — Aerugo ferri. — magnes — Magnetis duę species — M — Lapis armenius — Lapis stellatus. — Arsenicum. — venena p artem parata. — Lithargyriũ. — Cerusa. — Plũbũ vstum.

Marginalia (right column): N — Asurũ. realgar. — Vegetabiliũ venena. — Succi uenenosi qui. — Fructus veneno si qui. — O — Semina veneno sa. — Ve. ex aialibus de sumpta. — In cauda uene. — P — Sãguis venenũ — Sputuũ. — Saliua. — Q — Cor sanũ sanguinẽ et spm ad se trahit

A Infirmum est, trahit ad se qualitatem contrariam sui nocumenti, sicut qn̄ est supercalefactum, attrahit ad se aerē frigidum, & hoc, facit & sanguinem frigidum, per virtutem naturalem attractiuam sui similis, dum ipsum est in potestate naturæ, & per appetitum sensitiuum animalē, quo vnumquodq; membrorum læsum, appetit deliciā, & sentit conueniens & contrarium sui nocumenti. Venenum ergo, vt cum in nullo participet cum complexionem cordis, & natura ab ipso corde dum sanum est, non trahitur, immo refugiet illud tāq; inimicum, oppositum: quādo vero cor esset infirmum, ex appetitu sensit, immo appeteret, & traheret contrarium suæ passionis. Et ꝑm istum modum, venenum ueneno curatur. Nam quando aliquis venenum assumpsit, puta opium, quod infrigidando corpus vsq; ad cor, et deinde coagulando sanguinem corde, ex quo mors introducitur, antequam cor sensum amittat, ex frigiditate opij sentiens nocumētum, desiderat medicinam calidam. Et si detur castoreum, quod

Venenum veneno tolli ꝓbat.

B de se est in genere venenorum, ipsum castoreū contrahet, mediante appetitu sensitiuo, non vt venenum oppositū substantiæ cordis, sed vt oppositum qualitatis malæ introductæ per opium. Hæc autem ratio non plus monstrat, quando cor attrahit ad se venenum, nisi sic quodlibet membrorum infirmum ad se trahat oppositam qualitatē. Præterea dato, ꝙ cor, quando sensit nocumentū veneni frigidi, virtute appetitus sensitiui appetat medicinam calidam, & ipsam ad se trahat, adhuc stat quæstio, quomodo illud venenum primum datum transiuit ad cor. Quare dicendum videtur, quod nullo modo cor ad se vnquam venenum trahit, quoniam neq; inquantum simile est cordi, quia nullam similitudinem cum ipso habet, nec inquantum contrarium, quoniā cor nunquam fuit talis dispositionis, quòd venenum esset oppositum illius. Nec potes inferre ex hoc, nullam esse oppositionē

C inter cor & venenum, quoniam licet cor venenum non trahat, venenum etiā licet non currat, neq; etiam vtroq; modo contingat, est tamen dare alium modum, quo directe apparet oppositio & peremptio manifesta. Nā venenum quoniam actiuum est, a forma quam habet, perniciosam, & destructiuam cordis, quicquid tangit in corpore humano, conuertit in illam speciem venenosam, et seipsum multiplicat, inficiendo humiditates nostri corporis in venenosam naturam, qua multiplicata augetur virt⁹ veneni. Nam dicitur in Geometria, quòd geminata quantitas augumētat virtutem. Vnde ex modico veneno assumpto conuertente quod tangit ad suum simile, augetur virtus & multiplicatur: ita vt de facili per modū continui corporis, cuius extrema se tangunt, attingit parum in quantitate venenum ipsum cor, quod etiam tangit, conuenit ad venenum, & ex eo tunc spiritus vitalis non habens debitum organum, in quo resideat, cedit for-

A quo modo quo venenū cor lędat.

Venenum quę tangit ad sui simi le reddit.

D mæ veneni, & egrediens de corde, dimittit cor & corpus sine motu. Et hoc est mors cuius signū est, quod illud cadauer, si comedatur, venenum efficitur comedenti. Est tamen adhuc sciendum, quòd arteriæ cordis & ipsi uentriculi cordis motu diastoles & systoles, idest, per modum naturalem attrahendi & expellendi, quem habent continuo, quanto tempore viuit animal, attrahunt ad se circunstantem spiritum, ita quòd etiam arteriæ, quæ ad cutem terminantur, per poros suos aerem exteriorem continentem nos attrahūt vsq; ad cor, & per easdem cor exsufflando expellit calores & fumos, ita quòd si aer continens nos fuerit venenosus & pestilentialis: per ipsas arterias motu dilationis attractus cor inficit, & inde ægritudines pestilentiales contingunt, non quòd arteria vel cor de sui natura venenū trahat, sed quia sub specie aeris & spiritus, attractus venenosus vapor ingreditur. Et secundum hoc dixerunt sapientes, quòd est venenum, dormire seu degere sub arbore nucum, & in hortis caulium,

Insensibilis trāspiratio an attractio p por-os venenum attrahat.

De cubito sub quibusdam arboribus venenosis

E & sub vmbra oleandri, & balneari in aquis, sub cuius ripis oleander, & arbores venenosæ crescunt. Narrat. n. Galen⁹ de quodam qui se balneauit in balneo calefacto de lignis excisis de cauernis serpentum, qui mortuus fuit ex vapore lignorum, cum quibus fuit balneum calefactum infectū veneno. Et Aristoteles in libro de proprietate elementorum & planetarum, dicit, quòd tempore regis Philippi, omnes mercatores transeuntes per quandā viam, quæ ad ciuitatem applicabat, quādo erant in parte illius viæ, in qua duo montes, vnus hinc, & alter hinc existebant, statim moriebantur. Et tunc Socrates parari fecit caueam vitream in quam intrans: se illuc iussit portari, & respexit duos serpentes, vnum in vno monte, & alium in reliquo existentes, qui aerem illius loci inficiebant, vnde transeuntes moriebantur. Rufus etiam dicit, quòd antiqui reges fecerunt puellam nutriri napello, vt per eius anhelitum & amplexum, cum ea coeuntes morerentur. Similiter in sentinis nauium & in cauernis pro-

Historia ex Galeno, 1. apho. cō. aph. 4. circa prin.

Ex anhelitu & cum plexu puellę mortui.

F fundis, & in locis inhabitatis, & in locis fœtidis propter aerem attractum habitantes, venenantur. Dicit namque Auicenna in capite primo, quòd nulla res est magis inimica caloris innati & cordis, quàm magn⁹ fœtor, a quo subito spiritus vitalis a corde recedit: & quanto complexio cordis, & materiarum alicuius hominis calidior fuerit & rarior, tanto citius venenum, tam bibitum, quàm respiratum perimit, & occidit, quoniā calidum cor plus attrahit, quàm frigidum de anhelitu, & viæ latiores sunt in arterijs calidi cordis, quàm frigidi, ita quòd Hyoscia mus passeres non occidit propter stricturam uiarum ad cor: hominem autem sic, quia latiores habent uias, per quas facilior est transitus spiritus uenenati, & quanto venenum de sui complexione est calidius, tanto deterius efficitur: dato in homine calidiori, quia utriusq; caliditas se iuuat in unum effectum. sed exhibitum in frigidiori natura, suum tardat effectum. Verūtamen tanta posset esse

Magn⁹ fœtor cordis inimicus. Li 1. fen. 1 doc. 1. sū. 1 c. 29. i me.

Hyosciam⁹ quare hoīes & ita passeribus veneno sus.

G caliditas naturalis: quòd etiam uenenum calidum superaret & repelleret, & ipsius nocumentum prohiberet, aut mortem, & inde est, quòd multi homines uenenati uno cibo & eadem quantitate in eadem cœna, aliquis moritur, & aliquis euadit, & aliquis excorticatur uel infirmatur: sicut ego quandoq; uidi, in quadam cœna fuisse quatuor uenenatos, comedētes singuli ferculum uenenatum: quorum unus mortuus fuit statim, alius euasit omnino, reliqui duo infirmati fuerunt ad mortem: qui uero euasit animosus erat, & calidi cordis: qui uero mortu⁹, fuit minus calidæ complexionis. qui uero infirmati fuerunt, calidiores erāt natura, ꝙ ille qui migrauit: & minus, quàm qui euasit. hoc autem nō aliter esse potest: nisi quia calor naturalis, qui mouet ad formam uitæ, resistit inquantum potest: calori accidētali, tam febrili quàm calidi ueneni, quàm etiam calori aeris pestilentiali & calori æstus, & dierum canicularium, qui omnes calores mouent ad interitionem: & dissolutionem compositorum. Vnde Aui

Cōplexio superans venenum.

Ex q̄tuor venenatis vnus mo-rii superstibus reliqs quare

H cenna dixit in cap. primo: ꝙ nihil est: quod resistat malis qualitatibus & calori febrili, plus quàm calor innat⁹: adeo quòd etiam uenenis calidis repugnat: non complexionaliter: sed formaliter: quia calor naturalis informatus est regulatus ab anima nostra, quæ mouet ad uitam mediante calore naturali tanquàm suo instrumento: & ideo dicitur, ꝙ omne opus naturæ, est opus intelligentiæ id regentis: unde signanter natura dicitur de calore: tam a philosophis quàm a medicis: cum dicunt: calor naturalis & non frigiditas naturales. & proportionatur (ut dicit Dorachius Astrologus) ad Alchocodem: idest: ad constellationem, & locum cœli: qui dicitur dator uitæ. Venenum uero frigidum: datum in complexione hominis frigidi: frigiditate utriusq; citius perimit: quàm datū in complexione calidiori: sed si uenenum fuerit de illis, quæ a tota specie interimunt: ut est napellus & eius gūmi & fel

Calor innatus resistit malis qualitatibus. 1. can. fen. 1. do. 3. c. 3 post me.

I & fel leopardi, & thirus: tunc complexio bibentis vene-
num, nihil impedit vel confert, nisi pro tanto, quòd in
calido homine viæ sunt latiores ad transitum, in frigi-
do strictiores.

De præcustodia & cautela, ne aut venena propinent, aut propinata non noceant. Cap. IIII.

Oportet suspicantem aut timentem venenosam
potionem, vel cibum, vt vtatur regimine duplici
Primum est defensio cum tutela. Secũdum, est de-
struction assumpti veneni cum virtute. Defensio vero cũ

Defensio a venenis cum cautela.

cautela est, vt ante comestionem suæ mensæ, coram suis
ferculis & potibus, sint res discernentes & significantes
fore venenuum, si fuerit: & horum vnũ est: sicut cornua

cornua serpentis venenũ produnt.

serpentis, quæ sudant in aduentu scilicet napelli & thiri,
& fellis leopardi, & non in aliorum venenis. Et aliud,

Lapis prasius q̃lis.

quod est lapis quidam nomine prasius, qui est matrix &
palatium smaragdi, quia in ipso inuenitur. Est autem vi-
K ridis, habens viriditatem spissam sicut prasium, & inue-
nitur aliquando cum rubeis guttis, & aliquando cum al
bis, expertum est, quod præseruat reges a venenis. Nam
si lapis ille sit in mensa, in qua venenum ponitur, ad præ
sentiam veneni, nitorem statim emittit, & ipso ablato, ni

Historia.

tor reuenit. De hoc lapide dicitur in epistola Æsculapij
philosophi ad Octauium, quòd ipsum timet venena &
prælia: vnde & Alexander Macedo in prælijs sæpe ha-
bebat: Cumq; de India reuerteretur, se lauans in Eufrate,
deposito cingulo, in quo lapis erat suspensus, serpẽs qui-
dam illum morsu abscidit, vomuitq; illum in Eufratem:
Et de hoc Aristotelem dicunt mentionem fecisse in libro

Annulus artificialis a venenis p̃seruans.

de natura serpentum. Aliud est etiam, quod scriptum est
in libro regum Persarum, quòd si sculpere feceris in lapi-
de hæmatitis virum genuflexum cinctum serpẽte, cuius
caput teneat dextera manus, & caudam sinistra, posue-
risq; lapidem hunc in aureo annulo, & sub lapide posue
L ris radicem serpentariæ tritam, portaueris q; hunc annu-
lum, ab omni veneno præseruat. Quod quidẽ ego quan
doq; præparari feci, & ad prædictum vsum seruaui. Ca
ueant etiam coqui, ne vasa, quibus ipsorum vinum defer
tur vel tenetur, stent discooperta in cællarijs vini, nec vi-
num discoopertum. Quia naturaliter omne animal ve-
nenosum lambit vinum, & vasa vini: & quandoq; in
eis suffocata sunt inuenta. Caueant etiam fercula, & po-
tus, & confectiones, sapores habentia dulcissimos, qua

Smaragdi virtus.

in istis consueuerunt cælare venenum. Smaragdus etiam
optima, quam si bufo intuetur, expertum est, quòd ipsi⁹
oculi crepitant ad præsentiam ipsius, si teneatur in men-
sa, venena debilitat: si in ore teneatur, venenum uirtutem
inficiendi dimittit, & si detur trita in potu post venenũ,
peroptime a morte liberat, & sit eius quãtitas scrupul. ii.

theisir duo trac. cap. 5 post prin.

quod ego quandoq; expertus sum: & Auenzoar hoc in
uenit, vt in libro translato papæ Bonifacio, scriptum
M est. Comedat etiam ante omnem cibum castaneas cum

Hæc comesta a venenis tutos faciunt. Cheisir. 2 Tra. 1. c. 1 post prin.

ficis siccis: aut rutam cum auellanis, & nuces virides cũ
ruta, aut siccas nuces cum ficis siccis, aut calamentum re-
cens vel siccum in fritellis, aut radicem dictamni tritam
& cum vino potatam. Præcauet etiam ab omni veneno
bibisse ieiunum, cyatum vini puri optimi, in quo, tem-
pore musti, in una mensura duo serpentes viui fuerint suf
focati, præseruat etiam (quod est expertũ) vt omni mane

Cõpositio theriacæ.

accipiat drachmas duas de theriaca, quæ dicitur de terra
sigillata. Fit autem sic: Recipe baccharũ lauri drachmas
quatuor, terræ sigillatæ drachmam vnam, terantur, &
cum melle dispumato libra vna conficiatur, & repona-
tur in vase uitri, & sumãtur ex ea in uicem drachmę duę.

Ve. assumptũ quo destruẽdũ sit.

Destructio vero assumpti veneni fit ita. Nam si scitum
fuerit de specie veneni, tunc destruatur per medicinã pro-
priatam illi veneno, quæ bezoar vocatur, & de hoc ego
singulare faciam infra capitulum, ad cognoscendum
vnumquodq; venenũ per signa propria, & ibi docebo
virtutes bezoarticas. Si vero ignoratum fuerit venenum N
aut medicus fuerit absens: & dubitatum fuerit de vene-
no cuiuscunq; fuerit speciei, tũc statim butyrum & aqua
calida simul dissoluta bibatur, & cogatur euomere, &

Vomitus prodest in q̃ venenum sumpsit.

post vomitum cum butyro iterum vomere cogatur cum
aqua mellis, & mundificato stomacho, statim theriaca
magna exhibeatur cum decoctione vini, in quo bullitæ
sunt radices dictamni, & sit theriaca drachmæ duæ, &
vinum vnciæ duæ, & non comedat vsq; ad septem ho-
ras, & tunc nutriatur rebus vẽtosis, cum ficis & vuis paf
sis & auellanis, & iure gallinæ pinguissimæ, vel agni an
nalis vel hœdi, quod si intestinis ardor vel dolor senti-

Clysteri veneno prodest.

tur, clystere iniciatur factum cum aqua mellis, dissoluta
cum adipe anatis vel gallinæ, & proiecto clysteri, iterũ
dissericetur cũ lacte ouino calido, quo proiecto, cibetur
iure supradicto: si vero adhuc morsus vel dolor in sto-
macho vel in intestinis remanserit, tunc modicum bal-
sami dissoluti in lacte circa vnum cyathum detur in po-
O tu. Hæc enim liberant venenatos, si cito adhibeãtur, quę

Venenũ per vulnera inflictũ quo curandum.

dicta sunt. Si vero morsus, aut gladius fuerit venenatus,
statim supra morsus, aut supra vulnus gallina viua eui-
scerata supponatur, & reitẽretur viua, aut ore alicuius
schlaui vel serui sugatur locus, & os serui abluatur sæpe
cum vino, in quo dictamnus fuerit coctus: deinde the-
riaca magna loco supponatur, & cũ theriaca fuerit exic-
cata: iterum alia recens ponatur, donec locus non plus
theriacam desiccet. Si uero locus morsus, siue vulnus ue-
nenatum fuerit siccus, tunc theriaca non apponatur, sed
loco theriace lactucella super vulnere alligetur, & inno-
uetur toties, quoad locus fuerit humectatus, & tunc sa-
nitas erit introducta. Quantum enim theriaca exiccat,

Septẽ herbæ q̃ venenũ resistũt.

tantum & lactucella humectat amplius. Intelligat vestrę
reuerentia Sanctitatis quod septem sunt herbæ, quarum
cuiuslibet natura vniuersalis, cuius interest, speciem cu-
P iuslibet plantæ, singulari & specifica uirtute dotatę, non
a complexione elementari, quia calida uel quia frigida,
uel quia sicca, uel quia humida, sed quia talis, & a natura
uel mediante stella sic dotata, donauit uirtutem liberan-
di a uenenosis cibis, & potibus, & letali ueneno ex vul-
nere siue morsu. Prima quarum est Hypericon, quæ alio

Hypericõ.

nomine herba dicitur Perforata: quã Achilles oraculo
Apollinis in exercitu Troianorum dicitur inuenisse, ut
ait Plinius. Scda est Vincetoxicũ. Tertia Enula. Quarta
Rafanus. Quinta Dictamus. Sexta Aristolochia longa
& rotunda. Septima Lactucella, quarum unaquęq; dici
tur æquipollere theriacæ: ita ut uulneribus uenenosis suc-
cus alicuius prædictarum datus in potu, uulnera ueneno
infecta purget, & saluet, & per istum modum omnes an-
tiqui talia curabant uulnera, antequam theriaces haberẽt
notitiam. Morsus uero ab animalibus uenenosis, curat

Li. 25. c. 5 post prin. Vincetoxicum. Enula. Rafanus. Dictamnus. Aristolochia. Lactucella

quælibet prædictarum, & theriaca morso loco suppo-
sita. Venena uero bibita, curat puluis factus ex qualibet
Q prædictarum, & datus in potu cum uino, uel aqua mel-
lita. Dicit præterea Auicenna, q; stercus Galli bibitum
cum aqua, statim per uomitum omne uenenũ educit: Et

4. 6. tra. 1 Cap. 4. in medio.

lac asinæ, comestum prohibet uirtutem profundari ue-
neni, ita quod in quo prandio uel cœna asinæ lac fuerit
bibitum, uel comestum, nullum præter napellum, possit
nocere uenenum. Theriaca autem omni ueneno comple

Theriaca veneno cõtraria.

xionali, & specifico, & napello directo opponitur, &
contrariatur secundum totam speciem, idest, secundum
bonam permistionem medicinarum, quæ intrant confe
ctiõe artificiali theriaces: Qua resultat quoddam diuinũ
& formale destructiuum omnis ueneni, vt infra in spe-
ciali dicetur. dentur autem de ipsa unciæ duæ uel tres tri-
bus diebus continuis, quia toxicum resoluit, & sudorem
prouocando liberat. Terra etiam sigillata, aut in come-

Terræ sigillatæ mira vi.

stione: aut post comestionem bibita uel comesta, hãc ha-
bet proprietatem, quòd si uenenum inueniat in stoma-
cho,

A cho, ipsum: per vomitum expellit. Si vero post eam venenum exhibeatur, nunquam permittit per corpus perambulare, ita vt deniq; cor defendat, & ei⁹ humiditates custodiat. Quare reges & principes de partibus orientalibus & meridionalibus (vbi scilicet exhibendi venena clandestine, vt homines moriantur: hæc pernicies nefandissima accepit originem & inualuit) quotidie vsq; nūc, semper in suis cœnis & prandijs terram comedunt sigillatam, & ideo sigillo regum talis terra sigillabatur; inde terra sigillata est vocata: nūc autem perijt fides sigillorum, quoniam tam inelegans quàm elegans ad nos sigillata portatur. Et est sciendum, quòd Rasis, & ipsa experiētia hoc testatur. Dicitur in libro diuisionum, quod ad venenum napelli, parum theriaca aut nihil prodesse videtur: quapropter ad aliud remedium prorsus est confugiendū & non tam in pauco temporis spatio, in quo necesse est napelli virtutem, ne ad cor transeat, impedire: contemnere artem medicinæ in specie theriacę quod est, quia si non citissime impediatur, moritur homo in vno die, vel in tribus. Sed de hoc infra dicetur, vbi singulares medicinas, ad singulare venenum inducam.

ca. 141. p⁹ priu.

B

De signis & curis cuiuslibet singularis veneni propinati, & primo de argento viuo. Cap. V.

Ille qui argētum viuum sumpserit dolorem patietur intestinorum & laterum, aut grauedinem, & ad vltimum perducit ad epilepsiam vel ad apoplexiam, & tunc cadit & interficit. Quod si fuerit extinctum, vel sublimatum, corrosionem facit intestinorum, & morsurā, & fit grauedo linguæ & stomachi, & apostematur cor, & moritur. Et eius cura est clystere cum adipe anatis vel butyro, & deinde reiteretur cum aqua mellis, & si fuerit creditum, quod fuerit extinctum, vel sublimatum, vomitus prouocetur, & hoc statim antequam ad intestina descendat. Quoniam tunc penitus intestina excoriaret, & sanguinem exire faceret, & tenasmum induceret: Tunc enim cum clysteribus solum esset intendere, & expedita argenti euacuatione, erit attendendum ad accidentia derelicta, quæ tria esse consueuerunt. Vnum, mala complexio humida, & frigida in intestinis. Secundum, est debilitas cordis & tremor. Tertium, vulnera in stomacho uel intestinis. Et primo opponemus nos cum rebus confortatiuis, stipticis, calidis, & desiccantibus: dabimus ergo tunc myrrham & castoreum decoctum in vino, & saluiam, & rutam tritā, & cum aqua, in qua nuces cypressi sunt bullitæ, potui propinabimus. Et ad secundum opponemus nos, cum exhibitione diamargariton, & diamusci amari. Et tertio opponemus, cum medicinis sigillantibus vulnera assumptis per clystere, si fuerunt vulnera in intestinis, in potu, si fuerint in stomacho, & horum summa erit trifera minor, aut vinum rubeum, in quo myrobalani cocti fuerunt. Et si vrina fuerit retenta ex potu argenti viui, tunc ponemus eum in balneo aquæ calidæ, & postea supponemus vesicæ spongiam infusam in decoctione iuniperi, & seminis apij pluribus vicibus, & dabimus in potu vinum purum optimum, in quo bullita fuerit radix cyperi, & vngemus mentulam, & testiculos, cum oleo rutaceo, & iunipero, & eius bezoar est costos &c.

Sublimatum.

Cura.

C

Accidētia quę fum. ptū argentum viuū sequunt.

D

De gypso. Cap. VI.

Ille cui datū fuerit in potū gypsum, habebit difficultatem anhelitus, & frigiditatem in stomacho, & stipticitatem ventris, & labia alba, vt mortificata: Et ei⁹ cura erit, ut bibat aquam calidam butyro & euomat. Deinde bibat iterum aquam calidam cum melle, & euomat & postea dentur sibi in potu mithridatū drachmæ duæ cum optimo vino. Et si stipticus remansit, clysterizetur cum adipe anatis, & vngatur vēter cum oleo de cheruia, & eius bezoar est stercus muris tritum & bibitum, & detur ex eo cum vino drachma vna.

E

De scoria æris. Cap. VII.

Ille cui data fuerit in potu scoria æris, multum affellabit aut vomet, & cum dolore & punctione in intestinis & stomacho. Et eius cura erit balneum, in quo bullita sint capita hircorum, vel limacium, & dare in potu succum mentæ, & vngere stomachum & ventrem cū oleo rosato calido. Et eius bezoar est succus acori, bibantur drachmę duę cum uino.

De scoria ferri. Cap. VIII.

Ille cui data fuerit scoria ferri, aut eius ærugo exiccabit quotidie, & vēter adhæret renibus & marasmum patitur. Et eius cura est humectare totū corpus cum balneis, in quibus testudines sint bullitæ, & clysterizet uenter cum decoctiōe pedum hœdorum, aut cum aqua mal uauisci, & comedere butyrum recens, & iura pinguia. Et eius bezoar est lapis magnetis tritus, & datus in pilulis, cum tantundem de succo mercurialis, & bletis in modū pillularum, & fit dosis magnetis in vice drachma una.

Magnetis confectio.

F

De lapide magnetis. Cap. IX.

Ille cui datus fuerit lapis magnetis non consolatus, efficitur lunaticus, & melancholicus, aut heroicus. Et eius cura est, ut detur in potu limatura auri, & fragmēta smaragdi simul iuncta cum uino, & clysterizetur cum lacte ouino, & oleo de amygdalis dulcib⁹. Et est bezoar eius smaragdus trita, & data in potu tribus vicibus, in nouem diebus.

De lapide lazuli. Cap. X.

Ille cui datus fuerit in potu lapis lazuli non lotus: patietur subuersionem stomachi, & tristitiam, & solicitudinem. Et eius cura est, bibere lac recens mulctum asinę, omni mane usq; ad dies. vij. & comedere auiculas assatas in speto. Et eius bezoar est charabe tritum, scru. ij. & datum in potu cum uino.

De Arsenico sublimato. Cap. XI.

G

Ille cui datum fuerit arsenicum sublimatum, patietur excoriationem intestinorum, & stomachi, & arsurā, & dolores mordicatiuos, & sitim, & linguam habebit exiccatam & expuere non poterit, & demum syncopim patietur. Et ei⁹ cura est, vt bibat butyrum cum aqua calida, in qua semina rapę sint cocta: & euomat, & clysterizetur, & deinde cum óleo de amygdalis dulcibus omni die bis, & cibetur iure gallinæ pinguissimæ. Et eius bezoar est crystall⁹ trita subtiliter, & data in potu drachma vna cum oleo amygdalarū dulcium. Et si non fuerit sublimatum, erunt accidentia remissiora, & cura eadem.

De lithargyrio. Cap. XII.

Ille, cui lithargyrium datum fuerit in potu, non poterit digerere, & per uomitum emittet, quod insueuerat per secessum. Et eius cura est, colice per clystere iniectum, factu; ex aqua mellis & adipe gallinæ vel anatis, & dare in potu oleum amygdalarum dulcium, & comedere ficus siccas ante cibum, & ungere stomachum cū succo apij, & uentrem cum butyro. Et eius bezoar est semen cheruę tritum, & datum in potu drachmas duas.

H

De Cerussa. Caput XIII.

Ille cui data fuerit cerussa in potu, patietur uomitum album ut cerussa, & dentes nigros, & dolorem uentris grauatiuum, & egeret sanguinē, & habebit tenasmum. Et eius cura erit, uomitus prouocatus cum aqua, in qua semina rapæ & attriplicis sint bullita, & deinde clysterizare uentrem, & cum brodio caulium coctorum & oleo sine sale, & dare in potu mithridatum aut theriacam cum optimo uino. Et eius bezoar est potus, uini albissimi puri prope inebriationem.

De chalcechumenon. i. uiride æris. Cap. XIIII.

Ille, cui chalcechumenon. i. uiride æris, datum fuerit in potu, oblationem & suffocationem pulmonis & anhelitus

I anhelitus habebit: & quasi non poterit respirare: & patietur solutionem cõtinuitatis in interioribus, & vulnera & ulcera in intestinis, & punctiones corrosiuas. Et eius cura erit statim cum vomitu procurato, cum butyro & aqua calida, & sæpe reiterato, & deinde inijcere clystere factum cum lacte asinino, & oleo de amygdalis dulcibus, & deide dare in potu de terra sigillata drachmã unã cum vino albo, & deinde si non confert, fiat balneum in tina, vbi sit oleum oliuarum in tanta quantitate, ꝙ non attingat ad stomachũ. Et eius bezoar est corallus rubeus tritus & datus in potu cum uino, drach. ij.

De plumbo vsto. Cap. XV.

Qui datur plumbum vstum, non potest loqui, & moritur suffocatus, & vox eius non auditur, nisi sicut plumbum, & eius labia & lingua plumbina sunt. Et eius cura est dare theriacam magnam drach. ij. omni die vsq; ad. v. dies, cum aqua mellis, & induere pelles vulpinas vel ouinas nouas, & intrare ventrem mulæ
K vel asinæ calidæ, & reiterare introitum sæpe. Et eius bezoar sunt grana citrorum, mundata & trita, & data in potu cum vino cocto dulci, drach. ij.

De asuro minio aut cenabrio. Cap. VXI.

Qui datur asurum, aut minium, aut cenabrium, patietur vomitum, & ventris stypticitatẽ, & in vomitu discernetur per colorem vnumquodq; ipsorum. Et cura omnium prædictorum est eadem. Detur ergo in potu butyrum cum aqua calida, in qua semina rapi sint bullita, & euomat post vomitũ spõtaneum, deinde clysterizetur cum aqua mellis & oleo. Et eius bezoar est spodium, quod fit de ebore combusto datum in potu cum vino drach. ij.

De realgare. Cap. XVII.

Qui datur realgar in potu, patietur sitim, & exæstuationem & exiccationem, & consumptionẽ humiditatis, ita ꝙ nisi ei succurratur, aut mo
L rietur, aut paralyticus & cõtractus remanebit. Ego vidi & curaui iuuenẽ, cui datum fuit cum hepate porci assato realgar tritum, & euasit mortem ab eo, & remansit circa omnes iuncturas, quasi immobilis ex nimia siccitate. Et eius cura est vomitus cum butyro & aqua calida sæpe iteratus, & clysteria cum lacte asinino iterata, et dare in mane in potu omni die vncias. v. de lacte asinino, & cibare cum ficubus pinguibus, & vngere totum corpus ex oleo de amygdalis dulcibus, & sedare sitim ipsius cum iuleb. Et eius bezoar est oleum de nucellis pini, datum in potu statim, vel in prima die, vnc. iiij.

De cicuta. Cap. XVIII.

Ille cui datus fuerit in potu succus cicutæ, stuporem et sensum perdet. Ex eo Socrates ab Atheniensibus fuit interemptus. Et eius cura est, in potu sumere theriacã drachmas duas distemperatam cũ decoctione dictami.
M Et eius bezoar est, gentiana trita & data in potu, drachmæ duæ cum vino.

De succo tithymalorum. Cap. XIX.

Ille, cui datus fuerit succus tithymalorũ, patietur fluxum ventris, & vomitũ, & accidentia cholericæ passionis. Et eius cura erit, theriaca magna cum vino, in quo dictamus fuerit bullitus. Et eius bezoar est, muria trita & potata cum vino, drachma vna.

De succo cucumeris. Cap. XX.

Ille cui datus fuerit in potu succus cucumeris asinini, patietur excoriationem in gutture, & solutionem vẽtris & dolorem intestinorum. Et eius cura est, theriaca magna cum decoctiõe baccarũ lauri & mellis, drach. ij. Et eius bezoar est succus mentę, vncia vna.

De succo vsneæ. Cap. XXI.

Ille cui succus vsneæ datus fuerit, patietur decursum humiditatum superfluarum ad os, & guttur: ita vt

N strangulari videatur. Propter quòd hæc herba strangulatrix ab Hippocrate lupi vocatur: strangulat enim lupos ipsam comedentes. Et eius cura est, sumere in potu de terra sigillata statim drachmas duas cũ aqua calida, & euomere: & deinde post illud accipe de theriaca drachmas duas cum vino decoctionis gentianæ. Eius bezoar est Aristolochia longa.

De radice bothormarien. Cap. XXII.

Qui datur in potu succus aut radix bothormariẽ, patietur strangulationem, & quasi suffocationẽ, propter quod vocatur panis porcorum. Et eius cura est baccę lauri tritę drachmæ duæ datæ in potu. Et eius bezoar est piper album tritum drachmæ duæ.

De succo coriandri. Cap. XXIII.

Qui succus coriandri datur, patietur quasi destructionẽ intellectus, ac sicut ebrius videatur, & tandem moritur stupide. Et eius cura est theriaca ma
gna. ʒ. ij. cum optimo vino. Et eius bezoar est herba, quę dicitur vincetoxicum: data in potu drachmæ. ij. O

De succo mandragoræ. Cap. XXIIII.

Qui datur in potu succus mandragoræ, aut poma eius, aut radix eius, ruborem in facie & oculis, & stuporem in mente, & mẽtis alienationẽ, & amentiam, & somnum profundum patietur. Et eius cura erit, sumere in potu statim theriacam magnam distemperatã cum optimo vino, & tardare comestionẽ per diem vnã, & bibere optimum vinum purum, & odorare acetũ forte. Et ei⁹ bezoar est radix raphani comesta omni die vsq; ad tres dies cum pane & sale.

De succo papaueris nigri. Cap. XXV.

Qui datur succus papaueris nigri, patietur stuporẽ mentis, dormitationem, & hebetiam, vt illi qui oleum comedunt. Et eorum cura est, bibere theriacam magnam, & dyacastoreum, & oppopiram, aut cõfectionem de anacardis drachmas duas cum vino. Et ei⁹ P
bezoar est allium crudum.

De opio. Cap. XXVI.

Qui datur opium in potu: si cogatur vomere, apparebit odor opij in vomitu, & erit hebes, & piger, & dormitans absq; sensu, & non intelligens, neq; sentiens: & si non succurratur ei, morietur. Et eius cura est, altissimum uinum, & fricare extrema cum nitro & sapone, & prouocare sternuationem cum pipere intromisso in nares. Et eius bezoar est castoreum tritum, & datum in potu cum vino drach. ij.

De succo scamoneæ. Cap. XXVII.

Ille cui succus scamoneæ datus fuerit in potu, patietur cordis defectũ, & syncopim, & sitim, & exæstuationem, & dysenteriam, & febrẽ. Et eius cura est, potare aquam hordei sæpe, & ingredi balneũ aquæ tepidæ deinde post illud bibere syrupum rosarum & buglossarum tota die, & prouocare somnũ, & odorare nenufar, Q
& rosas, & myrtum, & cibare eũ cibo facto cũ sumach, vel berberis, & emplastrare vẽtrem & stomachum, cum pulpis citoniorum. Et eius bezoar est herba, quæ vocatribes & eius succus.

De apio risus. Cap. XXVIII.

Ille, cui datum fuerit in potu apium risus, facit hominem extra mentem, & continue ridet. Propter hoc vocatur apium risus. Et eius cura est prouocare somnum cum potu boni vini inebriantis. Et eius bezoar est succus melissæ cum aceto datus in potu.

De succo cheruæ. Cap. XXIX.

Ille, cui succus cheruæ datus fuerit in potu, patietur vomitum continuum, & dolorem ventris. Et eius cura erit theriaca magna, data in potu drachmæ duæ cum vino optimo calido. Et eius bezoar est hypericon.

De

A

De succo napelli. Cap. XXX.

Ille, cui succus napelli, siue eius fructus, siue eius substantia data fuerit, in spatio vnius diei, aut trium moritur, & patitur ante hoc syncopim, & defectum cordis, & denigrationem, & desuscationem paulatim omnium membrorum, & deinde tumet totum corpus, & oculi eius foras prominent, & linguam in ore continere non potest. Succurratur ergo instanti dando terram sigillatam, distemperatam cum butyro & aqua, & euomat, & statim exhibeatur smaragdus optime trita drachmas duas cum vino, & super cor ponatur sericum tinctum in grana infusum in succo buglossæ & aqua rosata, & reiteretur, & deinde serui sugant cum ore extremitates corporis, sed ipsi morienf, nisi acceperint de smaragdo. Et eius bezoar est muscus, qui nascitur in radice napelli, exiccatur, & datur ex eo in potu, drach, ij.

De succo oleandri. Cap. XXXI.

B

Ille, cui succus oleandri, et eius cornua vel eius cortex dat⁹ fuerit in potu, patietur syncopim, & tribulationem cordis, & anxietates. Et eius cura est, sumere dia castoreum datũ in potu drachmas duas. Et eius bezoar est, granum iuniperi, tritum in quantitate drachmarum duarum cum vino.

De succo mezereon. Cap. XXXII.

Ille, cui succus mezereõ datus fuerit in potu, patietur fluxum vẽtris, & sitim, & anxietatem, & excoriationem intestinorum. Et eius cura erit syrupus rosatus, cum aqua hordei & odorare fructus frigidos, & odoriferos. Et eius bezoar est origanum assatum & bibitum.

De succo hellebori. Cap. XXXIII.

Ille, cui succus hellebori datus fuerit, aut radix ei⁹, patietur strangulationem gutturis, & pręfocationem, et fortassis suffocatur subito: & ideo vocatur strangulator carnis. Et eius cura est sumere in potu statim aquam

C

mellis, & quiescere in loco separato, & deinde detur bezoar eius, quod est flos nenufaris siccus, & tritus, drachmas duas.

De alphesira. Cap. XXXIIII.

Ille, cui alphesira data fuerit, patietur excoriationem vẽtris, & vomitum. Eius cura erit, dare in potu aquã mellis, deinde tribuere citonium assatum. Et eius bezoar erit anagallis.

De succo Bryoniæ. Cap. XXXV.

Ille, cui succus bryoniæ datus fuerit, patief scotomiã, & stoliditatem, & angustiam spirit⁹. Et eius cura erit theriaca drachmarum. ij, cum vino decoctionis enulæ. Et eius bezoar est piper.

De cornibus spicæ. Cap. XXXVI.

Ille, cui cornua spicę data fuerint, patietur torsionem ventris, & nauseam. Et eius cura est theriacæ drachmæ duæ cum decoctione vini, in quo dictamus sit bullitus.

D

De cornibus oleandri. Cap. XXXVII.

Ille, cui data fuerint cornua oleandri, aut qui comederit assaturam in veru exciso, ex oleandro: aut qui dormierit sub vmbra oleandri, aut qui biberit aquam fluminis: sub cuius ripis crescit oleander, cuius copia est in insula Sardiniæ, & ego expertus sum illud & vidi, patietur æstuationem, & amentiam, & rugitum ventris, & si balneum fuerit calefactum ex oleandro, balneatus syncopim patietur in balneo. Et eius cura, & bezoar, dicta sunt supra in capitulo de succo oleandri.

De cornibus beduguar. XXXVIII.

Ille, cui in potu data fuerint cornua beduguar, patietur difficultatem transglutiendi. Et eius cura est, bibere oleum de amygdalis dulcibus. Et ipsius bezoar sunt mora celsi.

De anacardis. Cap. XXXIX.

Ille, qui assumpserit anacardos, patietur incensionem in gutture vehementem, & qñq; inflabitur, & acutam faciet ægritudinem, & mentis alienationẽ. Et eius cura est, cum rebus vnctuosis, sicut oleo amygdalino, sisamino, & butyro, & lacte, & iuribus gallinarum, & si dolorem habebit in intestinis, tunc conueniens est balneum, & si inducunt febrem acutã, tunc est conueniens vti attenuãte diæta, & frigida, & humida. Et si fuerit mentis alienatio, puocetur somnus cũ semine lactucæ, & papauere albo. Et eius bezoar sunt grana pini torrefacta & comesta. E

De nucibus & auellanis. Cap. XL.

Ille, qui comederit nuces aut auellanas rancidas, patietur accidentia mala, scilicet nauseam & deiectionẽ appetitus, & vomitum, & debilitatem virtutum animalium. Et eius cura erit rob citoniorum, & rob pomorum. Et si acciderit ei eructatio, habẽs odorem lini putrefacti, tunc posset mori, & eius cura erit diaciminum, vel diapericon, & detur ei in potu vinum purum, & fomentetur stomachus cum oleo nardino.

De malo castoreo. XLI. F

Ille, cui in potu datũ fuerit malum castoreum, patief clamorem, & rixam, & dolorem, & linguam habebit foris prominentem, & febrem. Et eius cura erit uomitus cum butyro, & aqua mellis: donec vomitus minime habeat odorẽ castorei. deinde detur in potu rob mororum, aut limonum. Et eius bezoar sunt semina coriandri assata & trita, drach. ij.

De malis fungis. Cap. XLII.

Ille qui comederit malos fungos, & præcipue: qui nati fuerint super ferrũ, aut super anabulla, uel malo terræ vel in locis thermarum, suffocabitur, & dolorem patietur in pectine, & prohibebitur ei vrina, & dolores habebit in uentre. Et si odorauerit malum fungum, & tubera mala, patietur epilepsiam, & fortassis morietur. Et ante illud erit ei propinandum vinum optimum, in quo piper nigrum sit bullitum. Et deinde clysterizare ipsum cum aqua mellis, & sale, & fomentare fęmur cũ oleo nardino. Et eius bezoar, qñ decoquuntur fungi, aut comeduntur, sunt pira incisa in frusta, & simul decocta. Et bezoar post comestionem ipsorum est allium crudum. G

De nuce vomica. Cap. XLIII.

Ille, qui nucem vomicam biberit, vel comederit, habebit vomitum pessimum: & dissolutiones virtutis. Et eius cura est rob citoniorum & myrtillorũ & pot⁹ albi vini. Et eius bezoar est cortex citri.

De coloquintida. Cap. XLIIII.

Ille, qui coloquintidam solitarie natã, in arbore sua, comederit, venenum letale sumpsit. Et nisi succurratur ei, subito morietur in tertio die. Cuius cura & bezoar simul & semel, erunt smaragdus optime trita, data in potu, drach. ij.

De fico Pharaonis. Cap. XLV.

Ille, qui comederit ficus Pharaonis, statim patietur febrem: & fractionem totius corporis, & videbitur ei, quòd sit hydropicus. Et hoc ego vidi in Sardinia in ducatu Galuriæ, vbi istarum ficuum est abundantia, qui vnam comedebat, patiebatur vnam febrem, & qui duas, duas, & qui tres, patiebatur trinã febrem, & vt plurimum, istæ febres erãt tertianæ. Et cura eius est aqua hordei parata, aut serum caprinum. Et eius bezoar sunt grana, siue semina cucumeris mundata, & trita, & data in potu, drach. ij. H

Febris prouocata ex comestiõe ficuum.

De semine iusquiami.

Caput. XLVI.

Hyosciami

Ille, cui in potu data fuerint semina iusquiami, patietur ebrietatem, & mentis alienationem, & stuporem, & immobilitatem omnium membrorum. Et eius cura est, piper longum tritum, & datum in potu, drachmæ duæ. Et eius bezoar sunt grana phisticorum comesta vel bibita.

De

I De granis cocognidij. Cap. XLVII.

ILle, cui in potu data fuerint granã cocognidij, patietur vomitum, & fluxum ventris, & tribulationem in stomacho. Et eius cura est theriaca magna drach. ij. cum vino. Et bezoar eius amygdalæ amaræ.

De baccis lauri rancidis. Caput. XLVIII.

ILle, qui comederit baccas laurinas rancidas, patietur accidẽtia, quę patitur, qui comederit nuces rancidas. Et cura eius, & bezoar erunt similia.

De cataputia. Cap. XLIX.

Cataputia ex tithymalorũ specie bus est.

ILle, qui comederit semẽ cataputiæ, patietur accidentia, quæ patitur qui biberit gyrasolẽ, quæ superius dicta est chensa. Et cura eius, & bezoar sunt eadem.

De semine vrticæ. Cap. L.

ILle, qui comederit semen vrticæ, patietur gutturis, & oris, et linguę excoriationem, & arsuram, & ardorem
K in mictu. Et eius cura est, oleum amygdalinum dulce potare. Et eius bezoar sunt grana citoniorum trita, & potata cum aqua calida.

De semine papaueris nigri. Cap. LI.

ILle, qui biberit vel comederit seminã papaueris nigri patietur accidẽtia, quæ patitur, qui opium sumpserit, licet remissiora. Et cura & bezoar idem sunt.

De semine hellebori. Cap. LII.

ILle, qui biberit vel comederit semen hellebori, patietur accidentia, quæ patietur, qui succum aut radicem hellebori biberit. Et cura & bezoar est vna.

De semine cicutæ. Cap. LIII.

ILle, qui biberit semen cicutæ, patietur accidentia illa, quæ passus fuit, qui succum eius biberit, et licet magis remissa. Et cura & bezoar sunt eadem.

De semine humidi coriandri. Cap. LIIII.

ILle, qui biberit, vel comederit semina humidi corian
L dri, patietur accidentia similia, quæ patitur, qui succum eius biberit. Et eius cura, & bezoar sunt eadem.

De semine serpentariæ. Cap. LV.

ILle, qui comederit semen serpentariæ, patietur stridorem, & punctionem gutturis, & dentium, & superęstuationem & feruorem. Et eius cura est, butyrum recens bibitum. Et eius bezoar est succus farinæ hordei, decoctæ in aqua.

De morsibus aut puncturis ab aliquibus animalibus venenosis. Cap. LVI.

venena ex pũctura & morsione, aialium.

SI vero aliquis morsus fuerit, aut punctus ab aliquo animali venenoso, & ignoretur, cuius sit punctura, tunc stringatur locus puncturæ, & ponantur super ipsum ventosæ cum scarificatione, & sugatur locus cum ore seruorum, et deinde super locum ponantur cancri triti: ꝙ si locus venire cœperit ad corruptionem, abscindatur membrum, si fuerit locus aptus: aut mẽbrum aptum ab
M scisioni, ꝙ si non, cauterizetur. Nam quando inceperit locus denigrari aut putrefieri, erit signum, quòd pũctura fuerit animalis pernitiosi: dum autem non inceperit tendere ad putrefactionem & corruptionem: quãuis sit vehementis doloris, cum nondum sit ei velox perambulatio in corpore. Nõ est malum, nisi punctura fuerit iuxta cor, aut arteriam magnam.

Signa & cõiecturę: quibus deprehendimus morsus esse letales.

De morsu viperæ. Cap. LVII.

ILle vero quem momordit vipera: summa medicinarum & bezoar est ei theriaca magna, & fortassis confert mithridatum, & medicamen de asa fœtida, & butyrum vetus, & medicamẽ de cherua & comestio alliorum, & potus vini puri.

De morsu scorpionis. Cap. LVIII.

MOrdicationi autem scorpionum, confert vaporatio olei, & alliorum, & theriaca diatessaron, & oleum antiquum linitum. Et eius bezoar est corpus scorpionis tritum, & superpositum loco.

De morsu aranearum. Cap. LIX. N

MOrdicationi aranearum cõfert succus pomorum, aut pyrorum, aut oppositio ferri frigidi iterati. Et eius bezoar est endiuia.

De morsu rutulæ. Cap. LX.

MOrdicationi autem rutulæ, confert balneum calidum valde, & sepeliri in arena, aut cinere calido, & bibere puluerem de nigella.

De morsu apum. Cap. LXI.

MOrdicationi autem apum, et puncturæ, confert epithema cum boloarmeno, & aceto, & camphora, & qui manus suas & faciẽ, succo maluæ abluerit, non pungetur ab apibus.

De mordicatione animalium. Cap. LXII.

SI autem mordentia animalia, aculeos aut dentes in locis morsis dimiserint: tunc oportet, vt locus fricetur cum oleo, & cinere suauiter, & deinde fiat empla
strum super locum ex fermẽto, cum oleo, & sic aculei vel O dentes venenosi educentur.

De morsu canis. Cap. LXIII.

SI autem aliquis morsus fuerit a cane, & dubitetur, vtrum fuerit rabiosus vel non, fricetur buccella panis sub loco morsurę, & deinde illum exhibeat alijs canibus, quem si renuerint, rabiosus erit: si vero comederint, minime. Signa autẽ, ꝙ sit rabiosus præter hoc sunt, ꝙ canis linguam proijciat extra, & intromittat caudam suam inter coxas suas, & raucam habet vocem, & ꝙ abhorreat canes sanos & viros, & ꝙ mordeat dominos domus suæ, & omnes qui ei obuiant, & fugiant ab ipso canes. Et qui morsus est, nisi pręcaueat, & curetur infra quadraginta dies, efficietur hydroforbicus, idest tenẽs aquã. Quod est, quia propter rabiem efficitur siticulosus, & appetit aquam, & cum viderit eam, imaginabitur canes esse in aqua, & moriens siti, præ timore immanium canum fugiet aquam, & tunc non est spes salutis. Et cum proce
dit in ægritudine, efficitur & ipse rabidus, & emittit sper- P ma in pollutione sua, in modum catulorũ, & quandoque egerit phlegma, in modum catulorum. Quod est, quia imaginatio continua, quam habet de cane: sigillat in humiditatibus suis figuram canum. Et scias, ꝙ si equus, & mulus, & asini, & simia, & homo patiũtur rabiem, circa maximũ frigus, aut circa maximũ calorem eã patiunt. Q. eius cura est, vt super locum morsus ponant ventosę cum scarificatione, & ponantur desuper allium siue cepe tritum, & confectum, cum butyro vaccino, & sumat in potu electuarium cancrorum fluuialium, et intret balneũ omni die, & laboret in cura hecticorum, & melancholicorũ, & balneetur ante. xl. dies in aqua maris. Et eius bezoar sunt cãcri fluuiales adusti & puluerizati, & dati ex eis drach. iij. in potu omnibus tribus diebus.

Signa qb° accipi[illegible] mus canes esse rabiosos. Aliud signum.

Hydrophobicus, [illegible]

De Cantharidibus. LXIIII.

SI autem cantharides quis biberit, patietur mictum
sanguinis, & æstuationem, & accidentia pernitio- Q sa. Et eius cura est, vt sumat in potu lac ouium cum oleo amygdalino, deinde curentur ulcera vesicæ. Et eius bezoar erunt grana alkekengi numero decem.

De lacte. LXV.

SI aũt quis lac biberit, fueritque coagulatum in stomacho, patietur stomachi mollificationem, & nauseam, & sudabit sudore frigido. Et eius cura erit, bibere acetum fortissimũ, postea sumat de asa fœtida. ℥. i. aut syrupo acetoso unciam vnam, vice vna post vicem.

De assatura suffocata. Cap. LXVI.

SI aũt quis comederit assaturam suffocatam, quæ inuoluitur in pannis, cum extrahitur ex furno, patietur vertiginem similem epilepsię. Et eius cura est, vt euomat, et postea sumat in potu rob fructuum stypticorum, & saccarum rosatum, cum. ℥. i. aloes, & mastiches, quærat somnum & ingrediatur balneum.

De piscibus

A

De piscibus frigidis. Cap. LXVII.

SI aūt quis comederit pisces frigidos, quibus post ei⁹ captionē aduenerit vna dies, aut duo, aut si quis carnes pridie, vel ante tertiā, uel quartā diē occisas, aut morticinas, aut percussas à fulgure, & tempestate mortuas, aut morbo pestilentiali peremptas, accidit, quod superuenit ex comestione malorum fungorum. Et cura eorum est, vt euomat, & sumat in potu vinum purum cum pipere, & curetur cura fungorum, prÿter, quod non comedat pyra.

De cerebro Cattæ. Cap. LXVIII.

ILle, cui in potu datum fuerit cerebrum catte, patietur stoliditatem, & prÿstigiare videbitur. Et eius cura est, terra sigillata, & vomitus cum ipsa, omni mense bis, & accipere de cōfectione diamusci omni die summo mane. Et eius bezoar est muscus tritus scrupulum semis, & datur in potu cum vino albo.

B

De extremitate caudæ cerui. Cap. LXIX.

ILle, cui extremitas caudæ cerui data fuerit, patietur accidētia napelli. Et eius cura est potio smaragdi, scrupulum semis triti datum in potu cum vino, et deinde fricatio totius corporis, cum oleo facto de semine citri. Et eius bezoar est theriaca magna drach. ij.

De sanguine bouino. Cap. LXX.

ILle, cui in potu datus fuerit sanguis bouinus vetus, patietur mortificationē, & euomat vomitū coagulatū. Et eius cura est acetum acerrimū calidū, deinde vomitus, deinde theriaca, deinde balneū aquæ calidæ.

De sanguine bufonis. Cap. LXXI.

ILle, cui in potu datus fuerit sanguis bufonis, patietur difficultatē anhelitus, & cordiacæ accidentia, & si quis sputū ipsius sumpserit, erit prope mortē, sicut qui napellum biberit. Et eius cura est, potio smaragdi scrup. i. deinde intrare corpus animalis quadrupedis magni, vt

C

est bos, asinus, vel mulus, vel equus, & reiterare illud, deinde theriacæ, drach. ij. bibere. Et eius bezoar est lapis inuentus in capite bufonis, qui apud lapidarios vocatur borras, vulgariter trepanidę.

De sanguine hois cholerici rufi. Cap. LXXII.

ILlę, cui in potu datus fuerit sanguis hominis cholerici rufi, extractus in tempore rixę suę, aut furoris, patietur furores mentis, & permistionem intellectus, & inuerecundiā, deinde paulatim exiccabitur. Et eius cura est bibere aquam cucumeris palestini, & masticare grana ipsius, & deglutire succum, & potare syrupum nenupharinū. Et eius bezoar est trociscus vnus de thiro.

De sanguine mēstruo aut leprosi. Cap. LXXIII.

ILle, qui sanguinem menstruū, aut leprosi biberit, videbitur esse prÿstigiatus, & Lunaticus, maleficiatus, et obliuiosus. Et ei⁹ cura est, potare margaritas tritas, ʒ. i. cū aqua melissæ, & balneari in aqua tepida, & coire

D

cū puella secundū legem, & conuersari & amplectari cū puellis & iuuenculis. Et eius bezoar est comedere serpentes, à quibus caudæ, & capita per palmū sunt abscisa.

De morsu hominis ieiuni. Cap. XXIIII.

ILle, qui morsus fuerit ab homine ieiuno, ponat super morsuram stercus gallinæ, alioquin patietur vlcus venenosum, & difficilis sanationis.

De morsu serpentis vlmo. Cap. LXXV.

ILle, qui fuerit morsus à serpente vlmo, statim liget locū cū coreo cerui, & deinde supponat theriacā, & de ipsa bibat, & circa cor apponatur smaragdus, & corallū, vt margaritas, & locū morsurę faciat fugi à seruo.

De felle Leopardi. Cap. LXXVI.

ILle cui in potu datū fuerit fel Leopardi patiet accītia napelli, & viperæ. Et eius cura, & bezoar sunt vna.

De Salamandra. Cap. LXXVII.

ILle, qui biberit Salamādram, patietur accidētia cantharidarum. Et cura eius & bezoar est vna.

De lepore marino, aut rana marina. Ca. LXXVIII. E

ILle, cui lepus marinus, aut rana marina data fuerit in potu, habebit vomitū vnctuosum, & totū eius corp⁹ efficitur turgidū, & inflatum, sicut hyposarca, & foetebit eius anhelitus. Et eius cura est, festinus vomitus, cū butyro, & aq̄ mellis, et deinde sumere post illud theriacā diatessaron p̄ tres dies, & cibari carnib⁹ passerū, & potare bonū vinū. Et ei⁹ bezoar ē caro vulpis assata et comesta.

De morsu muris, simię, & cattæ. Cap. LXXIX.

QVi vero à mure, & simia, & catta morsus fuerit, super morsuram ponat stercus gallinæ, & curet illud, vt in morsu hois ieiuni dictum est.

Descriptio bezoarticæ virtutis ad vnūquodq; venenū, et de duabus difficilibus q̄stionib⁹. Ca. LXXX.

BEzoar antonomastice dicitur de quodā lapide qui sic vocatur, cuius propria & specifica virtus ad letale venenum est, liberans à morte subito, absque vllo medici ingenio. Et ideo de oi medicina, qua liberare potē a morte hoiem, ab aliqua ægritudine, vel veneno, dici pōt q̄ sit bezoar illius morbi, siue sit illa medicina lapis, vel granū, vel succus, vel aliqua cōposita medicina. Et qui illū lapidē habet, tutus est ab oi mortali ueneno. Teritur etiam, & datur in potu de ipso. ʒ. i. Et per ipsum dicunt fuisse liberatum regē Angliæ dn̄m Eduardum in ciuitate Aaron, q̄n uulneratus fuit per Passiasynum Soldani gladio toxicato. Hunc autem lapidē ei tribuit generalis prÿceptor templi, & ego consimilem vidi. Est autē rubeus, pursulentus, leuis vt spongia, et frangibilis, vt gypsum. Habet aūt quodlibet venenum, tā minerale, q̄ vegetabile & aiale, propriā medicinam oppositā ei, à qua oppositione virtute specifica fit liberatio mortis ab illo veneno. Et ideo bezoar est vnicuiq; veneno illa medicina, quæ absq; virtute elementari curat tale venenum. Et de quolibet bezoar, iam supra expediui tractatum, in cura cuiuslibet veneni, in fine descriptionis, ne sit amplius necesse recapitulare tractatum.

F

Bezoardica medicina vnde dicatur.

Historia e Rege Anglico p Bezoar lapidem a veneno liberato.

Bezoarticus lapis q̄lis.

De q̄stione vtrū theriaca &c. Cap. LXXXI.

G

ESt aūt quęstio, vtrū theriaca magna sit bezoar. i. à forma specifica, liberans à veneno, an materię elementaris, liberans à cōplexiōe, nō à forma. Et uoluerunt quidā dicere, q̄ oino erat bezoar, fundantes se super ratione Galeni, qui cū Andromachū philosophum respexisset, qui primo theriacā inuenit, & eā probauit nū quā prodesse, nisi in morbis frigidis, propter oppositionē multarū rerū calidarū, et in morbis calidis propter oppositionē multarū medicinarū frigidarū, quæ in ipsa intrant. Et hoc dixit Gal. illam theriacā Andromachi esse mediā complexione, sed ipse adiungens carnes thirorū, & terrā sigillatā, fecit eam valere formaliter ad oē venenū, licet ad quędā plus, & ad quędam minus, & ad quędā singulariter data, et ad quędā cū additione. Alij vero dixerūt, q̄ à cōplexione elemētali agebat, q̄cunq; in corpore humano opatur, fundantes se super debilitatē operationis suæ, aut penitus vanitate, q̄n ipsa datur contra napellum, vel contra viperā, vel contra fel leopardi, & breuiter contra quodlibet venenū letale secundum specificā formam. In quibus parū, aut nihil videtur conferre, vt dixit Rasis. Solutio aūt huius dubitationis est, q̄d curatio cuiuslibet veneni quatuor modis cōtingit. s. quia aut frangitur acumen veneni, aut substātia eius resoluit, aut ipm expellitur, aut ipm p̄ oppositionē specificā corrūpitur, & ab eo eius virt⁹ prorsus aufertur. Exemplū p̄mi, est opiū, q̄d frangit euphorbiū, & castoreū, q̄d frāgit opiū. Exemplū secundi, est terra sigillata, & allium, quæ substantiam veneni, aut per vomitum, aut per sudorem resoluūt. Exemplū tertij, est smaragdus, q̄ venenū fugat, & attrahit, vsq; in extremitates membrorū. Exemplum quarti, est forma specifica opposita veneno, quę in naturalibus inuenit, vt in lapide bezoar, et in artificialib⁹, ut

H

Curatio cuiuslibet veneni q̄tuor modis contingit.

I in diuina & nobili cõpõne theriacæ, & pmistione oium singularium medicinarum, simul cõfectarum resultatione. Et quia in theriaca est virtus cõpſonalis: multarum medicinarũ, venenum frangentiũ: iõ bene dcm̃ est, qđ theriaca est medicina cõplexionalis ad venena: & expõne tali resultat res diuina, quę potius est ab extra, q̃ ab intus. s. forma artificialis, quæ omni veneno opponit: & ideo bene dictum est: quod ipsa bezoar est omnibus venenis: licet magis, & minus. Et licet quædã sunt, magis bezoar ad quædam venena, q̃ ipsa. Verum ipsa est ad omnia. Et ideo mater omnium medicinarum, à medicis est appellata.

Theriaca mater omnium medicinarum

Petri de Abano de venenis liber finit.

De lapide Begaar ex Pandectis.

Lapis Begaar latine, vel lapis liberans à venenis Arabi. Hager. Begaar. Begaar est nomen Persicũ, & est expellens nocumentum, & hoc nomen cadit
K in vim: & est, q̃ cadit super omnẽ medicinã conuenientẽ alicui veneno, eo q̃ resistat virtuti eius, & expellit nocumentũ eius propter, pprietatẽ, quę est in eo, & fm̃ q̃ cadit super lapidẽ notum, qui cõuenit oibus venenis calidis & frigidis: cum tota sua substãtia, et resistit ei bibitus, aut suspensus super patientẽ. Colores lapidis begaar sunt multi. Nam ex eo est citrinus, velut puluerulentus, & machaici. Et ille qui participat viriditate, et ille qui albedine, Melior vero oĩbus est citrinus, & plus purulentus. Et in hoc differt Exceraſten cum Begaar, et expositio eius est cõtra venenum, & minera est in terra Sui, & Indiæ, & in terris orientis, & multi lapides assimilantur ei, qui non habent suã proprietatẽ nec approximãt ei, & in operationibus aliquibus, & quidã est, qui dicitur cohebori, & marina, et est lapis, in quo non vnus, sed multi errãt, in alio, qui dr̃ chimedes, & est lapis multę bonitatis: mollis tactu, mollitie sine superfluitate. Et idẽ auctoritate Rasis, Begaar est
L lapis citrinus mollis, non habens saporẽ. Vnde & lapis est vergens ad citrinitatẽ & albedinẽ, habẽs colorẽ vini, & est splẽdẽs: sicut lumẽ, & est leuis. Posse Serap. lapis Begaar cõuenit venenis, & qñ bibit ex eo põdus duorum granorum hordei, aut linimẽtũ fiat cũ eo supra morsũ, liberat à morte, et expellit venenũ p sudorẽ, & qñ ponit lapis in anulo, & ponit in ore illius, q̃ sumpsit venenũ: et fugit eũ aliq̃tulũ: cõuenit. Et qñ tãgit cũ illo lapide aculeus Scorpionis, prohibet ab eo potẽtiã pungendi. Et si terit ex eo pondus duorũ granorum hordei, et dissoluatur in aqua, & ponatur in ore serpentis, suffocat ipsum statim, & occidit. Et ego vidi in ipso sufficientiã, ad auferendũ nocumẽtum, & erat lapis ille, quẽ vidi habens vergens ad citrinitatem & albedinẽ, colorem vini, & cũ hoc erat leuis, splẽdens sicut lumẽ. Etiam vidi in eodẽ, sufficientiã illã, quã non vidi in alia medicina simplici. Immo, q̃ et nõ vidi theriacis cõpositis. Vñ lapis iste Begaar cõuenit ueneno
M scorpionis, et idẽ autoritate Raſ. lapis Begaar cõuenit ueneno scorpiõis, qñ portat i anulo, & sculpes in eo imaginẽ scorpionis, signo Sagittario ascẽdẽte, deinde sigilla cũ eo olibanũ Luna existente in Scorpione: qđ tritũ exhibe patienti ad potandũ, & euadet ab dalla anarach. i. à veneno, Vidi lapidẽ Begaar amari à custoditore legis Dei, & est verum, quia ipse emit hunc lapidẽ, & dedit in precium huius palatium Cornubio in principio guerræ.

Colores bezoar lapidis.

Virtus & operatio lapidis Bezoar.

SEQVVNTVR CARMINA DE VENENIS ex Q. Sereno Samonico.

De venenis prohibendis.

VT tutus fias infestæ fraude nouercæ,
Vel quicunq; tuo carpetur liuidus auctu,
Non expectatis eat obuia cura venenis,
Ante cibos igitur iuglandis fœtus edatur,
Produnt electri variantia pocula virus,
Præterea coctæ querno cum cortice lymphæ. N
Conueniunt potu, dimersaue ficus oliuo.
Sæpe etiam raphanum prædixit numen edendum,
Antidotus vero multis mithridatica fertur
Consociata modis, sed Magnus scrinia regis
Cum raperet victor, vilem deprendit in illis
Synthesin, & vulgata satis medicamina risit.
Bis denum rutæ folium, salis & breue granum,
Iuglandesq; duas terno cum corpore ficus,
Hæc oriente die parco consperſa lyæo,
Sumebat metuens, dederat quod pocula matri.

Huius Antidoti & eius compositionis meminit Pli. lib. [illegible]

De venenis datis.

SI nequit infandum præuertere cautio virus,
Proximus ille gradus data pocula pellere cura,
Lac asinæ placidæq; bouis prodesse loquuntur,
Betonicam ex paruo sumunt plerịq; lyæo.
Quòd si hederæ succos (quæ truncos implicat altos)
Instilles paruis, poterunt haud vlla nocere O
Pocula, quæ quisquam sæuis vitiauerit herbis.
Si quis hyoscyamum gustarit lacte capellæ
Exhausto, rabidos poterit mulcere furores.

Ab homine vel à simia morsis.

SIue homo, seu similis turpissima bestia nobis
Vulnera dente dedit: virus simul intulit atrum,
Betonicam ex puro prodest assumere Baccho.
Necnon & raphani cortex decocta medetur,
Si trita admorsis fuerit circumlita membris.

Serpentium morsibus, & venenis pellendis.

CVspide non quisq; longe neq; cæde larissæ
Fulmine non gladij, volucris nec felle sagitta,
Quam cito vipereo potis est affligier ictu.
Quare aptam dicamus opem, succosq; medentes,
Cui nocuit serpens fertur, caput illius apte
Vulneribus iungi, sanat quæ sauciat ipsa.
Vt larissea curatus Telephus hasta.
Proderit & caulem cum vino haurire sambuci, P
Aut coctum raphani librum tritumq; ligare
Siue etiam excelsa folium de mole cupressi,
Mandabit lacteus caprifici succus opellam,
Aut Tithymalus atrox vulnus contrita perungit.
Carduus est nondum doctis fullonibus aptus,
Ex illo radix tepido potatur in amni.
Ceruino ex fœtu commista coagula vino
Sumuntur quæ res membris agit atra venena.
Aut ferulæ radix potatur in hymbre lixi
Betonicæue leues, gallinæ aut iura vetustæ,
Si vero horrendum vulnus fera iaceret aspis,
Vrinam credunt propriam conducere potu.
(Varronis fuit ista senis sententia) necnon
(Plinius vt memorat) sumpti iuuat hymber aceti.
Dicendum: & quæ sit præcox medicina timenti,
Cautio nanq; potest diros præuertere morsus,
Si iecur exectum tardo de vulture portes, Q
Ericis vel si totos perduxeris artus,
Qu asprius attritas vehementi spargis aceto.
Aut tu ceruina per noctem in pelle quiescis,
Aut genere ex ipso dentem portabis amicum.
Toxica præterea qua sint pellenda medela,
Expediam. sanguis poterit prodesse caninus
Qui facili potu antidotos imitatur honestas.
Vis & mirificos cautus prædiscere odores,
Accensis quibus arcetur teterrima serpens?
Aut styracem torres, aut duri vulturis alam,
Vel nepetam, aut frondem rigidæ stirpemq; myricæ.

Ictibus scorpij, & morsibus muris cæci, siue aranei.

SVnt minimæ species, sed diræ vulnera pestis,
Quę magis in tenui latitantes corpore fallunt.
Scorpius & grauis est & araneus: hæc mala semper
Captant securos multa iam nocte sopores,

Et

A Et documenta dedit nobis prostratus Orion,
Magna ꝙ exiguis perimantur membra venenis.
Et cum vulnus atrox incussit scorpius ardens,
Continuo capitur tunc digna cæde retusus,
Vulneribusq; aptus fertur reuocare venenum.
Aut calidis pelagi lymphis loca læsa fouentur,
Siue meri potu dissoluitur improba pestis.
Ad cunctos autem morsus ictusq; minorum
Caseus aptus erit pauidæ de lacte capellæ,
Cumq; hoc assumi debebit origanus herba,
Hæc duo mirificis curabunt icta medelis.
Necnon peniculo calidum annectetur anethum,
Aut viuum sulphur sicca cum fæce lyæi
Exiguo piperis cerebrum consperguto galli,
Quo lita sanescunt depulso membra dolore.
Sin autem muris nocuit violentia cæci,
Quæ sola signauit voluendis orbita plaustris,
Illinc, mira datur vili de puluere cura.

B

Petrus Cararius Vitali Lādo militi splēdidissimo S.

QVI AMORIS gratia Vitalis Lando miles splendidissime, artium, ac vtriusq; iuris doctor excellētissime: Ego Petrus Cararius de monte Silice materiam arduā, ac difficilē in medicina aggredi nō dubitaui, qm̄ & illud vtile satis in ea mihi vr̄ sāgi, quod ab alijs fere oino est sub silētio pertrāsitū. Verum quod etiā plus me promouet in hac materia determinata loqui, fuit, ꝙ qn̄ trāsiuimus ad libellum Conciliatoris de uenenis, inuenimus hāc difficultatem in eo libello promotā cū promissione dilucidationis eius, qđ attn̄ ab eo promissum, executum nō inuenitur. Qua de re siue ardua rei difficultas causa hæc fuerit, aut mortis pręuentus, aut altera: nō desij admirari: & tāto amplius quanto me præcesserunt tot viri illustres, qui tanꝙ tenebrosi discurrere. Cūq; etiā claritas ac magnitudo excellentiæ tui ingenij apud me comprænhensa indubitata sit: ita vt eundem non humanum: sed diuinū prope in magna terraꝝ parte iudicatum sit: non solum in vno gn̄e disciplinæ, veꝝ circumiēs oia, & quāto magis speculabilia sint, tāto circa ea innititur magis. Et ideo hanc mei amore suscipe: & lege, quia eā excellentiæ tuæ trado, vt si quod minus, ꝙ bene positū existat, semp tuæ correptiōi subiacere volo. Vale.

C

QVęritur vtrum possibile sit actionem veneni ad aliquem præcisum terminū limitari, sic ꝙ venenatus ad illum terminum moriatur merito venenositatis & non ante. Et arguitur ad partem negatiuam primo sic. Venenū administratum corpori habet potētiam ipsius corporis humani corruptiuā, & passum potest corruptionem recipere. ergo quando administrat pro tunc siue paruo tēpore, suā perficiet operationē, siue corruptionē, cōsequentia patet. quia agēte potēte, & subiecto disposito necesse est, vt fiat actio si approximātur.

D Tra. 1. in 6. Anš aūt est Aui. 2. cañ. ca. 4. dum dicit. Venenū est qđ corrumpit cōplexionē humanā nō cum cōtrarietate solū, sed cum proprietate quæ est in ipso. Secūdo arguit sic. sit. a. venenū qđ nūc nō interimit, sed interficiet vsq; ad annū fm te: & arguitur sic. a. pro aliquibus mensibus nō interficit, & postea interficiet. ergo aliquid de nouo ꝑducetur in. a. qn̄ interficiet qđ ante in eo nō erat, quo dato, cū illud non possit esse nisi certa qualitas. quęro igitur a quo illa qualitas producet, siue sit caliditas, siue frigiditas, aut mala proprietas. nō pōt dici ab. a. quia nihil agit in seipsum producēdo aliquid qđ nō habet nec fm totū nec fm partē. neq; pōt dici a caliditate corpis nostri, primo, quia nihil agit vltra gradū ꝓprium, tum ēt quia caliditas nō est frigiditatis ꝑ se causa ꝓductiua, tum ēt tertio quia nihil intendit suij psius corruptionē qualiter esset calor naturalis, si pro tūc esset ipsius venenositatis per secā productiua. Tertio uenenū administratū humano corpori et, & spūi naturali cōtrariatur. ergo necesse est, ꝙ fiat actio, aut ergo potentia veneni superabit potentiā caliditatis naturalis, aut ecōuerso, uel ęquabuntur aliqualiter, nō tertiū. quia ex eis produceretur vna forma media aliquo modo, vt ex frigiditate, & caliditate ipsa, tepiditas, vel viriditas: & sic nūꝙ fieret perampli⁹ venenū ad terminū. nec est dicēdū primū, quia nō ad terminū, sed pro tunc venenaret. nec scđm, quia tūc venenū conuerteret in dn̄ans, & sic finalr̄ nutriret corpus nr̄m. Et confirmatur sic. nō minor est proportio totius caliditatis naturalis supra venenū corrūpēdū, & cōuertēdū in tpe vnius anni, ꝙ sit eiusdē supra paucā ꝗtitatē in vna die, sed pauca talis ꝗtitas pōt nutrire, vt dr̄ sexta quarti de puella nutrita napello: ergo &c. Et cōfirmatur vltimo: quia illud venenum efficietur assuetū naturæ a quo amplius nō patietur, vt sumitur tertio de simplici medicina. distin. quarta cap. 1. de illa muliere quæ ex assuefactione assumebat de iusquiamo sine nocumento quātitatem magnam. In oppositum est communis fama. E Tr. 1. c. 15 Versus fin. F

IN ISTA QVÆSTIONE pro eius declaratiōe erūt tres articuli. In primo ponētur notabilia quædā. In secūdo conclusiones dilucidantes quæsitū nr̄m. In tertio erit rn̄sio ad argumenta.

QVANTVM igitur ad primum est primo intelligendū, ꝙ per venenū debemus intelligere illud, quod qualitercunq; approximetur humano corpori est suæ cōplexionis corruptiuum, & hoc ꝓprietate sua: & hoc sonauit auctoritas Aui. secundo cañ. supra alleg. Ex quo infero aliqua dicta. Primū ꝙ aliqua dn̄r venena calida, & aliq̄ frigida, similiter sicca: & aliqua humida, probatur. quia hmōi ꝓprietas siue forma venenis specifica ipsius cōplexionis humanæ peremptiua, aliqn̄ cōiungitur cum frigiditate: vt in opio: aut in caliditate, ut in euforbio: ac in humiditate: vt in argento viuo, & sic de alijs. ergo &c. Secundum dictum, aliquod pōt esse venenum: & tn̄ nulla erit qualitas manifesta in illo multum excessiua: siue nociua; ꝓbatur: quia plus repugnāt alicui extremo ꝙ medio: sed cum caliditate excessiua stat ꝓprietas specifica veneni, vt in euforbio. & similiter cum frigiditate, vt in opio. ergo &c. Et tunc vltra. cum caliditate venenosa intensa, stat humiditas venenosa intensa: & sir̄ cū ea intensa caliditate pōt stare intēsa siccitas venenosa. ergo et medium. cōsequētia patet, qa maior est repugnātia extremi, ad extremū, ꝙ extremi ad mediū. & tūc vltra arguit sic: Extrema pn̄t stare cū medio. ergo medium poterit stare cū medio. cōsequētia clara: eo ꝙ maior est repugnātia extremi ad medium, q̄ medij ad medium: cū repugnātia medioꝝ non sit nisi rōne extremoꝝ. ergo scđm dcm̄ veꝝ. Tertiū dcm̄, ꝙ impossibile est ꝙ venenum aliqđ siue calidū, aut frigidum. & sic de alijs, excludat ab huiuscemodi ꝓprietate: & hoc stāte sub forma veneni ꝓbat ꝑ declarationē veneni superius datā: & rōne arguit sic. Theriace confert oi veneno, & hoc nō rōne frigiditatis, cū sit multum calida. ergo ꝑ ꝓprietatē. maior ꝓbatur ꝑ experientiā in venenis calidis serpētum & alioꝝ, & est auctoritas Sera. & Halyab. 10. prac. Aui. 5. cañ. & Gal. & finaliter oium doctorū appellātiū eā mr̄em oium medicinaꝝ bezoarticarū. Et cōfirmat. quia si venenū esset nō rōne ꝓprietatis solū sed rōne qualitatis manifeste et absq; ꝓprietate: tunc sequeret, ꝙ oia q̄ essent calida i quarto gradu, essent venenosa. cōseqn̄s est falsum, qa synapis et piper ponūtur talia calida in. 4. et tn̄ comesta multotiēs nullū inducūt in corpe nocumētū. et sir̄ possum⁹ dicere de opio Ægypti quo vtuni tāq̄ oleo i ptib⁹ illis, ꝓ cōdimēto. Ad istud de opio fortassis rn̄deret, ꝙ opiū Ægypti et de ptib⁹ nr̄is nō eodē mō cōstituta sunt: qa illud fit ex seminibus papaueris: aliud vero ex gūmi, qđ collr̄ ex capitibus papaueris viridibus. Sed contra: quia dato adhuc quod non eo- G H 7. tra. ca. cit. p in. c. 5. p' po. tra. 1. in. 6 ty. dr. p. n. li de cō. ty. c. 4. dr. po.

dem modo cōstituat: tñ adhuc debēt esse multum similis cō plexionis, ex quo ex papauere ambo cōstituunt. ergo rōne frigiditatis similes deberēt facere læsiones, & iō diceremus nos, qđ istud lædit, aliud vero nō, quia in illo expoliata est sua ꝓprietas mala sicut in arbore Persica, & trāsplātata. Et confirmat: quia aq̄ summæ frigida in magna q̄titate administrata nō mortificat: imo multa facit iuuamenta. ergo &c. Rñdet, ꝙ aqua frigida est in actu formali frigiditatis, sed venena sunt aliquo mō in actu virtuali cū actuatiōe indigeāt. Cōtra nihil agit nisi scdm, ꝙ in actu, ergo nisi qđ potētiale efficeret formale, & actualiter frigidū nūq̄ esset actio: ergo rñsio nulla & tertiū dictū veꝝ. Et si cōtra hoc allegarent auctoritates doctoꝝ dicēdū, ꝙ nō plus voluerūt, q̄ sonat primū dcm: et si aliꝰ q' ꝓ nunc nō acceptant. Intelligēdū secūdo ꝓ vlteriori manifestatiōe dictoꝝ nr̄oꝝ: ꝙ talis forma specifica a Philosophis appellata. siue ꝓprietas venenosa nihil aliud est nisi natura qdā inuenta in quibusdā mistis corporibus ꝓcedēs in eis à superna & plenissima influētia, pp cōplexionē ꝓpriā nō apta in corporibus nr̄is mutari: imo non cessat ab operatione sua donec corpus corrūpat. sicq; igit hæc ꝓprietas sequit cōplexionē, q̄ ex potētia deducit materiæ virtute superioꝝ, & corpoꝝ cœlestiū. & nō solū rōne luminis & motus tanq̄ vl'i impressione: immo et sine motu & luce, & ꝓprie absq; mediј alteratiōe in suscipiēte impressa ab aliqua particulari virtute stellaꝝ & particulari situ causata, qđ apparet nō solū i uenenosis: sed et in aliјs vt in magnete existit virtus ferri attractiua ex polo artico. Ex quo apparet ꝙ talia mista a suis superioribus talē formā specificā recipiunt, qualē meritū hñt in diuersa mistione elementoꝝ, & eoꝝ ꝓportione adinuicē. & hoc intellexit etiā Plato dū dixit. ſm meritū materiæ formæ dātur & earū virtutes imprimuntur: non excludo tñ quin possit cōcurrere lumen stellaꝝ fixaꝝ mediantibus lineis tales virtutes vehentibus. Ex quibꝰ oībus sequit, ꝙ ista ꝓ-

L prietas erit accñs. ꝓbat. quia qđ sequit mistionē elementoꝝ, cōplexionēq; ex mistione cōsurgentē est accidēs. talis autē ꝓprietas est hmōi. ergo &c. Maior est sumpta ex scientiјs fundamentalibus, & minor supra patuit. Et cōfirmatur, quia ipsa suscipit magis & minus, quod refugit rōni substātiæ, quod apparet in venenosis adhuc eiusdē speciei ortis in diuersis locis & regiōibus: vbi aliqua sunt magis mortifera & aliqua minus. Sequitur secūdo, ꝙ sub gñe qualitatis debet collocari. patet ex dictis. Sed contra. illud nō est accidens, qđ corrupto subiecto remanet in esse: sed corrupto subiecto remanet ꝓprietas venenosa, vt patet in carne tyri: quia mortuo tyro adhuc remanet virtus multoꝝ aīalium pereptiua. Respōdetur

L primo: ꝙ si ponimus plures formas, & gradus substātiales in composito, ꝙ licet mortuo tyro corrupta sit forma eius substantialis, remansit attñ altera forma in carnibus tyri: & cōplexio quā proprietas illa cōsequatur in tyro. & sic suum non fuit corruptum subiectū. Aut aliter scdo

M ꝙ corrupto tyro corrumpitur & proprietas, & in carnibus tyri denū propter similē dispōnem materiei, & alia similis introducitur & altera ꝓprietas aīaliū pereptiua, aut ꝙ accidentia: licet subiectum denominēt, nō tñ in cōposito inhæsiue fundantur. Et nota ꝙ istud argm̄ potius cōuincit ꝙ talis proprietas magis sit accidens, q̄ substantia: quia in tyro viuo aut esset materia, aut forma, aut compositum. non primum nec tertium: vt liquet. nec secundum, quia tunc sequeretur ꝙ corrupto tyro adhuc esset tyrus. Ex quo sua esset forma substātialis: quę vnicuique dat esse. Nota tñ, ꝙ licet sit vt superius dictū est: tñ nō est credendum, ꝙ huiuscemodi proprietates inseparabiter consequantur sua subiecta, immo pñt subiecta permanere corruptis ipsis proprietatibus, & ꝙ hoc sit veꝝ apparet in multis eiusdem speciei existentibus in diuersis locis: immo de vno eodē mutato de loco ad locum appa-

ret etiam in lapidibus preciosis, qui olim erāt virtutibus mirabilibus insigniti. nūc autem non apparent huiuscemodi virtutes. apparent etiam in figuris vel imaginibus artificialibus antiquis in operationibus quaꝝ nūc appa- N ret error. & causa oīum istoꝝ potest esse aut rōne agentis vel eoꝝ a quibus illa forma imprimitur. nā cum illa sint extrinseca: vt ante declaratum est, ideo virtus est ad certū tempus terminata, q̄m virtutes cœloꝝ ad tp̄s determinatū in formis & materiјs sustentātur, aut propter indispōnem materiæ cū distemperata complexione colligāte in ea formam & virtutes. cū aliquo nanq; gradu distemperamenti corrumpetur virtus dicta. cum quo adhuc non corrumpetur forma: & hoc apparere potest in theriace senescente. aut etiam prouenire potest ex parte loci i in quo productæ fuerunt, et cōseruabat: remouent. corpus nāq; Indi q̄n mutabitur ad talem cōplexionē qualis est cōplexio Sclaui, aut infirmabit aut morief. dixit Auic. primo can. ideo ex omnibus narratis causis patet possibilitas separationis virtutum à suis subiectis quibus inhærent. Doc. 3. c. 1 cir. medium. O

Sed circa dicta dubitat, quia ex quo dictū est. ꝙ q̄n hmōi proprietas specifica venenosa coniungitur cū caliditate: tunc vocatur venenū calidū: sicq; cū frigiditate vocatur frigidum venenum: & sic de aliјs. Ex quo cōcludi potest ꝙ si à tali venenoso calido expoliaret sua proprietas manente eius caliditate manifesta: non plus illud noceret, q̄ alliū, aut piper, aut aliud calidū. & similiter si à venenoso frigido remoueretur sua proprietas non plus noceret, q̄ aqua aut aliud frigidū. istę tñ proprietates sunt diuersi gradus malignitatis. ideo aliq̄ venenosa sunt magis mortifera & aliqua minus. augetur tamen etiam malitia venenosi a qualitatibus manifestis. cum quibus alligatur illa prorietas. stante igit paritate malę ꝓprietatis venenosæ, cum æqualibus gradibus qualitatum manifestaꝝ in duobus venenosis: quoꝝ vnum sit calidum: aliud vero frigidum. quærit: quod erit peius & magis letiferꝝ, Ad

P hoc dubium est responsio quorūdā solēnium doctoꝝ, ꝙ in casu prædicto venenosa frigida sunt peiora calidis. & præsupponunt, ꝙ humanū corpus declinās sit ab æqualitate ponderali per caliditatē & humiditatem vt sumi uidetur de mente principis Auicennæ in primo canone, in quāmpluribus locis, ex quo supponunt secundo, ꝙ caliditas magis sit amica naturæ & pro operationibus conueniens, quàm frigiditas, & est auctoritas eiusdem in pluribus partibus & capitulis ab omnibus allegata. Ex quibus sequitur operationes vitæ magis imperfici per venenum frigidum, q̄ per calidum: quoniam imperfectio, & earum operationum destructio rōne proprietatis in ambobus est æqualis, sed ratione frigiditatis magis imperficiuntur, q̄ caliditatis. ergo imperfectio ipsarum absolute erit maior in frigido. Ex quo etiam sequitur in casu prędicto, ꝙ citius deueniet ad ægritudinem cui administratum est frigidum, q̄ cui datum est calidum: sequitur etiā quòd citius ille morietur, cui datum est frigidum, q̄ alter: immo quod magis est ꝙ ille morietur, & alter sanari poterit: patet ex fundamento dicto. Et licet ista dicta sint apparentia. tamen oppositum est multum probabile, & ex consequenti potest primum præsuppositū negari, vt videtur ex sententia Gale. secundo de complexionibus, qui ponit ipsam cōplexionē tēperatā maxime mediare, & vult ꝙ per sensum tactus tanq̄ per verā regulā hoc cōcludatur, cōcurrēte tñ aliquo rōnis iudicio, quare nō sentiet inquit: quasi mistum cōpositū ex aqua feruenti, & niue partibus æqualibus, & ęqualiter cōmēsuratis, & hoc quia est simile illi. Sed adhuc illo concesso dicimus, ꝙ nō est veꝝ ꝙ caliditas absolute sit magis amica naturæ, q̄ frigiditas, qđ ꝓbat, qa acceptis corpibꝰ duobꝰ æq̄liter tēperatis, quoꝝ vnum pјciatur in aqua calidissima. alterum vero in aqua frigidissima. & apparet per experiētiā, ꝙ illud quod ponetur in aqua calidissima, morieт cito: & alterum

1. 1. doc. 6 ca. 3 circa medium.

Q

Cap. 3 in princ. 1. cōpl. c. 9 post princ.

A & altere non. Item in vola manus corporis teperati pōt esse tanta frigiditas quāta est in marmore, aut in aqua frigida vt apparet eam tangendo tpe hyemis: & no pōt esse caliditas, qa destrueref talis cutis i qua est sit̄s cōpl̄o, sicut cōpl̄o toti⁹ teperata, & hoc p coalterationē oium partiū vt sumit prima primi, ergo absolute caliditas non est magis amica naturę: & ideo pono ista dicta. Primum ꝙ aliqua caliditas, temperamētū excedens, minus est inimica naturæ ac discōueniens, ꝙ̄ cōsimilis frigiditatis cōsimiliter gradualr̄ tēperamētum excedēs, patet, quia operatio, & vita in certa caliditate existūt. Scd̄m dictū, ꝙ certa latitudo caliditatis versus partē intensiorem est magis vitæ inimica, ꝙ̄ cōsimilis frigiditas terminata versus ptē intensiorē, patet per experientiā, quia illa magis adurit, & est qualitas magis actiua. Ex quo sequit̄ ꝙ labētib⁹ æqualiter duobus corporibus ęq̄liter tēperatis, vnū p caliditatē, aliud p frigiditatē, ꝙ primo usq; ad certū gradū

Doc. 3. c. 1 post fin.

B caliditatis, vt duo gratia exempli. & frigiditatis, vt duo deterius labei quod p frigidū ꝙ̄ qd' per calidū, & postea, ꝙ multo deterius incipit labi, qd' labit̄ ulterius p calidum versus gradū, vt quatuor, ꝙ̄ quod per frigidū. Et ex cōsequenti ꝙ multo peius est absolute labi per calidū, ꝙ̄ per frigidum. Tertiū dictū sequens, ꝙ venena calida sunt peiora, & deteriora frigidis, patet. quia non dn̄r calida, aut frigida, nisi quia in eis sunt illę qualitates multū intēsę vel improportionatę: sed caliditas ē magis improportionata quando est multum intensa, ꝙ̄ cōsimilis frigiditas: ergo &c. Et cōfirmatur, quia caliditas est magis aperitiua, & ex cōsequenti causa, vt virtus venenosa pertranseat ad interiora, ergo venena calida erūt frigidis deteriora, debita paritate seruata. Tertio principaliter notādū ꝙ dictum est in diffinitione veneni qualitercunq; administraf &c. Et hoc: quia venena sunt dupliciter operātia, aliqua sunt operātia materialiter, & aliqua spiritualiter.

C Illa agunt materialiter, quę ad intra sumuntur, & aliquo modo a corporibus nr̄is patiuntur. Illa vero operantur spiritualiter quæ non manifeste actuantur, nec alterātur à caliditate nostri corporis. sed corrumpunt spiritus, aut membra spiritualia et eorū operationes. Et hoc mediantibus speciebus intentionalibus, quę tn̄ species intentionales licet habeant esse reale in medio tanꝙ̄ in subiecto existentes, & tanꝙ̄ verę qualitates reales: tn̄ dn̄r spūales, & recipi sine materia: & hoc, aut quia tota ipsa species intentionalis est in toto medio: & etiam ipsa tota est in qualibet parte medij, & hoc quo ad representationem, qd' patet per exemplum in intentione & specie albedinis, quæ per paruum foramen totam representat albedinem, aut erit, quia formaliter agēs inducit aliquam formā in ipso passo, quæ non est similis formæ inducentis, est tamen ipsius similitudo, & ista est species, quę recipitur sine materia existēte in medio, vt species coloris, ac species & ipsa proprietas veneni: quæ aliquando mediante visu, & au-

D ditu inficit, vt recitatur ab antiquis doctoribus de basilisco, aut odoratu mediāte, vt quidam qui venenati fuerūt propter odorem malorum fungorum. similiter per gustum, atque etiam tactum, vt dicitur de milite qui cum lācea cum qua regulum serpētem occiderat: venenatus fuit eam tangendo: & hoc non est nisi, quia ipse tales species intentionales venenosæ inficiūt spiritus visibiles vel audibiles, & illos ad quorum organa deueniunt. deinde earum virtus mala ad cor portatur: & tandem corrumpūt, & ex hoc patet causa quare istud spiritualiter operans est perniciosius, & hoc quia minorem habet resistentiam, et etiam quia alterationem fere nō patitur à calore nostro: sed subito agentia & corrumpentia: vt patet in visu basilisci. producitur etiam ad magnam distātiam, & patet de duobus serpentibus recitatis ab Arist. in libro de proprietatibus elementorum. Et nō solum, quòd per visum, sed etiam per odoratum, nec hoc debet esse mirum, quia etiā

E aq. de & vultures per plura miliaria mediātibus speciebus odorabilibus puenerūt ad cadauera: vt sensit Auer. secundo de anima. ꝙ nō potuit esse nisi spūaliter recipiēdo: quia si cadauera illa fuissent ad rarefactionē talem reducta: sicut est ignis, aut aeris rarefactio, nō potuisset ad tantam distantiā fuisse realiter multiplicata. Ex quibus oibus manifestum est, ꝙ̄ multis modis reges & principes venenari possunt, & hoc est qd' dr̄ et legitur aliquos venenatos fuisse in sella equi, & aliquos pp aliquod venenū clausum in aliquo anulo aut in thalamo. Et ideo multotiens cōmoriunt̄ cuius mortis causa sapientibus est ignota. Et ideo bene dixit princeps ꝙ multotiēs venit pestis cuius causa est occulta. Vltimo præmittendum est, ꝙ licet de rōne veneni sit esse perēptiuū: nō tn̄ de necessitate est ꝙ assumēs venenum actualiter perrat: & hoc ꝙ actio veneni multis modis pōt impediri. videlicet, principaliter & ex cōsequēti rōne cōditionum particulariū cōcomitātiū proprietatē veneni. Principaliter vero rōne formæ

Cō. 97. in medio

f. 3. doc. 5 c. sing. iuz. fi. & 4. 1. tra. 4. ca. 1 post prin.

F bezoarticę: siue virtutis totaliter & essentialiter virtuti venenosæ cōtrariæ & eius corruptiuæ: siue sit virtus ista in re simplici vt in plātis multis, aut mineralib⁹, vel in alijs vt lapide bezoar apellato, aut lapide prassio, aut buffonis, et draconides, & in adamāte, et hyacinto, & zaphyro, & in multis alijs, sicut patet auctoritate Auicennæ in suo de lapidibus, de qbus ēt oibus has, & alias in eis assignat virtutes Alber. Magnus in suo de mineralibus, & hoc etiam siue ista virtus sit in composito, cuius sit cōplexio secunda ex mistis resultata: vt in theriace pp fermentationem eorūdē, & mithridato & alijs: quas medicinas componere sciunt hoies perfecti ingenij, cū intelligentijs cōiuncti, quibus fit reuelatio diuina misericordia Dei pp salutem nr̄am: cui laudes sint infinitę. Potest etiā esse ista virtus in aliquo simplici cum quibusdā verbis collecto, aut rōnibus certo puncto & tēpore plātis: ꝙ tunc consurgit virtus perniciosa valde. Et hoc quidem euenit rō

G ne alæ affectuosæ proferentis talia verba, cum pp excessiuā imaginationem fertur grandi impetu, & cætera ei obediunt: vt vr̄ sentire Auicē. in sexto naturalium, vel qa talia verba cū quibusdā conditionibus prolata ab aliquo spirituali recipiunt virtutem: sicut & ego in morsu viperæ venenosæ, & vulgari sermone appellatę el Marasso oculata fide percepi: cui ægrotāti ab vno Veneto datus fuit cyatus vnus aquæ putei cum puluere terræ: cum quibusdam caracteribus, & verbis in terra eadē scriptis & platis: quibus potatis subito euomuit, & ex hoc inde cōualuit: & antea pp intensissimos dolores languebat. Pōt ēt esse talis virtus in aliquo simplici cui artificialiter sit aliqua imago impressa: vt ꝙ est illo naturali, & artificiali perficiatur vnum habēs virtutem bezoarticam: sicut recitat Albertus Alemanus in suo libello de imaginibus. videlicet: ꝙ imago astri serpentarij alicui lapidi præcioso insculpta venena fugat oia: & valet contra morsum oium venenosorū: & maxime si ex rasura eius aliquid bibatur. imago autem taliter est insculpta. videlicet, vir serpente cinctus cuius caput manus dextra tenet sinistra. vero caudam. credo tn̄, ꝙ si lapis erit de superius narratis, aut alijs habentibus ex se proprietatē contra venena, & tunc sit insculptus & perfectior reddetur: ista igitur sunt, quæ principaliter impediunt operationem veneni. Illa vero, quæ impediunt ex consequenti eiusdē operationē rōne suarū cōditionum: sunt aut quia frangunt suas acuitates, vt euforbium, & alia calida franguntur ab opio & econuerso: aut quia resoluunt substantiam in qua fundaf virtus venenosa: vt allium, & alia prouocatiua: aut quia expellunt ad extra: vt dicitur de terra sigillata: aut forte quia constipat, & cōstringit porosut intus penetrare nō possit: vt bolus armenus. & hæc quasi omnia possunt accipi ex sententia principis Auicen. sexta quarti.

Lib 4. c. 4 post med.

H

QVANTVM AD SECVNDVM articulum ponitur Cap. 4

I prima conclusio quorũdam, ꝙ licet venena ad se inuicē diuersificentur in tarditate & velocitate interemptionis: attamen non est possibile vt ad certum praecisum terminum limitetur: ita ꝙ nec ante nec post. sed in illo venenatus moriatur. Prima istius cõclusionis apparet per superius narrata: quia in venenositate oia non sunt aequalia siue gradus eiusdē: secũda declaraẽ. quia ois actio naturalis alicuius variaẽ tã rõne dispositionis passi, ꝙ̃ rõne agentis modo cũ possibile sit passum diuersi mode dispositum esse tam rõne dispositionũ manifestarũ: ꝙ ꝓprietatum insequentium materiãrũ: ita ꝙ vna res iuuet vni, & noceat alteri eiusdē cõplexionis, & similiter illud: quod est venenum vni non est alteri: & si est venenum non in eadem dosi. ergo erit impossibile talē terminũ sic metiri pręcisum. Sed cõtra istã cõclusionem arguitur sic. Possibile est vt venenũ taliter alicui administreẽ cũ aliqua rõne miranda, & maxima affectione explicata ad limitatum

K tp̃s determinata vt oẽm resistentiã ꝑ tunc passi superet. ergo in tali determinato tp̃e suã pernecatiuã ꝑficiet operationẽ, consequentia patet. assumptũ aũt ꝓbatur. quia minus nobile subiacet, & obedit magis nobili: sed aia affectuose explicãs talia verba veneno adiuncta est nobilior aliis rebus, cum sit ipsa cõstans ex nobilibus principiis: materia autẽ corporalis non ideo: ipsa materia mundi ei aiae obedit. Et cõfirmaẽ, quia nõ minus pñt operari verba taliter explicata ad bonum, ꝙ̃ ad malũ cum sint opposita, sed per experientiã apparet, ꝙ operãtur ad bonũ, vt incantationes, quae fiunt pro sanatione vulnerum, & aegritudinũ, & multarũ aliarũ rerũ, vt tradit ẽt Cõciliator dña. 166. ergo &c. Et hoc idẽ cõfirmat auctoritas Auic. quarta sexti naturalium: vt patet intuẽti. Rñdetur primo ꝙ licet aia ipsa sit multũ nobilis, tñ nõ põt aliquo pacto agere in materiã extrinsecam. Verũtñ ipsa aia põt in suomet corpe aliquã excitare operationẽ: & hoc mediãte magna phantasia ipsum taliter disponere, vt spe acceptã

L ab incantante fiat aliqua sanatio, & nõ aliter, ꝙ̃ mediante forti imaginatione: & haec rñsio colligiẽ ex snia Arist. problematũ particula. 7. Sed contra aliqua incantatio põt mediãte bono angelo bonũ operari, ergo aliqua siẽr poterit ad malum operari mediante sacrificio facto à vetulis: quas facilius decipere põt malus angelus. i. daemon.

Ad hoc forte diceretur ẽm sniam Arist. nõ esse verum ꝙ sint daemones nec alii angeli: & hoc. quia vt apparet ex. 12. metaphy. praeter animã intellectiuã & substantias separatas mouentes orbes, & ipsum Deum benedictum non sunt aliae substantiae spirituales. Ideo non erunt istę incantationes nisi sicut sensuum delusiones. Sed contra. illiteratus subito factus fuit litteratus, vt ipse in ꝓblematibus recitat Aris. & est famosum apud multos, & nõ potest reduci in aliquã verã causam naturalẽ, vt liquet intelligenti: ergo &c. Item inter substantiam separatã & animã humanã sunt multi medii gradus perfectionis:

M ergo poterunt esse multae formę. consequentia patet intelligenti. Et confirmaẽ auctoritate Plato. ut narrat Apuleius: ponentis daemones multos habitantes & cõuersantes nobiscum, qui etiã videntur ad nos attendere & verbis nostris & caracteribus turbari, & placari, & hoc probat cõis fama, & aliqualis experientia: & forte esset dicẽdum iuxta hoc ꝙ operatio propria istorũ spirituũ esset intelligere particularia & vlia, licet imperfectiori modo, ꝙ̃ ipsae intelligentiae: attñ perfectius ac excellentius, ꝙ̃ anima humana, quia non sunt corpori applicati. si aũt sunt eiusdem speciei inter se vel non. est cõis quęstio ẽt ad alia: ideo &c. & forte omissa ista rñsione posset secũdo aliter responderi tenendo ipsam cõclusionem. videlicet, quòd intelligitur merito effectus naturalis ipsius veneni. nã argumentationes ante formatę bene ꝓbãt ꝙ ad certum determinatum tempus datur venenum, sed non rõne naturalitatis ipsius veneni: sed propter aliquid supernaturalẽ additum illi: ideo adhuc stabit conclusio. Sed contra

N hanc resp̃onsionẽ arguitur sic. Nõ minus possibile est naturaliter, ꝙ aliquod venenũ ab extra approximatum in tempore terminato. videlicet, sex mensium vel vnius anni suã perficiat operationẽ, ꝙ̃ materia vna uenenosa: vel non venenosa existens in pede vel in capite ducatur in isto tempore determinato ad malũ gradum putredinis, & moueatur ad membrũ nobile in quo actionem perficit, & sanus: sed primum est possibile. ergo &c. consequentia patet: & prima pars probatur: quia in ambobus est ratio similitudinis. sicut enim in vno materia mouetur ad malum gradum putredinis ita & in alio. sicut ad membrũ principale, ita & in alio. Secunda autem, quae fuit minor assumpti declaratur, eo quòd possibile est, quòd una certa materia accumuletur in pede vel crure, & post determinatum tempus ducatur, aut procedat ad caput siue cor, & pro tunc causatur epilepsia: siue apoplexia, quae

O possunt esse aegritudines periodice: & totũ hoc sumiẽ de mente principis Aui. ca. 3. cañ. Siẽr ẽt argui põt de materia asthmatica fluẽte à capite periodice ad pulmonẽ, vt sumitur ex snia eiusdẽ quod totũ sentit Auer. 6. colliget. & cõfirmat Cõciliator dña. 125. ergo pariformiter si in vulnere aliquo aliquis expertus & malignus poneret aliquod venenum poterit illud esse talis cõditionis, ꝙ ita tãto tempore ad membrum principale erit motum: & non apparet esse multum incõueniẽs, quia reperitur aliquod venenum magis malũ ꝙ̃ materia illa, quae periodice facit epilepsiam, & aliquod minus malum. ergo aliquod aequale cum aliis cõditionibus. consequentia patet, quia vbi datur magis: & minus non inconuenit dari aequale, ideo &c. Et confirmatur per experiẽtiã in vno episcopo Brixiensi qui morsus fuit à cane suo paruulo in digito, et post multum tp̃s rõne illius deuenit in rabiem. ergo etiam per perfidũ expertum fieri posset administrando, siue ab intus, siue ab extra venenũ similis dispositionis.

Et si diceretur, ꝙ hoc esset difficile: & quasi non credibile. Respondetur, ꝙ non fuit minus difficile Andromacho componere theriacen ex tot mistis cõpositã per fermentationem ad vnam formam reductam, quae habet aetates sicut corpora viuentium, in quibus in vna stupefacit. videlicet, in iuuentute: in alia resoluit, & contra venena operatur, & sic de aliis: & tñ certi sumus hoc factũ fuisse, ideo difficultas rei non arguit impossibilitatem immo contrarium. ideo propter haec, & alia ponitur haec secũda cõclusio. videlicet, ꝙ siue venena sint operãtia materialiter siue spũaliter, possibile est, vt ad terminatũ tp̃s interimenẽ. Istam cõclusionẽ probãt argumenta tacta cõtra primã cõclusionẽ. Et cõfirmatur: sicut possibile est ꝙ reperiaẽ vna res, q̃ cõtra venenũ existẽs: illud nobis sua ꝓprietate demõstret si appresentatũ sit: ita nõ repugnet inueniri alteram quae operationẽ veneni impediat, sed primũ est, vt legiẽ de cornu serpẽtis, & lapide prassio: quia

Q cum in eorum pñtia sit põsitũ venenũ rorẽ emittere vñr. et siẽr lapis buffonis in anulo perforato taliter, ꝙ lapis digitum tãgere posset, ita ꝙ cum appresentatum sit uenenũ miro modo supercalefacit partẽ digiti quã tãgit. secundũ igitur erit possibile. quo dato ponatur aliquod venenum agere non posse: quia ab aliquo tali impeditũ: remoueaẽ igitur impediens ad libitũ alicuius. et sequitur conclusio. Et cõfirmatur auctoritate Alberti de mineralibus. libro secundo. tractatu secundo. cap. primo. qui dicit, quòd licet magnes attrahat ferrum, tamen adamas impedit ne ferrum a magnete trahatur: sed remoto adamãte remanebit eiusdem virtus attractiua. ergo conclusio secunda vera. Tertia conclusio sit ista, ꝙ possibile est vt uenenum taliter praeparetur, vt si ad intra naturaliter administretur suam operationẽ perficeret in duobus aut tribus diebus, sed mediante tali praeparatione transibit illos dies, & plures, ista conclusio patet intelligenti praeparatio-

nes

Ca. 4. post medium.

Colli. pro blc. quinto

Colli. a te. cã. 42. vsq; ad. n. cõ. 47

Colli. par. 30. probl. 1

Tra. 5 ca. 7 circa med. Feu. 3 ca. 3. 20. tra. 1 cap. 19.

Colli. tra. 1 in medio.

A nes medicinales, eo quod idē cibus siue eadē caro præparata cū synapi in pauco tp̄e digeritur. s. in septē horis, ubi si comedatur cū acresta nō digeretur in decē. Sīr apparet in medicinis solutiuis: unde Mes. de cōsolatione medicinaꝝ ponit medicinas tardę solutionis uigorari in multis quæ permista uelocitāt illā. ut mel vigorat operationem aquæ lactis, & zinziber operationem agarici. & ita possunt misceri aliqua earūdem operationes retardātia, quare etiam medici docent, ꝙ qn̄ administrantur medicinæ pulmonis cum eis admisceantur res quæ habeāt diutius tenere virtutes illarum. Nam cum via ad pulmonem sit multum longa, virtutes earundem iuuatiuę resoluerētur. ideo ponuntur vt retineant. Quarta conclusio sit ista. Possibile esse intelligenti Philosophiam, & Astrologiā, ꝙ taliter alicui exhibeatur uenenum, ꝙ rōne eius ducetur ad mortem vsq; ad decem annos vel circa, cōclusio pbatur: quia talis perfecte sciēs, intelliget quātitatem humidi

B radicalis & qualitatē, & oēm fere eius dispōnem. ergo ex cōsequēti terminū vitæ eius: quia rōne cōsumptionis humidi est calidi extinctio, & consequenter mors: vt inquit Arist. in lib. de morte & vita. sciet ēt dispōnes influentiarum superioꝝ pro termino vitæ. ponaſ igitur, ꝙ sciat ipsum viuere vsq; ad. 40. annos & regatur regimine cōseruatiuo, exceptis ꝙ illi administretur venenū in tēpore viginti annoꝝ exiccatiuum certę q̄titatis humidi: & tunc patet, ꝙ pōt istud humidum exiccatum abbreuiare vitā per decē annos. post tempus igitur decē annoꝝ à tempore administrationis veneni morietur. ille igitur morietur in triginta annis & non fuisset mortuus nisi in annis quadraginta. ergo conclusio vera. Et istā cōclusionem intellexit Auicenna. 6. quarti, cap. secundo. quādo dixit: omne quod interficit cum permutatione complexionis aut cum aduentu super membrum possibile est vt sit aduentus, post tempus ipsius effectus. Ex quo dicto correlatiue sequitur, quòd non est incōueniens aliquos esse ve-

C nenatos qui continue exiccando procedant: & tales appellantur apud vulgares herbati siue strigati. & ex consequēti apparet qualiter venenū atterminari posset, a quo sua bonitate immensa vir magnanime te præseruet altissimus & vitam tuam prolonget.

Istud apparet falsum ex dictis li. de venenis ca. 1. post med.

Tra. prima

QVANTVM AD VLTIMVM licet pro magna parte appareant responsiones ad argumenta principalia. Ad primū tn̄ respondetur ꝙ licet venenū quod administraſ siue ad intra, siue ad extra siue materialiter, siue spiritualiter habet ex sui natura cū cōparatione ad corpus nostrum, ꝙ in terminato tp̄e suā incipiat & finiat operationē. attamē multotiens & multis modis suæ actiones pn̄t impediri & tardari, atq; etiā totaliter corrūpi, vt patuit, ex supradictis. Et licet, venenum sit humanæ naturæ corruptiuum, nō est necesse, ꝙ actualiter semper occidat.

Pro responsione ad secundum notandum, ꝙ in veneno multa reperiuntur. videlicet, ipsa proprietas dicta. itē

D frigiditas si est venenū frigidū, & caliditas si est calidum &c. Et oia ista talia ante operationē sunt in potentia operandi. videlicet, interficiendi, infrigidādi, & calefaciēdi. veꝝ tn̄ ista potentia non est æqualis: immo vna magis propinqua & habitui magis cōiuncta, & alia magis remota. ideo aliqua citius suā operationem perficiūt: ut spiritualia & alia, & quædā tardius. sed quōcunq; sit, necesse est si debent actualiter operari, ꝙ de potētia ducātur ad actū, licet in spūaliter operātibus hoc non multum appareat. remanet igitur difficultas a quo ducaſ ad actū. nā si est mala proprietas nō ducitur ad actum à calore nostro quia per se produceret aliquid quod ipsum corrumperet: quod repugnat principio Philosophiæ. nec ab ipso venenoso, quia nihil agit in seipsum: et ēt illā malā, pprietatem prius nō habebat: & etiam si est frigiditas vt in opio non vr̄ a quo ipsa tribuaſ: quia non ab opio, quia ad tactum non percipitur talis frigiditas: immo quod plus est assumpto opio si vomeretur perciperet calidum, aut tepidum. nec a caliditate nostra: quia non est aliquis modus quo caliditas frigiditatem generet. Et etiā si est caliditas non appareat a quo generetur, quia non ab euforbio gratia exempli, quia ad tactum est frigidū. nec a calore nr̄o, quia illa caliditas gn̄ata in euforbio est maior, q̄ sit caliditas nostra, & ideo mirum est qūo uenenum, quod ante nullā operationē faciebat, nec nihil ex istis percipiebaſ. et postea facit illas a qua causa hoc facit, qua de re, rōnabiliter est magna discordia inter sapientes. & Cōciliator differentia. 140. improbat opinionē Gal. & Auer. & loquēdo de calido & frigido vult ꝙ de tale potentia reducatur ad actum per viā antiperistasis. de proprietate aūt venenosa nihil dicit. Et ideo ꝓ nūc ꝓ responsione ad argm̄ fundādo supra sn̄iam Gal. pono ista dicta. Primū. ꝙ oē venenum calidū in potentia vel frigidū, vel interēptiuum est ꝓductiuū sui effectus respectu cuius dr̄ talis in potentia per suā ꝓpriā cōplexionē. istud dictum ꝓbatur, quia oē mistum cuius forma ordinaſ in aliquā operationē naturaliter habet instr̄m cū quo illa forma debet suā operationē producere, sed oē venenum est hmōi respectu operationis in humano corpore producendę. ergo oē venenum potētialiter tale habet instrumentum cū quo potest eius forma in humano corpore operationē suā agere. sed tale instr̄m non est aliud, q̄ cōplexio eius ꝓpria cū suis ꝓprietatibus ornata. cōsequētia nota est. maior patet in oibus: quia grauia hn̄t grauitatē, & leuia leuitatē: quæ sunt instrumenta suoꝝ motuū. s. sursum & deorsum. Et cōfirmatur: quia per saporē, odorem, & colorem venimus in cognitionem calidorum & frigidorū: vt inquit. A. 2. can̄. sed istę sunt qualitates secundæ per quas non possumus ferre iudicium nisi supra cōplexionē illoꝝ, quæ cōplexio licet non sit qualitas prima sed scd̄a: est tn̄ productiua per suā virtutē caliditatis & siccitatis, & sic de alijs. E F

Tra. 1. ca. 3 cir. princi.

Secundū dictū: ꝙ venenum nō recipit aliquod principale principium aut instrumentale a calore nostro ꝓ sua operatione dum actuatur: patet, quia antēq; actuetur, habet formā & cōplexionem cū proprietatibus. Tertiū dictum. ꝙ tale a calore nostri corporis præparatur mediāte diuisione, vt ad actum ducatur. patet, quia nō alio modo: vt probatum est. sed mediante ista diuisione melius ad membra fit penetratio, imaginemur igitur, ꝙ aliquod venenū aliqn̄ duceſ de potētia ad actū, quia vel ad formā quæ est actus primus: & hoc a calore nostri corporis. Scd̄o: quia ad eoꝝ operationē recipiant aliqd̄ instrumētale essentiale principiū per quod agant. aut tertio, ꝙ recipiunt certā dispōnē ꝑ quā cōuenientius agāt: & sic dicimus, ꝙ calor noster nō operatur nec primo, nec secūdo, sed tertio modo. & hæc videſ intētio Gal. 3. de cōplexionibus, & primo & tertio de simplici medicina. G

His præsuppositis rn̄deo ad argm̄ & totā difficultatē ꝙ. a. venenum nunc non interficit quia impeditū aut aliter vt supra. interficiet tn̄ vsq; ad annum. Et qn̄ vltra arguitur, ergo aliquid de nouo producetur in. a. qn̄ interficit. Rn̄detur distinguendo ꝑ dicta: quia aut intelligis ꝙ producatur aliquid nouū tanq; accidentale principiū actionis, & sic ego cōcedo, quia ꝓducit aliqua tepiditas, raritas & diuisio, sed si intelligas: ꝙ ꝓducaſ aliqd̄ nouū tanq; essentiale principiū vel ꝓpriū illi instr̄ale. sic nego illam cōsequentiā, & dico ꝙ licet ista actualiter nō interimant: nec calefaciant: nec infrigident: qa nō hn̄t istas q̄litates actuales. hn̄t tn̄ ipsas virtuales: & hoc nullo mediāte essentiaſr nisi cōplexione & forma illius veneni, quæ non est actualiter talis: sed est in potentia virtuali tamen propter calorem nostrū ducitur ad operationem. in ista tamē materia occurrerēt nouę phātasiæ, sed de hoc alias. H

Ca. 1. post medium.

Diff. 2. c. 3. post prin. Diff. 4. c. 2 cir. prin.

Ad tertiam patet responsio per supradicta. eo ꝙ potest administrari venenum, quod non faciat actionem suam: nisi in illo tempore: aut quia impeditur: vt dicit

I secunda cõclusio: aut quia retentum in aliquo loco paulatim augetur sua malitia, & paulatim mouetur ad cor: & stabit per multũ tps anteq̃ aliqñ suã operationẽ perficiat, aut quia diuersimode præparatur: vt dicit tertia conclusio. ideo prima cõsequẽtia non valet. Ad cõfirmationẽ rñdet ab aliquibus negãdo minorẽ: quia impossibile est ꝙ ex veneno aliqua nutrita fuerit, qa inter venenũ, & corpus nostrũ nõ currit aliqua familiaritas siue conuenientia, quæ requiritur inter nutriens & nutritũ, vt sumitur primo cañ. & ex cõsequenti illa puella non fuit nutrita napello sed assuefacta ei: vt eius humiditates remanerent infectę, & interficerent. Sed contra istam responsionem instatur sic: quia repugnat Gal. & Auic. qui ponunt ipsam puellam fuisse nutritã napello. Itẽ repugnat experimento, quia plantæ & fructus multotieś sunt venenati tpe pestis vt sumitur secũda primi et tñ nutriũt. Itẽ nõ soluit argm̃, qa dato, ꝙ illud venenũ nõ nutriret. arguit sic in minori. sed illa pauca q̃titas nõ interficit. ergo

Ff.2.doc.2 sum.1.ca.15.ver.fi.

Tertio de simp.dif.4 cap.1.ver. fi 4 6. tra. 1.ca. 2.i fi. doc.2.fũ.1 ca.7.in fi.

K in illo tẽpore nec illud interficiet, & sic stabit rõ. Et iõ aliter dicatur supponẽdo, ꝙ nõ sit incõueniens in aliquo reperiri aliquod quod habeat rõnẽ cibi, & in eodem quod habeat rationem veneni: vt si vnus & idem cibus administratur uni, erit ei cibus cõueniẽs ut fungus gr̃a exẽpli. & in alio erit venenũ mortiferũ. Supponendũ est scdo ꝙ duplici mõ hõ posset se disponere quãtũ spectat ad ppositũ, vt non patiatur à veneno. primo p paulatinam assuefactionẽ, ꝙ vna dispõ efficiatur naturalis, quæ si subito imprimeret, esset ipsius corporis corruptiua: eo modo quo allegatũ ẽ supra de cõplexiõe Indi respectu Sclaui: patet ẽt de muliere quę sumebat iusquiamũ sine lęsione tertio de simplici medicina. Scdo mõ p virtutẽ bezoarticã acquisitã arte vel naturalr. vt puta de mithridate qui p visum medicinæ quã mithridatũ appellamus se securũ reddidit ab vsu venenorũ. Patet ẽt de illis qui pdicãt eos esse de domo sancti Pauli, qui comedunt serpẽtes, & tangunt & pũgũtur absq̃ aliqua lęsione. Et Aui. noiat vnũ qui se sine læsione serpẽtibus obijciebat, & nos vidimus vnũ de illis qui innumerabiles habebat serpẽtes malos, quos tangebat, & non lædebat ab eis, & ipse vendebat panẽ quẽ appellabat panẽ sancti Pauli. Ex quib⁹ sequit, ꝙ possibile est, ꝙ aliquis ueneno nutriatur. primo per assuefactionẽ. secũdo quia vna & eadẽ res potest habere rõnẽ cibi et veneni: ideo illa res potest a sua venenositate expoliari: & sic ex ea corpus nutritur. Ex quibus sequitur ẽt ꝙ illa puella fuit vere nutrita napello: & vlterius, quòd illa venenosa dispositio per quam alios osculando venenabat erat ei naturalis. sequitur vlterius, quòd ipsa erat venenum: quia quicunque cum ea cõmiscebantur venenabãtur. Et vltimo sequitur possibile esse duo indiuidua aut plura humanæ speciei habentia proprietates specificas contrarias & plura alia speculanti facilia. Sed contra supradicta est forte argumentum dñi Auer. 7. colliget & in epistola de theriace ad Glauconẽ, videlicet, ꝙ idem esset homo: & nõ homo probatur sic. Exiens hoĩs latitudinẽ nõ est hõ, sed suprascripta puella venenata exiịt humanam latitudinẽ. ergo nõ est homo. maior sumitur ex primo canonis. minor probatur. quia tota humana cõplexio formę veneni extremaliter cõtrariatur, sed exquo illa puella nutritur napello siue ueneno, sequitur, ꝙ inter ipsam, & illud, cadat similitudo quędã, ergo si similatur illi formæ extremaliter contrariæ formæ humanæ: dissimilabitur humanæ formæ: & tunc non erit homo.

Distl.4.ca. 4.ver.fin.

L

M

Ca.1. post medium.

Ff.1.doc.3 cap.1.

Ad istud argumentũ põt respõderi negando primã cõsequẽtiã. & ad probationẽ dr̃ sicut supra allegatũ de mẽte principis, ꝙ primus modus æqualitatis humanę complexionis habet magnam latitudinẽ: a qua si egredietur nõ erit amplius humana complexio: ista tñ latitudo est magna valde in qua continentur corpora tam tẽperata, q̃ naturaliter distemperata, tam sana simpliciter, q̃ etiã ægra. vt nunc & pręternaturaliter: talia quãtum ꝙ ęgritudine intensissima, & tam habentia distemperantiam in qualitatibus manifestis, q̃ etiã in proprietatibus & qualitatibus specificis, & ex consequenti prope extremũ latitudinis huius essent ponenda illa venenata, ita ꝙ licet essent in latitudine: tamen essent in aliqua mansione vltimi gradus ipsius latitudinis specifice, ad quam mansionem non perueniunt non assueta ad venenum, sicut nõ est inconueniens, ꝙ cętera caliditas sit alicui cõueniens, & naturalis inquantum excitatus, tamen esset illi aut alteri simili discõueniens quiescenti. Ita ista dispositio inquãtum assueta est similis, & dissimilis contraria, siue nõ naturalis cuilibet nõ assueto: ideo omnium aliorũ interẽptiua: & sic negatur, ꝙ talis exiịt totaliter latitudinẽ primi modi. Sed contra. agens à tota substantia nullam habet similitudinem: vt venenum, ex quo extremaliter opponũtur: vt dicebatur arguendo, & sumitur ex tertio de complexionibus. ca. 1. & 2. & primo cañ. Respõderi potest, ꝙ licet venenũ, vt venenũ non alteratũ sit totaliter oppositum humanæ naturæ: tamẽ possibile est, ꝙ per actionẽ veneni in mẽbra, & caliditatẽ naturalem ipsorũ spirituum fiat tãta actio, & reactio. ꝙ introducatur vna complexio æqualis siue facta. & hoc: quia aut illa ambo agentia sunt æquata, & ex cõsequenti reducta ad vnam formam, siue dispositionem mediam multum alijs indiuiduis repugnãtem: vt credit Gẽtilis de febre hectica. aut quia tam in partibus materialibus, quàm formalibus est fixa illa dispositio tanq̃ facta naturalis: vt dixit Dynus de complexione æquali: & possemus ex isto phantasiari vnum nouũ modum dicendi. & tu cõsidera. Vel possumus secundo respondere, ꝙ cũ duplex sit complexio, quædam insequens formam, & quædã materiam, ꝙ nõ esset inconueniens aliquod ratione complexionis insequentis formam esse oppositum extremaliter: licet rõne insequentis materiam esset conueniẽs & econuerso. Et ex hoc videmus ꝙ aliquis abhorret vinum tãq̃ venenum, & alteri tamen illud est cibus conueniẽs. & talis dispositio insequẽs materiam, quæ est certa occulta proprietas, etiam per artem acquiri potest, vt patet per assuefactionẽ comedentis napellum: & iusquiamũ. & etiam a natura, vt recitatur de puella ab Alberto. 7. animalium, cap. 8. quæ scorpiones comedebat & nõ lædebatur. Sed contra, quia sequeretur, ꝙ homo posset a natiuitate produci venenosus, quia cum quibus forma cõseruatur, cum eisdem dispositionibus illa introduci potest. Respondetur concedendo totum: vt si leprosus cum leprosa coiret forte generaretur homo venenosus, & ideo prohibetur aut prohiberi in lege deberetur. ex quo concluditur ꝙ ista cõsequentia non valet. in ista materia sunt dispositiones facientes pro ipsa forma veneni. ergo forma humana introduci non potest. vt patet ex supradictis. Respondetur igitur ad primam cõfirmationem, ꝙ licet venenum possit corpus nutrire per paulatinam assuefactionem, tamẽ maior assumpti est falsa, ppter causas supra narratas in probatione conclusionum. & consimiliter respondetur ad vltimam confirmationem. Et sic sit laus cui dedit intelligere.

N

O

Ff.2.doc.1 fũ.1.c.15

Quarto primi.tra. 3. ca 1.ver.fi. & in quinibus de febre quot. 3.in fine.

P

Q

Finis quęstionis de venenis ad tempus, æditæ à Petro Carrario de monte Silice.

Explicit differentiarum Philosophorum ac medicorum liber Conciliator celeberrimi Philosophi mediciq; sua tempestate præstãtissimi Petri Aponensis Patauini: emendatissimus impressus, vtpote qui de verbo ad verbum collatus fuerit cum exẽplari quod fuerat manibus proprijs Ioãnis Aquilani correctus, qui medicinæ practicam ordinarie Patauij magno cum nomine diu professus est.

Hectorem

A Hectorem Dalli Aruernum Sanctæ Apostolicę sedis Prothonotariũ Ecclesiæ sancti Iuliani Briuatensis Canonicum dignissimũ Symphorianus Champerius plurima iubet salute impertiri.

ANNOTATIONES in Petrum Aponēsem quem Consiliatorē vocamus: tibi Hector vir literatissime dicare constituit opus à Philosophia ad medicorum utilitatem conditum. In Theologia enim, ac Astrologia rerumq; diuinarũ mendę innumerę in Consiliatore conspiciũtur: & religionis deprauata sacramenta: ac maculosa nomina scaturiũt ad quæ repurganda opus foret iusto volumine. Hoc enim mihi prope vnum propositum est: hic Scopos, hoc signũ: vt B pro virili parte foueam: instituamq; tyrocinia adolescentulorũ medicorũ, vt in religione Christiana titubātib' ob Petri Aponensis delyramenta, fulcimenta suppeditē, vt denique iuniter Democritum, quem nimio iuuandi mortales studio: interdum prolapsum in Philosophia ferunt. Malo enim (citra religionem dico) deerrare nonnũq; : & incidere in culpam, vt ego sentio ignoscibilem, q̃ diutino senelcere silentio, & funesto veterno torpescere. Equidem ex castris medicorum in Theologorum & Astrologorum, atq; iurisponticiũ castra subinde me cōfero: nō tñ vt trāsfuga, sed vt explorator. Nolo quidē esse Theologus vt Origenes: non tamen expers Theologię, qua salus animę cōtinetur. Nolo esse Iurisconsultus, vt Gratianus & Baldus, non tamen penitus explosus a contubernio iurisconsultorũ. Nolo esse Astrologus vt Ptolomeus: tamen nō omnino alienus a secta Astronomorũ, & schola. Hæc autem si penitus introspicere nō licet, saltem a limine salutotet ut celeberrimi scriptores dixere: magnę rei C quantulumcunq; possederis fuisse participem: non minima est gloria: & satius est plura studiorũ gña nouisse mediocriter, si non possis vnũ aliquid insigniter. Sed ne extra cancellos instituti operis euagetur oratio, iam aperiēda sunt vela ac ianua petenda: iam manus imponenda opusculo est: in quo vereor ne dum amphoram formare incipio, vrceũ finxerim. Tu vero Hector clarissime quicquid est illud munusculi libēter cape: quod si facit ad stomachum tuum: quod si tibi probatur tuisq; similibus bene est: pluris enim facio vnius eruditi laudationē, q̃ sexcentorum male literatorum vituperationem. Viuas valeasq; Champerij tui memor.

Annotamēta, errata, & castigationes in Petri Aponensis opera, per Simphorianũ Champerium Lugdunēsem, serenissimi Ducis Calabrum, & Lotharingorum medicũ primarium.

D

PETRVS DE APONO apud nostros Consiliator dictus, vir magnę: sed nonnunq; nimium audacis temerariæq; doctrinæ. Olim tamē inter medicos boni nominis, sed qui exacte philosophatur aduertit, plurimę lectionis hominem fuisse minimiq; iudicij, ab omnib' ferme creditus est Magus: verum ex aliquibus cōstat: q; oppositum ei dogma aliquando tributum sit: quem etiam heresum inquisitores vexauerint, quasi nullos esse dæmones crediderit, is plura reliquit signa cur superstitiosus crederetur in libro præsertim quem appellauit Consiliatorē: cuius libri differentia 56. supra centesimam de præcantationibus multa in vtranq; partem agens, eis tribuit plurimum: illiq; absurdissime & impie supestitioni fauet. placari Deũ Astronomica oratione: quod se expertum dicit: visumq; sibi vberiorē scientiā impetrasse, dum eā petijsset capite cœli E medium draconis occupāte. sed hæc mittamus & à Ioanne Pico Mirandulano: & à nobis alibi detestatam. Elige re. n. diem ad initiāda cōiugia: cōmertia: orōnes ad Deũ & his similia impium est, & a fide apostatare. Oium (inquit Augustinus) corda fideliũ non dubitant: nullis mũdi partibus: nullisq; temporibus prouidētiam abesse diuinā: nec de stellarũ potestate: quę nulla est: seculariũ negociorũ pendere profectus: sed ęquissimo & clementissimo summi regis arbitrio cuncta disponi. Concordat qđ idē dicit lib. 3. de trinitate. cap. 4. Et ad Ianuarium ait. Non itaq; dies obseruemus: & annos, & mēses, et tempora: ne audiamus ab apostolo, Timeo ne forte sine causa laborauerim in vobis. Eos. n. inculpat q dicũt: nō pficiscar. qa posterus dies: aut qa Luna sic feri: vel, pficiscar vt pspera cedāt: qa ita se habet positio syderũ: nō agā hoc mēse cōmertium, quia illa stella mihi agit mēsem, vel agam: quia suscepit mensem. F

Quòd præcantatio in cura non conferat, cōtra Petrum Aponensem differentia. 156.

PRęcantationes censuit Aponensis ęgris conferre, idq; persuaderi rōne & experimentis demōstrari: pro experimētis affert multa inter quæ eucharistiæ nostrę verba, & diuinæ: vt (inquit) artis Notorię noia: et pleraq; Magicę artis cātamina: & sane Aponēsis iste minus decipere poterat: q; vt pcantationibus cōmisceret, q diuina sunt: quæq; prophana & noxia diuinorũ noie dignaret. Dicũt Theologi supra Christi corporis sanctissimũ sacramētũ: verbis ipsis vt causis nō cōfici: intercedēte aũt ea: vt signa quibus assistat diuina potētia. Notoriā quoq; artē: nō modo illicitā: sed vanā prorsus & inefficacē. Diuus Aquinas asseruit noxiorũ delyramētorũ hostis, vt sanctũ, & doctũ hoiem decetis igił post multa aduersus superstitiones disputata de arte Notoria verba faciens: docet eā suis figuris & ignotis vbis vti tāq; signis. G Manifestũ autem ex illis aiam naturalr scientia nō informari: quare eā ad pacta pertinere: demũ cũ diuina auctoritate instituta non sit: docet & illud effectũ scientiæ, qui ea ex arte separat a suis cultoribus modo quo sciētia naturaliter acquirit haberi nō posse, inueniēdo. s. per se: uel discendo ab alijs: quare relinqui vt vel à Deo, vel à Dæmone expectet. Deũ vero p hmōi obseruationes largiri non solere sciētiā: sed ex arbitrio suo: liberaliq; clemētia: vt Salomoni olim. vt apostolis: vt alijs: quare colligi debere: vt rei huiusce sit auctor dæmō: ad quē intellectũ illuminare minime cōueniat: quē tñ collustrari oporteat in adeptione scientiæ. Verũ. n. est Augustino narrāte neminē vnq; à dæmone scientiā edoctũ: q; dæmones ipsos: dum loquuntur, quępiam sciētiarũ documēta proferre nihil vetet: id autem Notoria ex arte nō queri: ita hac in re Thomas decernit: cuius auctoritas Aponensi præstabilior: cuius iudicium excellens adeo: vt Aponēsis cōparationem excludat. Magica alia, quæ affert Aponensis ex H perimenta: in pacta dæmonum referenda sunt: quæ autē pro rōnibus affert: nullā rōnē continent: posse inquit incantationē ita affectā esse: vt mundanæ materiæ dominari possit: alibi confutauimus, ex affectione quoque incātati ita euenire quod pari rōne refellitur. Nā tametsi aliqua possit hois imaginatio: & vehemēs desideriũ, nō tñ ea ualet: quæ ille plurima congerit: inter quæ illud: vt ex verbis in aure haustis largiatur quis quæcunq; alius petierit: ambulet super acutissimum gladium: super prunas ardentes illæsus: stupefieri præterea serpētes: furibundos equos carmine quiescere. Fieri. n. ope dæmonis id pōtt non naturæ. Qualia si pro veris suscipiantur: & non ab antiquitate cōfictis: fuere nōnulla Circes & Medeæ cātamina: q; autē à Deo sortiantur effectũ præcantatio hmōi tam impium q; delyrum: nec propterea excusaris: quòd in fine quæstiōis: seu discordiæ differētiæue, pdideris hęc

I omnia topice a te dicta: nullā enim probabilitatem habent: nullum ex topicis Aristotelicis argumentū sumptū est: execrāda omnia & Deo aduersa, & theologis explosa: nec minus illa, q in angelos hæc etiam referri posse dixisti: illi siquidem a Dei nunc voluntate deflectunt. At qui dicūtur orationes ferre & præsentare Deo, proq nobis intercedere, verę illę sunt, & ab eo ecclesiaue sua institute recta voluntate, & religiosa pietate sursum effuse, tales non sunt Magicę vanitates: & phanaticorum superstitiosa incantamenta. Quòd vero in dæmones ea ipsa etiam retuleris, recte sensisti: sed non ex integro, ibi enim plane delyras cum Ptolomeo: & eius interpreti accedēs, non negas ex cœlesti configuratione deriuari ad nos potentiam cogendi malignos spiritus, & ex mortuis diuinare, quod irrisum confutatum, & explosum est libro nostro de vita cęlitus comparanda: & demum decipis, dum non abnuis coniunctas orbibus intelligentias, seu
K cœlorum animas prodesse nobis & officere ex diuersitate cantaminum: quasi substantiæ, quæ mouent orbes: & quoquo modo eis coniunguntur malę sint, & nocere magis, q iuuarę mortales curent, quasi magorum verba formident. Tum autem Oreste insanior iudicandus es cu subdis expertum te eas in amorem non leuem, & odium continuatum duci, hæc vt quidam ex recentioribus scribit auctoribus ex Piccatrice magna ex parte decerpsit Aponensis: vanissimo libro superstitionibus pleno: & veluti scala ad idolatriā facto: in quo & preces ad quęq planetarum docentur, & suffimenta & cōciliationes prauorum spirituum: quæ ob stultitiam explodenda: & ob superstitionem penitus execranda sunt.

De arte notoria: & q pręcantatio in cura nō conferat. Ex Galeni auctoritate contra Petrum Aponensem.

ILlicitam esse hanc artem & inefficacē Galenus sexto simplicium cōcludit. sic enim ait. Si autem necesse est
L aliquibus aliquo tempore considerare in lib. medicinæ non existimo, q sit aliquis qui relinquat libros Dioscoridis, & libros Abrucalis, & libros Faratan, & libros decēmilia hominum qui senuerūt & cōsumpti sunt in hac arte: neq qui uelit legere libros alicuius grāmatici, aut illorum qui narrauerunt in suis libris coniurationes quibus coniurant radices vel plātas quousq se transmutent & conuertant de figura in figurā, & de forma in formam. & narrauerunt sicut putauerūt radices, quæ faciūt videri dæmones. Et manifestum est, q libros qui sunt huiusmodi non fecerunt nisi homines facinorosi, siue fascinatores, qui volūt facere ammirari populū ex hoc quod dixit Kamachilis in suis libris. Nam iste homo primum quod nominauit fuit Athisum: & est medicina quā omnes sciunt: postea nominauit agnum castum: & est similiter vere omnibus nota, postea nominauit affil. Et hanc similiter non solum sciunt physici, sed etiam pastores por
M corum & postea nominauit asinar, quæ est similiter medicina, quam nullus ignorat sicut non ignorat aliquis capillum veneris quem ipse nominauit post asinar. Et iste in istis medicinis, quas omnes sciunt non dixit aliquid plus quàm nos sciamus: de earum dispositionibus: & ipse postquam nominauit istas medicinas, nominauit etiā vnam aliam medicinam, & dixit quòd eius nomen est vquilla, & confessus est, q hanc medicinam non nominauit aliquis Gręcorum, sed dixit q est scripta in aliquo librorum qui sunt nominati Hermetis alkipti in loco in quo scripsit. 36. medicinas, quæ mōstrant dæmones qui sunt domini horarum. Et scitum est similiter de istis medicinis q nihili sunt & falsæ, & sunt fallaciæ illorum qui narrauerunt eas in suis libris, & sunt ibi alia nomina similia illis quæ dicta sunt. & dicta ex nomine Abionicon qui fuit in Cargeliæ, qui fuit in seculo: & ipse posuit ista nomina ad hoc, vt homines errarent in ipsis nominibus, sicut in omnibus nominibus quæ nominantur. N
Et ille. 36. medicinæ non sunt nisi vnum nomen solummodo: nec est veritas in illis nominibus neque ostendūt vllam sententiam. Sed Hamachindus & multi alij præter eum habebant sicut existimauit Legher, quia poterāt facere, & verificare res quæ non sufficiunt: neque valent quando memorantur in libris. Sed ego vidēs narrare ea quæ narrauerūt de dispositionibus earum in hoc tempore, nō manifestabo illas nec illorum libros amplius. Sed dimittam illos & incipiam in illis, quæ sunt meliora his. Hæc Galenus. illicitam igitur hanc artem & inefficacem Galenus concludit, quia vtitur his quæ scientiā causare nequeunt: etiam dæmō per eam inuocatus nec intellectū illuminare: nec sciētiam infundere potest: quamuis possit nonnulla scientiarum documenta tradere. Accedit, quòd non inueniūtur, qui ex arte ista in scientijs præ cæteris fuerint illuminati, sed potius infatuati. Nanque (vt hoc vltimū primo redarguamus) nec Hippocrates, nec O
Galenus, Græcorumq celeberrimi. Nec Auicenna, & Auerrois Arabum præstātissimi: id consueuerunt: irriserunt potius & aspernati sunt.

De fabrica imaginum astronomicarum, & quòd nullam vim a constellatione habeant contra Petrum Aponensem.

IN differentia. ci. in tertio notabili sic scriptum apud Petrum Aponensem vulgo legitur. Sapientes imagines construentes planetarum: introitum in cœlestes obseruant vultus. Et tunc ad constructionem vel destructionem quod expediebat operabantur. Est nanque cœlestis Scorpio qui inferis dominatur Scorpionibus, et serpens serpentibus. Vnde ex serpentibus forma, aut Scorpionis, vel Cancri, seu aliqua tali nobis fortassis determinate ignota, lumbrci producuntur in corporibus etiā hominum tales. Cum enim secundū Hermetem Enoch, su Mercurium quælibet arenarum maris suum obtineat P
sidus, incitans ad incremētum eiusdem: multo amplius in perfectioribus erit tale quid dare. Nam ex virtutibus superum omnia hæc quibusdā muneribus demoniacis, & virtutibus sunt plena. Vnde Aristoteles de mūdo ait quosdam antiquorum sensisse omnia hæc dijs plena fore. hæc Aponensis. Sed nec insignes hoc mestici crediderunt, nec Aponensi vllum præstat patrocinium ratio. Sed quàm fallantur qui opinionem ipsam Petri Aponēsis inuenerunt, manifestari copiose potest. Illud enim testatissimum (vt sic dicam) compertissimumq apud omnes habetur cœlorum motus: & dispositiones non esse effectus rerum inferiorum. Quòd etiam causæ non sint ipsi fatetur. Restat vt ipse dispositiones, & quod per eas putant significari: ab eadem causa proueniant, quemadmodum iris interdum serenitatem portendit, non quia eam efficiat, sed quia iris causa serenitatis etiā causa est. Sed cœlo nulla est corporea causa superior, quæ cœli scilicet & inferiorum simul dispositiones efficiat. Relin- Q
quitur igitur nō significari a cœlo, quę ab eo non fiunt. Auerrous quoque aduersus Algazelem scribens huiusmodi imagines prorsus inefficaces asserit. Nam artificialia inquantum huiuscemodi, nec cœlestem influxum recipiūt: nec alicuius operationis naturalis p se causa sunt, sicut patet ex naturalibus, & quātitas de genere actiuorū non est imago igitur ex quacunq materia fabrefacta sub quibusuis constellationibus nihil amplius virtute cœlestium accipit, q massa nō effigiata ex qua imago fit, nec omnia, quæ inscribuntur virtutem aliquam habēt. Similiter, q imagines sepeliuntur in medio loci quo operatio eorū expectatur actioni naturali cōtrariatur, quia actiua & passiua applicata fortius agūt & patiunt. Vanitatem maiorē indicat qđ Marsilius ficinus in quodā Arabum collegio se legisse fatetur. Figurā videlicet crucis cūctis anteponi. Quia corpora p virtutē agunt ad superficiē iam diffusam

A diffusam. Prima (inquiunt) superficies cruce describitur. Sic.n.in primis habet longitudinem, atq; latitudinem. Primaq; figura est, et oium recta ꝙ maxime, et quatuor rectos angulos continet. Effectus vero cœlestium maxime per rectitudinem radiorum angulorumq; resultant. Tunc enim stellę magnopere sunt potentes, quādo quatuor cœli tenent angulos, imo cardines, orientis videlicet occidentisq;, & medij vtrinq; cœli. Sic vero (inquiunt) dispositiue radios ita conijciunt in se inuicem, vt crucem inde constituant. Crucem ergo veteres figurā esse dicebant, tum stellarum fortitudine factam, tum earundem fortitudinis susceptaculum, ideoq; habere summam in imaginibus potestatem, ac vires, & spiritus suscipere planetarum. Hęc autem opinio ab ægyptijs, vel inducta est, vel maxime confirmata, inter quorum characteres crux vna erat insignis, vitam eorum more futuram significans, eamq; figurā pectori Serapidis insculpebant. B Ego vero, quod de crucis excellentia fuit apud Ægyptios ante Christum, non tam numerus stellarum (quod in similibus nullum est) testimonium fuisse arbitror, ꝙ virtutis presagium, quam à Christo fuerat acceptura. Astrologos autem, qui statim post Christum fuerunt, vidētes à Christianis miranda per crucem fieri, nescientes autem, vel nolentes in Iesum tanta referre, in cœlestia retulisse. Qui ꝙ cōsiderare debeant per crucē ipsam, absq; nomine Iesu miracula minime perpetrari. Vanitatem etiam indicant obseruātię cęterę, quæ in illis obseruantur, vt cum sinistra manu quędam nomina inscribuntur, imaginum quędam supinę sepeliuntur, aliæ sursum erectis pedibus capite deflectūtur, quæ omnia signa magis sunt occulti pacti initi cum dęmonibus ab his, q talibus vtuntur, ꝙ causę ad effectum naturaliter concurrentes. Sicut in imaginibus Necromanticis angelorum, aut potius dęmoniorum inscriptio, et aliorum nominū, C & characterum ignotorum, insuper diuersarum suffumigationum, inuocantium quoq; vsus signa sunt manifesti pacti cum dęmonibus.

De creatione rerum Errauit Aponensis, & sibiipsi contradicit.

APud eūdem differentia eadem inscitissime peccat Aponensis, qui dum Aristotelem conatur sustinere, & verba obscurat, et sensum, & sibiipsi cōtradicit insulso barbaricoq; interpretamēto, sic enim ait. Ponentes vero creationem, et si verissimi lege sint, in philosophia tamen non sunt admittendi cum ipsam leuem faciant omnino, ac primam quasi causam multiplicib' vexant laboribus. Decorem non minus & ordinem, & per consequens perfectionem remouentes fm Peripateticos ab vniuerso. Hæc Aponensis. Sed quis ferat illum qui studere medicinæ, ac veritatem profiteri præ cæteris Christianis medicis iudicatur, cū is neget fieri posse qcꝙ D de nihilo? Sed dic tu Petre. Quis est qui adeo, aut floreat eloquentia, aut doctrina polleat, vt creationis ipsius valeat explicare rationem? Magna quippe res est, atque ita prorsum admirabilis, vt sensum humanę imbecillitatis antecellat, verum complura nobis Christianis illustrata sunt, & hęc ipsa quoq; creatio manifestata desuper. At non potest Deus quicꝙ penitus creare de nihilo? Negat Aponensis, prohibet omnipotente Deo potentior homuncio. O egregium facinus. Quod Aponensis non vidit, audebit ne, aut poterit Deus? voluit (vt mihi quidem videtur) Pygmęus Gigantum more pugnare cum dijs, id est enim bellare cū dijs, Deo potius ꝙ quod senex Cato interpretatur, repugnare naturę. Prodeat nunc in medium Aponensis, & manum nobiscum conferat. Ponētes creationem ais verissimi lege sunt, igitur lex eorū vera & sancta, si vera, ergo non eguit materia Deus. Non.n. officinam quęsiuit. non artificem, ipse per se, in se omnia fecit: Principio, Moyses inquit, creauit Deus coelum & terrā, & si sint verissimi, quare in philosophia admittendi non sunt, cum omne verum vero consonet? Quid.n. E philosophia aliud est ꝙ studium sapientiæ? sapientia vero rerum humanarum diuinarūq; scientia est. Quid dicā de te, qui Deum laboribus vexari asseris? furere mihi videris, cuius obtusa acies cum altius nequiret cogitationē attollere, Deum passibilem, & mutabilē credidisti. Mittamus vana hęc portenta, & turpissima ludibria nō philosophoꝝ, sed potius insanientium. Furere mihi videris cum Mercurio trimegisto, Furere cum Aristotele, Furere cum Auerroo, quorum alteri tardi, atq; hebetes, arrogātes alteri, & contumaces, vtriq; rudes sapientiæ, & ignari veritatis iudicandi sunt. Sed age quęso, tibi dico Petre, qui philosophiam profiteris, et sapientiæ studium colis, ac veritatis artifex haberi cupis, dissolue, si tāta insit vis animi tui atq; ingenij acumen, Quomodo fieri possit, vt Christiani verissimi lege sint, & tamen admittēdi in phi- F losophia nō sint: Quis est, q ferat huius philosophi, sed potius insanientis hominis deliramenta? Quis hāc tam discrepātem, tanq; variam opinionem pati possit, proh nefanda, ac detestabilis huiusmodi insanientis philosophi impietas. Sed redeamus ad priora. Quid est ex nihilo creare, aut post non ens aliquid esse? Aperi nunc disertissime Romuli nepotum Cicero. Diligentissime naturæ perscrutator Aristoteles edoce. Ostende philosophoꝝ aquila Plato nobis omnia, atq; dissolue, ignorantiæ pelle nubila, ingenia nostra serena. Mentis caliginem discute (si potes) & viam ostende veritatis. Sed hanc veteres non videre, qui sanctissima instituta Christiani dogmatis ignorarunt, aut si ista considerauerunt, non sciuere, nec potuere dissoluere, cum non fuerint cęlitus inspirati, ac desuper afflati, & instructi diuinitus, quare in vastū ignorantiæ pelagus, atq; in magnos errores, & ipsi sunt lapsi, & vt Aponensis etiam post eos laberetur, effecere. Sed non est humani aut ingenij, aut eloquentię ista nouisse, G atq; narrare. Diuino est opus instinctu, & spiritus sancti afflatu et gratia. Neq; enim aliunde, ꝙ e purissimis sacrarum literarum fontibus haurienda est altissimarū rerum, nunꝙ à vero discrepans, ac certa cognitio.

De magna coniunctione ab astrologis somniata ante diluuiū Noe, & de alia añ aduentū Mahumetis contra Petrum Aponensem.

IN differentia.113.sic scriptum apud Petrum Aponēsem legitur. Videmus aliquas cōiunctiōes, quid magnum ostendentes prius longo præcedere tempore, anteꝙ ipsarum monstretur effectus, cum materiam tempore disponant, & formā tandem inducant, sicut cōiunctio diluuium protendens per.287.pręcessit annos. Albumasar coniunctionum primo. Illa vero quæ Mahumet futurum denotauit per.52. Alchabitius. Sic igitur ex his omnibus intellectum perspicacē habentibus, & scien- H tiam quibus scribitur diligentibus sufficienter ostensum sit, mortem posse naturalem, et medici beneficio, et astrologi retardari: hæc Aponensis. Sed de ipsis cōiunctionibus, quanta inter astrologos diffidentia? Cum nondum constet apud eos, quę maxima, quæ media, quæ minor. Alijq; ab hoc, alij ab illis iubeant effectus expectari. Alchabitius, Albumasar, & Leopoldus magnam esse coniunctionem dicunt, quæ post viginti semper annos euenit. Iouis scilicet & Saturni. Maiorem cū ab vna, vt aiūt ipsi triplicitate ad aliam fit transitus, post annos scilicet ductos & quadraginta. Mediam Saturni, & Martis in cancro, quæ trecentesimo quoq; anno perficitur, maximā oium Iouis & Saturni in ariete, quæ post noningentos & sexaginta annos euenit. Messalla ab his dissentiēs eam vocat maximā, quæ fit trium superiorum Planetarum, Saturni, Iouis, & Martis, proximam hinc facit Iouis & Saturni coniunctionem. Tertiam Saturni & Martis, Quartam Iouis et Martis. Mitto q magnę rerum inferiorum

I feriorum mutationes euenere fine magnis coniunctionibus, contraq; magnę coniunctiones fine magnis euētis. Mitto ꝙ non plus Planetę possunt iuncti ꝙ separati, cū diuersarum sint (vt ipsi volunt) & pugnantiū proprietatum ac viriū, ex qua mistione refractioneq; minus aliquid, non maius esset expectandum. Adde ꝙ nec Ephestion, nec Maternus, nec Ptolomeus vnꝗ de magnis euētis per maximas istas coniunctiones iudicarunt. Ptolomeus enim mutatiōes istiusmodi in Solis Lunęq; defect⁹ retulit, in has autem quas vulgus colit astrologorum varias quidem mutationes acceptas referri debere non abnuit, maximas uero nequaꝗ, in quem errorem ob Gręcę linguę imperitiā eius interpretes sectatoresq; inciderunt. Mitto ꝙ pręcipui astrologi medias hoc est fictas, & imaginarias, falsoq; supputatas, non aūt veras coniunctiones sequuntur, non vero, sed medio scilicet, & ficto motu inuestigatas. Finxerūt enim vnicuiq; Planetę motum
K vniformē, vt inęqualem eorum, & uerum assequerentur. Periodicum illum vocat Ptolomeus, iuniores mediū ex re. s. quia eo quasi medio ad verum inuestigandum vterētur, sed falluntur longissimeq; aberrant. Nunꝗ enim ibi est Planeta vbi per medium motum esse deprehenditur, quia nec sic vnquam ille mouetur, & multorū per se annorum spatium intercedit inter veras, & medias coniunctiones, vt ex tabulis apparet. Mitto alias super his eoꝝ insanias, mitto dissidia, in quibus fere semper inueniuntur. nisi dū eos colligat, & cōiungit insania. Paucis itaq; colligamus, quæ à cœlo non fiunt diuina miracula (qđ enim magis insanum, ꝗ id quod supra naturam est, viribus naturæ factum arbitrari?) eadem quoq; nec ex ipso cœlo posse portendi, pręmonstrantur autem antecedentibus miraculis. Siquidē vniuersale diluuium Noe diuinitus inspiratus mundo significauit, transitum rubri maris, Ægyptiorum Magis, & astrologis testificata sunt, fa-
L cta per diuinam virgam à Mose miracula. Ezechię prorogatam uitam retrocessio solis palam fecit. Miraculum corporati verbi, & virginis puerperij, cum alia, tū mentes diuinitus afflatę, tum nouū sydus exortum, Magisq; perspectum indicauit, quod ne astrologis aliqua ex parte fauere suspicemur, edocet nos euāgelica littera, non id esse, de his quæ ab initio creauit in cœlis. Et ecce iquit stella, quam viderant in oriente antecedebat eos, vsq; dum veniens staret supra ubi erat puer. Quod omnes penē interpretes fatentur. Sileant igitur astrologi, & obmutescat Iulianus Cęsar impius ille desertor, stellā eam Ægyptiā blatterans nomine Asaph, videriq; quadringentesimo quoq; anno. Nusꝗ enim hoc proditum antea nec post annos. 1500. & 14. tot enim à salutifero Christi ortu pręteriere, uisa est: Suo enim munere functa, ab oculis mortalium prorsus euanuit, nec eius cursus cum syderibus alijs conueniebat. Facititia igitur illa, & temporalis, non natu-
M ralis, atq; perpetua, condita ad id officij à creatore, ꝑ quā significari natum regem iudeorum eo forte modo Magi intellexerunt, quo & postea in somnis declinandum Herodem, et alia quā venerāt via in patriam esse reuertēdū. Facessant ergo magnæ quas somniant coniunctiones, quæ & falsę conuincuntur experientia, & irrationabiles ratio demonstrat, quibus tamen diuinaculi prorsus insanientes, diuina miracula & prophetarum aduentum, & legum mutatiōes, & nostram etiam religionem fidemq; subijciūt. Albumasar de nostra, hoc est Christiana lege, ita sensit, vt annos quos vocant Solis maximos nō excederet, hoc est. 1460. et iā. 1514. euolut⁹ est. Nec veri⁹ suā, hoc est Mahumetis legem emēsus est. Habraam Iudeus Messiā eoꝝ promisit anno Christi. 1464. ea. s. ratiōe, ꝙ tunc erat ea syderum positio reditura sub quam Moses populum duxit ex Ægypto, & legē illis posuit. Arnaldus etiam vaticinari voluit anno Christi. 1355. vel. 1345. ob conuentum superiorum Saturni, & Iouis in piscibus venturum Antechristum. Alliacensis vt iuniorum astrologorum & pręsertim ætatis nostræ mendacia prętermittam, prędixisse inquit astrologos dum generale conciliū Constantiæ celebrabatur, nullā in ecclesia pacem futurā sed dissensiones & bella, & tamen scisma illud, quo nullum in ecclesia maius, eo anno extinctū est. Cum igitur ea tempora iam prętererint, eos profecto ignorātes, arrogantes, mendaces, leues, & ridiculos, nugigerulos declarat euentus. Sed redeamus ad ea quę Aponēsis de Mahumeti religione asserit, cuius sententia plane refellitur. N
Nā si magna aliqua cōiunctio causa est religionis cuiuspiam, abolita vi coniunctionis, & religio quoq; quæ illius. s. effectus est debet aboleri. Nulla autem syderū coniunctio per tot annos durare etiam fingitur, quot annis & idolorum cultus, & Mosaici ritus, et Christi religio ꝑdurarunt, ille enim circiter annorum quinq; milia, illi vero ter mille annis & eo plus, et eius etiā obseruantia apud iudeos visitetur. A Christi vero natiuitate mille quingētos & 14. numeramus annos, quare qui per has coniun- O
ctiones voluerunt religionibus terminum ponere, mendaces deprehensi sunt. Sed cum omnia sint incerta, et plena fabularum, illud Christi tenendum est. Estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.

Quomodo astrologi frequenter errant in iudicijs suis contra Aponensem.

Differentia eadem. 113. in responsione decimi argumenti sic scriptum est. Ad aliud dicendum est, ꝙ & astrologia non est mendax neq; ociosa, quoniam sicut astrologus percipit circa natū accidētia emergentia, ita & eorum subsidia in prolongatione vitę per artem ordinate percipit, et veritatem dicit in ꝗplurimis. Et raro deficit valde à prognosticatione recta, exceptis quibusdam particularibus valde. Perpauci autem sunt predicto vtentes regimine vitę productiuo, cum plures uita viuant brutali, aut occupationibus ciuilibus, et fami- P
liaribus occupati. Hęc Aponensis de mendace, et superstitiosa astrologia scripsit, Sed audiamus diuum Cyprianum virum clarissimum, & eximiæ sanctitatis martyrē, eo in libro quo sibi reuelatum ait à domino, ne sacerdotes cum fœminis cōmune habeant contubernium, astro- Notent sacerdotes.
logos obiter irridet. Ioannes Chrysostomus in cōmentarijs in euāgelium Matthei, opinionem illam astrologorum veluti blasphemā reijcit, qua freti, putant stellas in causa esse, vt adulter quis aut homicida fiat. Augustinus secundo libro de doctrina Christiana scribit ex notione syderum velle nascentiū mores, vitam, actus, euenta ꝑdicere: magnum esse errorem, magnamq; dementiā, eodem libro scribit. Quisquis liber est, cum ad mathematicum ingreditur, dat pecuniam, vt inde seruus exeat. Eusebius Pamphili in sexto pręparationis euangelicę libro aduersus malignam (vt ipse inquit) Chaldeorum astrologiam, & rationibus, & auctoritatibus aperte bellauit. Q
Diuus Basilius magnus in Exameron libro, scribit ridiculum esse astrologis contradicere, sed necessariū ne multi eorum fraude pręoccupentur, quādo in eorum verbis, & multa ignorantia, & multa impietas, & inter alia pleraq; connexionem hanc affert. Si enim ex stellis naturaliter malū procedit, creator erit effector mali. Diuus Hieronymus affirmat esse ex opprobrijs Ægypti, hoc est reliquijs idolatrię requirere stellarum cursus, & futurorum ex eis eueta rimari. Diuus Gregorius homilia decima in mathematicos inuehitur, meminitq; eos, qui Prisciliani ste dicebātur, putare vnumquemq; hominem nasci sub constructionibus stellarum. Mitto Lactantium affirmātem astrologiam, Aruspicinam, Necromantiam, Magicam à malignis angelis inuentam. Mitto alios complures eam condēnātes, ut Diuus Ambrosius in Examerō, qui vanam, & inutilem, & impossibilē istam Genethliacorum artem affirmat. Deniq; inquit delectatus sum, ꝗ nullus

A nullus imber effusus est donec precibus ecclesię dat⁹ manifestaret, nō de initijs Lunę eum sperandū esse, sed prouidentia, & miseratiōe creatoris. Eadem fere semita Leo, Seuerianus, Cassiodorus, multifariam, presertim in psalmorum cōmētarijs, & quicunq; vel ante, vel post Theologi fuere, aut doctrina, aut sāctitate, aut vtroq; insignes precessere. Diuus Thomas in expositione symboli affirmat eos factis ostendere plures Deos se credere, qui non solum putant cœlestia corpora imprimere in voluntatē hominis posse, sed et illo etiam, qui in factis suis certa accipiunt tēpora, damnatq; astrolabia, quę tamē ad vsum verę mathematicę in deprehendēdis stellarū motibus, & magnitudinibus pertinent. Idem in libro de sortibus, & in secundo volumine theologicę summę parte secunda. Diuus item Bonauentura in prima centiloquij parte diuinationem ipsam, quę ex astrorum inspectione dies, & horas in agendis custodit rebus, asserit deceptionem illusionemq; esse diaboli, atq; ideo maledictam à Deo atq;
B interdictam ab ecclesia. In Tolletana synodo (quod, & meminit Ioānes de turre cremata in summa ecclesiæ) aduersus astrologiam, ita decretū est. Siquis astrologiæ, vel mathesi existimat esse credendum Anathema sit. Somnia hęc profecto, & impossibiles nugæ sunt, non theologis solum, sed & philosophis iniurię, Platoni maxime, & Aristoteli, qui in suis de republica libris, vbi de condēda vrbe preceperunt, nugas hasce non tetigerunt. Nugas inquam, quæ cultoribus etiam suis pernitiem inferunt, adeo vt experientia cōstet, eos potissimum in suis rebus agendis parum esse fęlices, qui vanam hanc temporum discretionem obseruant: contra longe fęliciores, qui eam duce prudentia reijciunt. Nostra hac ętate in principib⁹ etiam viris, ita palam ostensum est, vt etiam conuiuentes exquisitissime pspexerint. Apud antiquos idem euenit, siquidem Ninus Assyriorū rex, nec Astrologus nec Ma-
C gus, Zoroastrē in Astrologia, in Magicis, in oī superstitione potentē, & vicit in bello & occidit. Pompeius quę res aduersę atq; sinistrę pressere, vanitati huic plurimam fidem adhibebat. Nullam Cęsar cui fęlix lętaq; fortuna. Iustinianus Imperator, astrologorum, & domi, & militiæ fęlicissimus fuit: contra Iulianus ipse desertor, et Christiani nominis inimicus, supstitionibus deditissimus, breui, et Imperium, et vitam infęliciter amisit. Concludam⁹ igitur, q; stellę nec pro libito futura decernunt (quia animatę non sunt) nec decreta Dei necessario ventura in nobis explent, quoniam Deus hominem in manu consilij reliquit ait Sapiēs. Sed ex natura sua puta motu, & lumine à conditore accepta, homines resq; terrenas alterant, & ad multa inclinant, cui inclinationi homo si vult contraire poterit, viri aūt philosophię gnari, facile nō enunciant, quod ex certis causis, & demonstrationibus veritatis euidentiam non habet. Veruntamen si anni qua-
D tuor partes à qualitatibus suis multum exorbitare contigerit, facillime sequetur aeris intemperies, sicq; frugū detrimentum aut excessiuo frigore, uel calore vrenti, humore suffocante, aut siccitate cōsumente humidū radicale. Amplius turbatis elemētis, imaturis frugibus, & aere infecto aut putrefacto, quo ad respirādum sedulo vtimur, ęgritudines euenturas temere nemo iudicabit. Deniq; ex aere infecto, & alimentis inconuenientibus, spiritū animalem turbulētum generari physica ratio suadet. Hinc ægritudines acutę, & cerebro multæ obueniunt turbationes, quibus in vulgo dominantibus ad vnius filij Belial dolosam persuasionem, insultus fieri haud erit difficile. Si enim princeps vi legis occurrere nititur, mox à supba ceruice onus seruitutis, & sceptrū exactoris excutere moliuntur, hinc sectę, cōtentiones, partialitates, seditiones, bella, & cętera huiusmodi oriūtur multa. Vnde mirum non est si his, & similibus, non tam Astrologi q; philosophi, medici, agricolę, & nautę, quotidię de futuris multa vera prędicūt sine astrologicis regulis, de morbis, de annona, deq; tempestatibus. Missa igitur hęc facientes, reliquos Aponensis errores videamus. E

Pręclarissimos viros artium, & medicinarum doctores Franciscum Dalais, & Christophorū Champerium fratrem Germanū Regię maiestatis consiliarios, & medicos dignissimos Symphorianus Champerius Lugdunensis illustrissimi Ducis Lotharingorum, Calabrorū, et Barrensiū &c. medic⁹ pmarius. Salute plurima imptit.

LAVDANT in Consiliatore nostro medicorum doctissimi dogmata ad medicinā, & philosophiā pertinētia, quibus vnctiora edulia, lautioresq; popinas interdixit adeo, vt familia Paduana, puras, et sine ferculis, & cum omni sobrietate cęnas cęnitare ex Petri Paduanensis instituto cōsueuerit. Verum (vt inquit Horatius) Quādoq; bonus dormitat Homerus. Et iuxta illud Varronis. Nemo vnus omnia potest scire. Nam cū plurima à Petro Paduanēsi in medicinis, et philosophia erudite dicta sint, nonnulla tamen reperiūtur parum curiose pensiculata, & ab Hebręorum lege, et Christiana religione discrepantia, quę de Astrologia, Magia, arte Notoria, quæ ad gentilium ritum pertinent licet animaduertere. Nanq; ea scripsit Paduanēsis circa religionem somnia, quę Christianorū aures ferre nec possint, nec debeāt. Quapropter cum spiritus fallax: cuius instinctu Paduanensis ista dicebat, plus obsit legētibus, q; prosint in medicinis, & philosophia ipsi⁹ ueritates, institui summatim breuiterq; annotare loca q; plurima, quę apud Paduanēsem magis obelisco q; asterisco digna esse existimaui, qd' negocium dum Consiliatorem vna cum Gal. & Auicē. profiterer, suscipere non recusaui, ut medicis aliquibus id efflagitantibus gratificarer. Et id potissimū adimpleui, non eruditionis ostentandę gratia, sed vt pro virili parte iuuarem Consiliatoris differentiarum studiosos, & potissimū ipsius Paduanensis doctrinæ amatores, ipsum vtpote optimū medicum laudo & lectito, sed quādoq; deficientem, ac minus recte enarrantem diuina, emendare contendi. Existimans me facturum esse operepreciū, si ea, quę Paduanensis de religione nostra ignorauit, partim mendosa: partim manca, & inerudita, nostra industria, vera, et erudita legerentur, verum alia sexcenta preconio scriptorum in Cōsiliatore celebrata prudens omitto, cū ad illa festinet animus, quæ hodierne oratiōi materiā prestabunt, & argumentū, vt opinor nō pęnitēdū. Et valete viri clarissimi, & Champeriū vestrū amate. F G

Annotatiōes, errata, et somnia Petri Paduanēsis: quē nr̄i Consiliatorē vocant. Lib. II.

Erratum primum. *dif. 1. in ult. C.*

MEDICINA & maxie curatiua Marti est scripta, qui oibus fere Planetis iudicatur odiosior, hic etiam irremunerationis obiurgij, & omnis iniquitatis extat Planeta. H

Erratum secundum. *diff. 1. B.*

Est autem sciendum, q; medici merito vtplurimū malorum extant morū. Tum quia ex vili stipite, & sterili originem contraxerunt, intumescentes demū, & contumeliosi facti cum fuerint aliqualiter incrassati. Tum etiam quia medicinæ scientia, & simpliciter curatiua maxime Scorpioni attributa est, & Marti, quorū proprietates in malum tendentes iam sunt tactę. Conseruatiua vero magis Tauro, et Veneri hos in omnem trinam incitantibus luxuriam, istos tamen qui stellariter prauorū morum existunt propter uirtutem Scorpionis, et Martis in eis dominantem ab attributionis virtute perfectos reperio medicos. Vnde nāq; prob⁹ medicus insectator malorū debet esse morum. Tum quia scientia hęc nō de virtutibus ac morib⁹ determinat acquisitis sicut aliarū plurimę, sed dę naturalibus

I naturalibus tantum in techni. Tum[que] propter astralitatem [quam] prauam mortalitati oppositam.

Erratum tertium.

Causa astrologica sumitur ex Planetis, & maxime ex cõiunctionibus Saturni et Iouis, & solaribus eclypsib[us], & lunaribus vtcun[que]. Ex cõiunctione nan[que] Saturni, et Iouis i principio arietis, quod quidem circa finem.960. contingit annorũ, tunc enim [secundu]m ascendens coniunctionibus, & dominũ eius, [secundu]m etiã locum coniunctionis eorũ ex domibus, aut [secundu]m fortunas, & infortunas locũ ascẽdentis, et coniunctionis aspicientes, variatur non solum natura humana fortitudie, aut debilitate, lõgeuitate, aut ecõtrario, imo & totus mũdus inferior cõmutatur, ita[que] [quod] non solum regna, sed & leges, & Prophetæ consurgũt in mundo significatiuę saltem seu casualiter in quibusdã uolentes prioribus quasi neglectis reliquas condere, sicut apparuit in aduentu Nabuchodonosor, Moysi, Alexãdri Magni, Nazareni, & Machometi. Quod & dearti-
K culatur id cõmune, fortunatur nan[que], et infortunatur [secundu]m coniunctiones medias Saturni, & Iouis duodecies, aut tredecies in qualibet triplicitate factas, quod spatiũ.240. aut.60. mensuratur mensura annorum.

Erratum quartum.

Intelligentia est septenaria [secundu]m numerũ septem Planetarũ, nã prima quidẽ Saturni Cassiel. Secunda Iouis Sachiel. Tertia Martis Samuel. Quarta Solis Michael. Quita Veneris Anael. Sexta Mercurij Raphael. Septima v[er]o Lunę Gabriel. Ordo aũt i ducatu eo[rum] existit, [quoniam] [pri]mo ducit Saturnus, deide Venus, postea Iuppiter, deiceps Mercurius, postea Mars, deide Luna, demũ Sol. Ducatus aũt, & regimẽ vniuscuius[que] est.354. anno[rum] et [qua]tuor mensiũ lunarium, ad similitudinẽ anni lunaris continentis.354. dies. & .1. tricesimas, & [secundu]m hoc inuentum, [quod] cum Mars mundum gubernaret, factum est diluuium propter coniunctionem maxime Planetarum in pisci-
L bus. Sub ducatu autem Lunæ dispartitę sunt linguę, subuersa est Sodoma & Gomorra, et factus transitus à filijs Israel de Ægypto, & multa alia apparuerũt indicia, [secundu]m naturas, & proprietates ducentium Planetarum &c.

Petri Paduanensis excusatio [quam]uis insufficiens.

Sic igitur (inquit) dictum sit quantum de hoc rationabiliter potest comprehendi iuxta sapientum mundi versutiam, nil sapientiæ diuinę superius pręscriptę derogando, sed potius eam per omnia confirmando, cum ipsa sola sit veritas & vita. In hoc autẽ (inquit) me loqui [pro]terui nolẽtes, aut potius impotentes audire, gratis, lõgis vexauere temporibus, à quorum manibus me mea[que] ueritas laudabiliter eripuit prefata, demum mãdato etiam superueniente apostolico. Hęc ille.

Erratum quintum.

Omnis mundanę geniturę conditio ex Planetis, cõtum[que] signis tan[quam] ferrum ex lapide magnetę dependet. Vnde Mesahalach epistola. Simile est op[us] Planetarum
M in hoc mundo lapidi magneti & ferro.

Erratum sextum.

Complexio autem omnium astro[rum], ut in primo quadriparititi ex complexione Planetarum elicitur, ad caliditatem tendit & humiditatem, velut complexio humana cum superiora ordinentur ad inferiora ista accidentalitate fit quadam, & intentione secunda in superioribus caliditas Iouis, Martis, et Solis superant frigiditatem Saturni Veneris contemperate in frigiditate & Lunę, ita [quod] caliditas superexcedat, similiter & humiditas multa Lunæ, & Veneris nobis propinquarum, & Iouis superant siccitatem Saturni, Martis, & Solis non vehementer sicci, cum sit fons maxime caloris & vitę. Non enim est vita viuentium pręter Deum nisi per Solem & Lunam. Modus vero particularis, est quidam influxus stellaris vnicui[que] indiuiduo fere differenter ab alio propria nati-

uitate, aut reuolutione eiusdem influxius, & ideo videm[us] N Saturnum & Martem, licet simpliciter sint infortunę, & habeant annos auferre ab alcorhodẽ, tamen quando fuerint alcorhodẽ id est datores formarum vitę, annos suos minores medios seu maiores pręstabunt [secundu]m eorum fortunationem, quod & in alijs magis contingit Planetis, & ideo omnis Planeta [secundu]m diuersitatem natiuitatis, et reuolutionis, vni existit fortuna, alij uero infortuna.

Quid Albumasar & Auerrois, quãuis Mahometistę fuerint de talibus senserint.

Albumasar & si in astrologia somniauerit tertio tamen introductorij ait stellas significare omnem rem, quæ est in hoc mundo, scire tamen nobis est impossibile totum propter impotentiam intellectus nostri. Item Auerrois secundo cœli et mundi contra Auicẽnam inquit, stellas in rei veritate non agere frigiditatem, sed caloris similes vnicui[que] elementorum.

Erratum septimum.

Ego quidem (infit) fui expertus figuram Leonis im- O pressam in Auro, Sole existente in medio cœli cum corde Leonis. Ioue autẽ Venerem aspiciente, ac malis infortunatis, & cadentibus dolorem renum auferre, pro corrigia ex corio vituli marini nudã super carnem concincta. Et merito. Nam (inquit) vultus huius sęculi subditi sunt vultibus cœlestibus. In centiloquio, pro confirmatur recitatiõe Cõmẽ. de figura Scorpionis in incẽsum impressa Luna existẽte in Scorpiõe morsum eiusdẽ curãtis.

Erratum octauum.

Siquis purgatorium acceperit Luna cum Ioue existente, abbreuiabit tunc opus eius, & effectus minuetur, propter fortificationem virtutis naturæ, & coniunctionem Lunę cum Ioue. Medicina enim tunc operari non poterit cum agat virtutes plures superãdo naturales, sed purgatorium accipere Luna existẽte in Canero, Scorpione vel Piscibus, dño etiam ascẽdentis coniuncto Planetæ, qui fuerit sub terra laudabile. Si vero cõiunctus fuerit do- P mino ascendentis Planetæ existente in medio cœli, patietur nauseam, euomet medicinam, & in eo non morabitur. Oportet autem in applicando tertium instrumentũ, puta chirurgiam ad scientiam iudiciorum attendere, iuxta illud centiloquij, tangere membrum ferro Luna existente in signo illius membri periculum est.

Erratum nonum.

Astrologus potest fortunatiores reddere fortunas, & infortunatiores ab infortunio separare, [secundu]m [quod] sciuerit inferiora conuenienter reducere in superiora, actionẽ motus, & luminis coniunctionis, & virtutis occultę specifice superiorum his inferioribus applicando.

Erratum decimum.

Corpora superiora non solum motu operantur & lumine, sed fortunio, & infortunio, et virtutibus quibusdã specificis appropriatis, quæ sine medio imprimunt imutatione sensibili.

Erratum vndecimum. Q

Terra in quadã eius parte inuenitur aquis discooperta, quod potest contingere ex virtute stellarum existentiũ in.12. imaginibus, quæ sunt extra zodiacũ in septentrione compescentium Mare Oceanum ne superinundet terram iuxta illud Psalmistę. Congregasti aquas in vtre, [pro]pter quarum virtutis relaxationem enigmatizant diluuium contigisse.

Erratum duodecimum.

In omni actione, & passione, agens dupliciter existit, quorum vnum est motor imobilis dans cuncta moueri, vt causa prima, vt Boetius. Immobilis[que] manens dans cuncta moueri. Secundũ vero virtus orbis cum his, quæ locantur in ipsis astris, quæ (vt infit) duplicia existunt, quędam.n. sunt erratica, vt septem errantes seu Planetæ dicti quorũ Sol fons caliditatis spheram cõmouet ignis,

Luna

A Luna vero principiũ humiditatis sphærã concitat aquę, quod ostendit motus accessus, & recessus eiusdẽ ſm motum diurnum cœli quadratiuum quatuor puncta Cardinalia constituentem. Aerem vero concitant quinq; alij. Saturnus nanq; ad frigiditatem disponit ipsum cõgelatiuam mortiferam. Iuppiter quoq; calorem, & humiditatem illi cum temperamento præstat. Mars caliditatem æstiualem cum siccitate. Venus frigiditatem cum humiditate mensurate, sibi quidem Mercurius cõmunicabilitatem ac passibilitatem existens indifferens attribuit, et ideo (inquit) diuersi motus sunt in aere reperti. Quędam vero astrorũ sunt fixa in sphera octaua locata ex quibus ſm Ptolomeũ, & Hipparchũ. 48. sine suis testaminibus procreantur imagines seu formę: ceu in causę assignatione physionomię (inquit) per me notaui constructę. Cuius motus ſm Ptolomeũ in. 36. milibus annorum cõpletur, cuiq; illius graduum centũ deputãdo annos, nunc autem circa. 70. verius (inſit) dña. 9. & tractatu quem de motu octauę cõstruxi sphęrę: ex cuius motu
B causa prima fulcito continget tandem signa septentrionalia meridionalia fieri, & ecõntra vniuersam sic vicissim habitationẽ permutari, vt ibidem (inquit) declaraui.

Erratum tertiũdecimum.

Vna est iustitialis cõplexio latitudine participans aliquantula, dicenda quidem angustior valde rarissima inuenta, neq; enim duo ipsam habentes nedum plures possunt in vno tempore existere. Cum ad id videatur maxime coniunctio puta Saturni, & Iouis in principio Arietis cum alijs, & aspectus omnis supercœlestium operari natura iubente diuina, seu cum quis insurgit eadem consignante Propheta, legem imponẽs nouam, sapiẽtes dogmatizans & homines. Est.n. hic medius inter angelos, & sapientes nedum homines ſm Isaac, Amaraã Auicẽ, & Algazelẽ, & talem fuisse dixerunt, quidam Moysen, et Maradei mendaces Christum Mariæ Filium. De hac
C quoq; temperantia scribitur, in de optima corporis compositione cap. 3. q; vtile perfectũ in oĩbus, vt neq; in cõsimilibus, neq; in organicis particulis nihil incõmensurate habere sic oppositum non valde quid continue, sed in longis temporum periodis cõsueuit fieri, & si rara extet ipsius generatio. Et fortassis eius per maxime tempus duorũ, aut triũ annorũ, uel minus siquis eam voluerit amplius coarctare, vt circa. 33. annos aut aliter. Quo tpe q; dẽ scribunt Christũ tẽpatissimũ passum fuisse hierarchę.

Petrus Paduanensis in Erratum Gentilis Fulginensis. differentia. 20. §. 3.

Mendax Gẽtilis Helyam adeo dicit temperatum extitisse, vt in quolibet elementorum possit locari, sicq; in ipso elementa proportionata, & contrarietates eorum sopitę, vt fere in quolibet posset permanere, ita q; receptus est in turbine igneo, & curru equorũ igneorũ, ecclesiastici. 48. Similiter (inquit Paduanensis.) dicet Christum, simplicibus enim pedibus vndas maris
D calcauit Matthei. 14. Vnde talia corpora vehemẽter põderi fuerunt propinqua, vt quasi in omni possent elemẽto seruari, hoc autem fictum, verum omne attribuẽdum diuinę imediate potestati, Christum tamen (inſit Aponẽsis) testantur hierarchę temperatissimum extitisse, quod actus diuini edocuerunt eiusdem, inquantum etiam natura participauit humana. Ex parte quidem alterius (inquit) componentis, vt anima proportionate virtutibus imaginati corporis ponderis apparet propinquitas, cũ homo participet opere diuinissimo, vt sapere, & intelligere aialiũ solũ. Est.n. eorũ prudẽtissimũ & sapiẽtissimũ.

Erratum. 14. Differentia. 21. §. 1.

In specie non sunt positi termini causę materiæ solius, sed causa receptiõis longeuitatis est impressio à stellis, donec sit vita concordans cum reuolutione alicuius stellę, aut multarũ stellarum. Vnde est Alcorhodem Planeta respiciẽs amicabili locum Hyler aspectu in quo, & aliquã
F quatuor essentialium quinq; dignitatum Planetarũ insignis obtineat seu plures, vt domũ aut exaltationem triplicitatem seu terminum. Facies.n. cõmuniter respuitur eius vtilitate, hęc quoq; Planetæ Alcorhodẽ ſm q; fortificatus, aut debilitatus fuerit in quinq; locis potẽtię, vt gradibus luminarium ascendentis medij cœli, & partis fortunæ gradu ac etiam Almucar cum alijs eius dignitatibus essentialibus, & accidentalibus annos suos tribuit maiores medios, aut minores Menses, Septimanas, aut Dies. Cui etiam Alcorhodẽ in additione annorũ suffragantur fortunæ ſm esse ipsorum fortunatũ, & aduersantur infortunę, ſm eorum esse deprauatum annos Alcorhodẽ, & sibi accõmodatum à fortunis minuendo. Secũdum vero Aristo. est aer continens, & periodus Solis, & Lunę, vnde quarto de generatione aialium. c. vlti. Causa eius, quod est esse longę vitę animal quodcunq; est cõtemperatum fore ad continentem aerem, & ad periodos Solis, & Lunę maxime. Rationabiliter enim tẽpora omnium gestationum, & generationum, et vitarũ, mensurari volunt ſm naturam periodi. Causa vero vniuersalis, & prima est cœlum motu & Lunę. Medię vero ſm genethliacos sunt duę, quarũ vna proportionatur materiæ seu matri, vel vxori, quæ Hyler id est vita perfice appellatur. Secunda quidem Alcorhodẽ, quę formã seu patrẽ, aut nuptum importat: Hyler autem sumitur à Sole p̃mitus si fuerit possibile natiuitate existẽte diurna. Quòd si non sit peruenitur ad Lunam, & ab ea experitur si natiuitas, fuerit nocturna, q; si non possit ab ipsa suscipi reditur ad Solem, econtrario & si ab his nõ possit sumi iterum aspicitur ascendens, deinde pars fortunę si non põt ab eo suscipi, q; si non ab hac consideretur gradus impletionis, si natus vel natiuitas fuerit coniunctionalis, si vero oppositionalis præmittatur pars fortunę ascendentis consequenterq; gradus sequatur pręuentionis. Quòd si
G ab aliquo istorum nõ valet sumi, non viuet quis, nisi luminaria fortassis se beniuolo videant aspectu, cum visu etiam fortunarum laudabili.

Erratum. 15. Differentia. 22. §. 3.

Aspectus cœlestis superior alius est existẽs super latus dextrum, et alter super sinistrum matricis cum diuersa in orbe zenith possideant, similiter etiã erit, & influxus cœlestis si fuerit in eadem concauitate, cum cuilibet loco, & locato suus debeatur zenith, & aspectus. Duo aũt corpora impossibile sit eũdem locũ occupare, vnde duo actus q̃tumcunq; exiles coniunctę habent differẽtem zenith, & aspectum in orbe, imo etiam quęlibet arena hmõi, habet, & sidus ſm Hermetẽ seu Enoch, q̃re dicit Habraam. Nõ põt vt natiuitas hois vni' assimilẽ natiuitati alteri' tãq; sibi. Nõ.n. est orbis stans ſm modum nec vnq; erit punctus horę qua remouetur proportio, quæ fuerit, sicut illa. vnde Lucanus.

H Stant gemini Fratres fecundæ gloria matris.
Quos eadem varijs genuerunt viscera fatis.

Augustinus lib. 83. quęstionũ. quęstione. 45.

Onceptus geminorũ qm̃ vno concubitu efficitur attestantibus medicis quorũ disciplina multo est certior atq; manifestiorq; sit mathematicorũ, tam paruo puncto temporis contingit, vt duas minutas minutarum non tendatur. Cum aũt multa vera eos dixisse prędicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoria falsitates errorésq; eorum, sed non intenti nisi in ea, quæ illorum responsis prouenerint, ea quæ non prouenerint obliuiscuntur, & ea cõmemorant, quę non arte illa, quæ nulla est, sed quędam obscura rerum forte contingunt. Recitat albi Augustin' in lib. de ciuitate Dei, q; erãt duo gemelli quorũ vnus lętabatur, tristabatur, esuriebat, saturabatur, ęgrotabat, cum huiusmodi inessent & econtra. Cuius causam quæsitus Hippocra. ait existere, quia ex eodem

I eodem Patre Aliō simili nutrimento, & regimine fuerāt producati & educati.

Erratum.16. Differentia.26.§.i.

Primitus quoq; septē eueniunt ætates seu septē sunt Planetæ, quarum prima causatur à Luna, ipsa quoq; gubernatrix est infantium in quatuor primis annis. Egetq; cibo humido liquido, supra quā occurrit Mercurius indifferens, rationis tñ & scientiæ Planeta, vnde puer tradēdus est magistro cū sex habeat annos. Et demū ducit Venus gubernans natum.10. annos, cuius regimen.8. terminatur annorum spatio: tot nāq; sunt eius minores anni. Et postea super quodā principatu Sol regit quarto, quare diuinus appetit videri, honestatē simulans, & abstinentiam. 19. permanet annis, vt anni sunt eius minimi. Deinceps superuenit Mars, quę est æstus rixę & superbię &.15. dñatur annis fm annos ipsius minores. Et denuo superuenit Iuppiter Planeta futuri sęculi pacis, et tranquillitatis, sub K quo natus pęnitet cōmissorum Martis ducatu, quęrens quę Dei ac oēm operationē bonam.12. natum gubernās annis, vt minores sunt eiusdem. Et tandē occurrit Saturnus frigidus, & siccus: dolosus, cogitatiuus, tristis, labore plenus, & angustia, & illi accidunt infirmitates, & tristitiæ, & hic natū gubernat fm numerum annorum eius minorum. 30. an. ita vt oēs anni congregati reddantur.9?. nam valde pauci sunt transeuntes annos.c. Quòd si pertranseūt perdunt actus eorum oēs, quos quis superans ex Saturno deuenit in Lunę ducatum, quę non quatuor solum ducit an. vt prius. verum.25. sicut anni maiores ipsius Haly. Si autem modo altero seu prçter actus iniūgit ciuiles, tūc septem iterum sunt ætates.

Erratum.17. Differentia.28.§.2.

Vis aūt constellationis aliqñ sexum imutat, ut in imaginibus ab Indis. in.9. cœlo cum nono nunc denotatis, quarum efficaciam Ptolomeus approbat in cētiloquio, ac L ascendens, & vniuersaliter figuratio cœlestis, quādo forma imprimitur masculineitatis, vel fœmineitatis, cū Planetis compictis in illa.

Errata Petri Aponensis quem Consiliatorem vocant. Lib. III.

Primus Error. Differentia.94.§.i.

FIVNT putredines in terræ visceribus propter causas à medico ignoratas: quod & luminarium proprie contingit eclipsibus, & coniunctione Planetarū, & maxime Saturni, & Martis cum stellis fixis, aut ipsorum adunatione in aliquo signorum humanorum, & pprie cum prçualuerint in domo vitæ in aliqua coniunctione maiorum, vel aspectu, aut reuolutione anni mūdani inducentibus prauas temporum constitutiones, permutatorum essentijs & naturis.

Error.2. & horrendus in differentia.101.

M Ponentes creationem, & si verissimi lege sint, in philosophia tñ non sunt admittendi cum ipsam leuem faciāt oino, ac primā quasi causam multiplicibus vexant laboribus, decorē non minus, & ordinem, & per consequens perfectionē remouētes fm peripatheticos ab vniuerso. Hęc ille, contradicens sibiipsi, quia simul stare nō possūt q lege sint verissimi, & tamen admittendi nō sint in philosophia, quia omne verum vero consonat.

Error.3. Differentia.101.§.i.

Virtus in superioribus est duplex, vna quidē vniuersalis plus, vt quæ orbis stellarum. Alia contracta magis sicut quę alicuius de.48. imaginibus absq; earum gestaminibus vnde Ptolomeus in centiloquio. Vultus huius sęculi subiecti sunt vultibus cœlestibus idest species aialium, & Plantarum istius mundi inferioris fm Haly. conuentātem superioribus subijciuntur imaginibus. Quod oñditur, eo q sapientes imagines construentes Planetarum, introitum in cœlestes obseruant vultus. Et tunc ad cōstructionē, vel destructionē, quod expediebat operabantur. Est nāq; cœlestis Scorpio, qui inferis dñatur Scorpionibus, & Serpens serpentibus, vnde ex Serpētis forma, aut Scorpionis, uel Cācri seu aliqua tali nobis fortassis determinate ignota, lumbrici producūtur in corporibus etiā hoium tales. Cū.n. fm Hermetem Enoch seu Mercuriū, quęlibet arenarum maris suum obtineat sidus, incitans ad incremētū eiusdem, multo amplius in perfectioribus erit tale quid dare. Nam ex virtutibus superum omnia hæc quibusdā muneribus dęmoniacis, & virtutibus sunt plena. vnde Aristo. de mundo ait quosdam antiquorū sensisse omnia hęc dijs plena fore.

Error.4. Differentia.113.§.3.

Videmus aliquas coniunctiones, quid magnum ostēdentes prius longo prçcedere tēpore, antecß ipsarum monstretur effectus, cū materiam tpe disponant, et formā tandem inducant, sicut coniunctio diluuiū protendens per 287. prçcessit annos. Albumasar cōiunctionū primo. Illa ♃o q̃ Mahumet futurum denotauit py. iŋ. Alchabitius. O

Error, et heresis.5. ex Aristotele, et Cōmētatore. Differētia.113. in respōsione ad tertiū argumētū.

Dicendum fm Aristo. & Cōmē. q Deus nihil potest in hęc operari absq; medio, cū eius ois actio hic mediāte motu, & transmutatione perficiatur, ita vt periodus à supernis corporibus in hac inferiori materia inducta pmutare, cū ad id sequatur quędam inordinatio, ac defectus, et mutabilitas in primo, tanq̃ nō sapienter primitus oia producenti denotetur inesse. Quę.n. perfecta ratione firmata sunt, permutari nō possunt iuxta Timeum.

Error.6. Dña eadē in respōsione vnius argumēti.

Dicendum q astrologia nō est mendax neq; ociosa, qm̄ sicut astrologus prçcipit circa natum accidētia emergentia, ita & eorum subsidia in prolongatione vitę per artē ordinatæ percipit, vel veritatem dicit in q̄plurimis. Et raro deficit valde à prognosticatiōe recta, exceptis quibusdā pticularibus valde, perpauci aūt sunt prędicto vtētes regimine vitę, pductiuo, cū plures viuāt vita brutali, aut occupationibus ciuilibus & familiaribus occupati. P

Diuus Augustinus in libro quęstionum veteris, & noui testamēti quęstiōe.115. cōtra astrologos.

Nihil tam contra Christianos, q̄si arti matheseos adhibeant curā: hęc.n. inimica dignoscitur dei legi. Si.n. nascuntur, qui mali sint, et econtra qui boni sint, frustra lex data dicitur, & nō solū hæc, sed & iniustus habebitur legislator. Mathematicorum ergo fabulis credentes, fidei semen exterminant, quod & creatori, & iustitiæ eius testimoniū perhibet. Opus.n. opificem cognoscit, et ęquo in re amoreq;, & facto testatur. Fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus, curiosi etenim ei?, inimici Dei sunt, & sine sollicitudine nunq̃ sunt, semper enim suspēsi expectant, quod minime certum sciunt. Q

Error.7. ex Aristo. Ex differētia eadem in responsione vltimi argumenti.

Aristoteles (inquit Aponensis) in libro de mundo ait. Deus fm Poetā residet in supremo uertice uniuersi, cuius virtute præcipue fouetur corpus quod prope est, & deinceps quod post illud, consequēter usq; ad loca nostra prope terram. Et quæ (insit) super terrā videntur nimiū distantia à cōmodo diuino infirma esse, & plena multi turbinis. Non enim (inquit) effectus virtutem sue causæ continet, & representat perfecte: propter quod & varietas paulatim occurrit, vt & in toto apparet ordine vniuersi à primo per media infima descendendo. primus.n. simplex, & imobilis manens ac incorruptibilis oino, reliqua autē absunt, cōpositio, mobilitas, & corruptio.

Diuus Cyprianus sermone quinto de lapsis.

Perspicit Deus abdita, & secreta, atq; occulta considerat. Nec Dei oculos pōt aliqs euadere dicentis. Ego De? approximans,

A approximas, & loquitur Deus de lōginquo. Si abscōditus fuerit hō in abditis: ergo ego nō videbo eū? videt ille corda, & pectora singulorū, & iudicaturus non tm̄ de factis, sed & de verbis, & cogitationibus nostris oium mētes volūtatesq; conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. Dei. n. nutu cuncta reguntur, cū dn̄s in euangelio suo dicat. Nōne duo passeres asse veneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris vestri volūtate? cum ille nec minima fieri sine voluntate Dei dicat.

Error. 8. ex dictis Auicenę. Differentia. 13. §. 3.

Quòd aūt acquieuit Auic. incantationibus, et fascinationibus, q̄ ponūtur ab earū defensoribus, puenire ex virtutibus aię, quas suscipit à cœlestibus prout eorū motuū, & lucis facta est imago. Inducens. n. huius virtutē nō solū mouere habet corpus sibi cōiunctū, verū totum, quod subiacet sphęrę quā mouet eius motor cui⁹ extat imago: habet nanq; duo ea, & q̄ est aia, & q̄ est imago, motoribus sphæræ, ut Saturni, uel Iouis, aut talium, ita aut, ut cō sequatur resultationē, & vmbrā quandam illius uirtutis,
B vnde mouet ea, quæ illi subiacent sphæræ, cum sm̄ ppriā moueat uirtutē impedit materiā, aut impedire ualet à suo actu, & ordine, vel sermonibus gestorū, pphetalibus Hebręorū talia scribentiū. Quo causam nō alicui aiæ habēt christicolæ principaliter attribuere, verū virtuti diuinę operanti hęc miranda supernaturalia p viros tanquā per instrumenta prophetas appellatos, quasi mediū quiddam inter nos, & Deum opinātes. Hęc enim (inquit) Aponensis nō parum opinio peripatetici facta est ridiculosa.

Error. 9. & nefandus. Differentia. 156. §. 3.

Experientia pōt demonstrari, & demū ratione psuaderi pręcantationē conferre, de hoc. n. in simili, et proposito repertę sunt q̄mplures, ut aperte illud summū sacramētū cum alijs multis ostendit eucharistię, noia etiā id cōfirmāt diuina notorię artis, & magicis ēt verbis prolatis in auriculā tauri, cū incantator psterneret i mortē in psentia
C Syluestri Papę, hūc et reuiuiscere nō effecit, sed Syluester, hoc ēt cōfirmat mot⁹ panis ad furtū inueniēdū, aut psalterij, vel cribri. Verba etiā quędā i aurē cuiusdā hois plata: satagit. n. tibi quęcunq; petieris elargiri. Incantatione silr prolata, vel scripta, ne vnq; prodant, qui cruciantur ea, ēt super gladiū ambulant acutissimū, & prunas viuaces, digitorūq; uno applicantes alterutrumq; hoiem, aut pōdus subleuant in altū grauissimū, serpētemq; stupefaciunt, vt nō lędat, equos furibundos carmine quietant, eosq; castrāt cū alijs imobiles eadē redditi: hoc ēt mō trucidati euadunt piculū. Prima silr Astronomię rōne placantur, & in subsidiū concitantur nr̄m, vt orationū epilogus insinuat planetarū, & ego (inquit) in huius orbis qnq; cōfiguratione scientiam petens à primo, capite existente in medio cœli, dū Luna coniuncta erat Ioui, visus sum amplius in illa pficere incantatione, quàm quis dormire non valet repræsentationē continue incantātis imaginans. Ipsa etiā pollutionē inducit in somnijs, quid erit
D futurū taliter aperit. De aliqua sagitta etiam ossi adeo infixa, vt alio nequeat igenio extrahi, digitis lateraliter duobus facile, ac sine dolore dulci applicatis foras educit, cācerq; mortificatur. Lūbrici occidūtur, sanguis ea, & charactere vndecunq; fluens sistitur, paroxismus epilepsiæ quietatur noibus magorū in aure prolatis, aut portatio sup se cessare cogit, ois epilepticus sanatur & Lunaticus. Cū Pater aut Mater in quatuor tēporibus feria quarta eū ad ecclesiā deducat, & feria sexta, & deinde Sabbato sup ipm̄ cantetur, et suspendatur illud dn̄icū euangeliū: Hoc genus demoniorū nō eijcitur nisi oratiōibus, & ieiunijs: charactere silr, & carmine passio curatur renalis, futurū pręnoscitur, et qđ abest, ut edocet Geomātia, taliūq; multa. Id aūt vtcunq; rōne persuadetur, & effectus in suas reducūtur pcepti causas. Id nāq;, ut Aponēsis somniat euenit, aut à cā imediate interiori, seu inferiori, vel exteriori. Siquidē primū, id dupliciter cōtingit, aut ex parte incantātis affectuosi, cū eius fuerit aia intm̄ eleuata, vt materiæ
E possit huic dn̄ari mundanę, ipsumq; vigore intelligente suscepto admittunt transmutare, vel ex pte incantati q̄ plurimū confisi, vt ex vigore si quis iuuatur æstimatiōis non parū. Et hunc quidē modū peripateticus concedit. Si vero à cā exteriori dupliciter, aut ea substantia est vniuersalior, vel particularior. Vniuersalior quidē, ceu causarū prima, cuius quidē virtute oīo seu pręcantatio suscipit effectū, cū ipa quodāmō nr̄m sollicitudinem habeat: pōt inquit primus sua mera benignitate, cū sit agens sup naturale per voluntatē absq; motu, & transmutatiōe in hęc isera operari, quicquid dicat Peripateticus, cū ipse sit summū bonū de cuius ratiōe sit fore sui diffusiuū, ac cōicatiuū, aliter. n. bonū minime foret summe, neq; propter hoc cū sit, quid diuinissimū, & honoratissimū. 12. meta. hoc trāsmutatur in dignius intelligēdo essentiā, cū is non intelligat actualr extra, sed intelligens seipm intelligit cū ea reluceāt in ipo, ut in cā oia. Nō. n. contēplatur ipa, put
F sunt materialia, & vilia, verū mō nobiliori, et altiori quo intelligit se taliū cām existere. Quo quidē mō sciētia ēt vilissimorū aialiū, & abominatorū apđ sensum nobilis redditur & decora: hæc. n. sunt q̄ à Petro Paduanensi dr̄ia 156. q̄ ptim mēdosa, partim heretica, supstitiosa, curiosa nimis, partim vera suo in Cōsiliatore deprehensa sunt.

Error. 10. Differentia. 156. §. 1.

Eadem dr̄ia de incātationibus, & arte notoria mendę innumerę conspiciuntur: vñ inquit. Scribatur Socratē dixisse incantationes fore verba aias decipiētia humanas, vt aūt in pręiacenti sit loqui materia. Pręcantatio inquit est oīo admiranda affectione in subsidiū incantati pręcipue cōfidentis explicata: dicitur aūt oīo ad dr̄iam terminorū non significatiuorū, quę cū fuerit de miris, & occultis, amplius eā reputās incantatus, eidē cōferet magis: & ideo (inquit) quantū possibile occultatione vtendū: deitatē. n. minoit qui secreta mystica uulgat: ars notoria: pcantans ēt cum grādiori diligentia debet ipsam promere, ut
G tā ab ipso q̄ ab incātato dignissima reputata possit amplius cōferre: cū. n. fuerit de ipsa amplius cōfidens, vt ita eundē iuuabit maxime, iuxta illud dr̄ię. 135. Ille plures sanat ægritudines de quo plures confidunt. Quare inquit Aponensis, q̄ nō confert pcantatio in cura inquantum ipa, sed demū inquantū talis, prout. s. recipit à proferēte, vel cōiurāte, aut ab instituēte, seu cantāte. Propter hmōi (inquit) sciendū, q̄ si pręcantatio confert inquantū hmōi, et oīo simplex tūc & ois, cuius falsitas est prompta. Etiā talis incātatus in quadā explicatione cōstat sonora. Qđ aūt tale cum p se nō alteret corpus ad sanitatem cū ea inducatur alteratione nō permutat: vnde in primo, & tertio de aia: manifestū est, q̄ neq; lumen, et tenebra, neq; sonus, neq; odor, nullū facit in corpa effectū, uidelicet nisi sm̄ accidēs, puta si simul sono depulso fiat ictus, vt in tonitruo scindente lignū. Et à visis silr, & odoratis fit motus corrūpentibus accidentaliter tactū vel meatū. Ex pri
H mis. n. qualitatibus cōstamus non aūt ex tertijs, itaq; incantatio nō proficit curatione vt ea. Sed experientia pōt demonstrari, & demū ratione persuaderi pręcantationē conferre: prima. n. astronomię oratione placantur, & in subsidiū cōcitantur nr̄m, vt orationū epilogus insinuat Planetarū: vnde Albumasar in sadam: Reges Gręcorū cū volebant obsecrare Deū propter aliquod negociū ponebant caput draconis in medio cœli cum Ioue, aut aspectum ab eo figura amicabili, & Lunam coniunctā Ioui, aut recedentē ab ipso, & coniunctionem ad nō ascendentē petentē. Adhuc autē, & cum caput amicabili figura tuncq; dicebant ipsorum petitionē exaudiri. Vnde Almāsor in Aphorismis. Si qs postulauerit aliquid à Deo capite existente in medio cœli & reliqua, nō præteribat quin breuiter adipiscatur quęsitum.

Champerius.

Petrus noster de Apono seu Paduanensis vir fuit magnæ

gnæ, sed nõnunquam nimiũ audacis temerariæq; doctrinæ secutus Apuleium, Porphyriũ, & cęteros damnatę magię studiosos, qui vt dictũ est scribit incãtationes ad infirmorũ curam conferre quàm plurimũ: verum quia in decretis Gratiani. xxvi. quęstione. v. cap. non liceat, vanas istas stellarũ, & incantationũ obseruationes, videtur sanctorũ patrum damnare sententia, Consiliatori assentiendum nõ consulo. Si tñ verba sint sancte, fideliter, et nulla supstitione prolata, vt Oratio dñica, Symbolum fidei, non dãnauerim: verũ ea cum peccati suspitione carebunt, nõ iam incantaméta sed religiosa verba, aut sacrę preces appellantur. Eadẽ quęstione capitulo vltimo herbas, gemmasq;, sanitatis gratia, sine ulla incantatione, deferre cõcessum est. Imagines uero astrologorũ, characteresq; pręter signũ crucis, penitus dãnantur. De quibus apud Augustinũ, Ambrosium, et alios theologos multa reperies. Sed hęc breuiter dixisse volui, quòd hac nostra tẽpestate plerosq; videmus his malis artibus deprauatos, & grauissimis erroribus aĩas implicare. Nos aũt quibus propositũ est nunquam à catholica puritate discedere, talia floccipendimus, eligentes nos magis semper ęgrotare, quàm cum saluatoris contumelia sanos esse. Quapropter de his vti libitũ cuiq; fuerit opinetur. Cętera quæ approbati, & catholici medici remedia docent, nõ solũ aspernanda nõ sunt, uerũ etiam diligenti cura sumenda, medicisq; parendũ si peritiam habeãt medicandi: dicẽte scriptura, Honora medicũ &c. His igitur quę lex, et ratio dãnant prętermissis, sic de corpis sanitate curandũ est, vt quicquid ad corpis sanitatẽ referatur, à salute aĩæ sumat exordium. Quòd si morbus incurabilis inueniatur, virũ sapientem ęquo aio ferre decebit morbũ tanquam à Deo missum, qui nunquam percutit nisi vt sanet, q nos castigat, vt meliores reddat. Cui sit laus, & gloria in sęculorũ sęcula. Amen.

Finis operis Collectanei subito calore à Dño Symphoriano Champerio coaceruati, & in formam optimam redacti.

REGISTRVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.
Quaterniones oẽs: Nn exceptis quinterniones & ✠ ternione.

Explicit Conciliator Differentiarum Philosophorũ, ac Medicorum, celeberrimi Petri de Abano Medici Patauini, nouissime emendatus, ac Venetijs impressus, in officina hęredum Lucęantonij Iuntę Florentini. Anno. M. D. XLVIII. Mense Martio.